Gius

BIBLIOTHECA CLERR. REGG. S. PAULI
COLLEGII SS. BLASII ET CAROLI DE URBE
PLUT. O LOCULUS I NUM.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 G
57

13-13.a.57

[illegible]

[illegible]

[illegible]

PERINSIGNES

EX OMNIBVS PENE

Catholicis Vniuerſitatibus, ac eruditiſſimis
Vtriuſq; Iuris Doct. ac Legum Primarijs
Profeſſ. pro Eccleſia Allegationes,

In quibus efficaciſſimis rationibus illius vera libertas, & immunitas defenditur.

Olim per Reuer.um D. D. Carolum à Baſilicapetri
Epiſcopum Nouarienſem ex parte collectæ.

Nunc ſtudio R. P. F. Hieronymi Gattici Lectoris Ord. Prædic. permultis additis Allegationibus, ac alijs mutatis, & ordinatis.

Communi totius Catholicæ Eccleſiæ Dei vtilitati, perpetuoq; inſigni beneficio Typis datæ.

PERILLVST. AC REVERENDISS. DOM.
& Domino meo obſeruandiſſimo,

D. ALPHONSO BAVOSIO
Totius Congreg. S. Saluatoris Generali meritiſſimo.

BIBLIOT. COLLEG. SS. BLASII & CAROLI DE URBE
P A

BONONIÆ M.DC.XXII.
Apud Hæredes Bartholomæi Cochij. Superiorum permiſſu.
Ad inſtantiam Peregrini Golfarinij.

REVERENDISSIMO PATRI

Et Domino Colendiſsimo.

H*ÆSITABAT mens, fluctuabat animus, huc illuc incertus ipſe ferebar, dum mecum voluebam, cuius patrocinio hæc typis mea opera ad animi oblectationem, ad oculorum lenocinium, ad guſtus voluptatem commiſſa, forent committenda: Adfuit ſapientia tua, occurrit virtutum tuarum nitor, rerum gerendarum ſumma prudentia, ſeruatoriſq; nauis, cui præuigilas, tutiſſimum regimen ita fluctus ſe darunt, ambages ſoluerunt, ſpinaſq; contriuerunt, vt nitori tuo, ſapiētiæ tuæ, certiſſimoq; regimini tuo, hoc opus commit-*

tere non erubuerim. Quid enim poſsit loliginis ſuccus, vbi nitor ſemper eſt eximius? quid iniquæ valeant obtrectantium voces, vbi fulgentiſsima veritas fulget? quid facultatis habeant teterrimi gurguſtij defenſores, vbi lucidiſsima viget Temperantia? fato me impulſum arbitrabor, præclareq́; mecum actum exiſtimabo, ſi te quem autumo reperero. ſic .n. tuis in me meritis aliqua ratione, quorum pondere premor, ſatisfeciſſe animo ſaltem exiſtimabo. Vt foueas reliquum eſt, quod in lucem ſine tua luce non exiret, eaq́; benignitate me, quam antea es proſecutus permulceas. Vale.

Dat. Bonon. die 20. Aprilis 1622.

Reuerendiſs. Celſitudinis Tuæ

Humillimus Seruus

Peregrinus Golfarinus.

Digitized by Google

RELIGIOSO
VTRIQVE CLERO
Fr. Hieronymus Gatticus Lector Ordinis Prædicat. Salutem.

CVM Ioue pauca, ſic & ego vobiſcum; RELIGIONVM CVLTORES; ſatis enim ſufficienter loquar, cum offeram opuſculum, vel dicam munuſculum; idq; meum, & non meum: meum diſpoſitione, additione, ac propalatione, ſeu dicam reuiuificatione; non meum primordio: nam eius, quorum cauſa neſcio, occultationem, ne dicam penè extinctionem, vti quodammodo mortuum in lucem naſci, & quadam reuiuificationè, vti nouo partu ſummo ſtudio prodire curaui, & hoc animo ſeruiendi Deo, Eccleſiæ, ac eius immunitati do, dico, conſecro; ac id tãto hillarius, quod exinde iamdiu hoc eſt, quod in teſtimonium, & pignus, licet leue, quod proprio ſanguine illi inſeruire cupio, quod ſemper optaui, ac votis omnibus exquiſiui; hinc hac data via, & occaſſione hæc par-

ua exilijt ſcintilla, tantum animo, & affectu maiori, quo ego viribus minor. Vt igitur mirum ab omnium cordibus auferatur, veſtrum erit, ne dum reuoluere mente, verum firma fide tenere, quod qui potens eſt de lapidibus Abrahæ filios ſuſcitare; quin & qui de facto infirma mundi eligit, vt fortia confundat, ita ſecretorum ſuorum profundus exiſtit, vt inter cætera de eo dici poſſit, quis cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? quo ſic mirum, vel minimum erit, quod Religioſis omnibus Prouintiæ noſtræ in agone quodam poſitis pro Eccleſiaſticorum agrorum, eorumq. cultorum immunitate, ne dum apud pios Catholicos illis magis congrua, cum nulla alia natio ſit tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis; verum & apud Etnicos ipſos, per quam competens, prout omnium voces, iura, leges, canones, & priuilegia clamant, ob idq. controuerſia his diebus ad pedes Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Pauli Papæ Quinti ab aduerſarijs excitata fuerit, quod me homūtionem, viribusq. minimum Regulares omnes vtriuſq. ſexus Prouintiæ noſtræ pro illa ipſis Eccleſiaſticis patrocinanda, ne dum eorum Generalem Procuratorem vocauerint, elegerint, & conſtituerint; verum dicam quadam amoris, & ſuauitatis vi coegerint; etenim & Deus ex ore infantium, & lactentium perfecit contra aduerſarios ſuos laudem ſibi.

Sed

Sed quid non admirari potius, quod cum totis viribus,ac omnibus precordiorum conatibus, hinc inde nullis parcens laboribus huic oneri, nec paruo, incumberem, opportunaq; omnia pro viribus, ſtudijs, itineribus, Doctorum conſilijs, ac ſexcentis alijs medijs cauſæ noſtræ facientia procurarem; vixq. inter hæc ad aures perueniſſet quaſdam Allegationes, olim ex parte à fœlicis recordationis Carolo Epiſcopo Nouarienſi collectas, nedum ſomno ſopitas, verum & penè extinctas, quæ ſi nouo partu reuiuiſcerent ſummopere pro nobis facerent, vixq. earum copiam vnam poſt longa ſtudia, idq. ad certum tempus per quam difficilè aſſecutus ſim, cæteris eas habentibus concedere omninò renuentibus, vt proinde ſeculis ſuperueniẽtibus præclara hæc lux, non minus Religioſis omnibus neceſſaria altera luce Solis, non amplius inter obliuionis tenebras, nec ſub modio, ſed ſuper candelabrum fulgida omnium vtilitati luceret; tanquam alteram dragmam, vel fortè ſtudio inimici dominis ammiſſam, inuentam; quin & talentum vnum mihi creditum, vt multiplicaretur; nedum vti prius mihi traditum, ſed permultis inſignium virorum Allegationibus additis, ac alijs mutatis, & ordinatis, vt Typis impreſſum tuba caneret, voxq. eius vbiq. perueniret ſummopere curaui, nullo ob id labori parcendo. Congratulamini igitur mihi, nedum quia vti communis omnium veſtri ſeruus, nec

ſegnis

ſegnis fui (quod quid eſt) verum, quodq. maximum eſt, quod dragmam iſtam, potius dicam theſaurum, vt precioſam margaritam, vti nullũ comparatur aurum, nec argentum, nec lapides precioſi omnes, adinueni, adinuentamq. omnium beneficio nunquam perituro, tanquam talentum duplicatum euangelicus ſeruus Domino, & ego Dominis meis Typorũ negotiatione multiplicaui; ſicq. lucerna iſta magna, lucidi inſtar Solis, quæ ſub modio iacebat in tenebris, ac penè obliuione extincta, quæ nullis, quaſi ammiſſa luce proficiebat, ſuper magnum publicorum Typorum candelabrum poſita ſummo omnium commodo in perpetuas fulgebit æternitates. Totum igitur hoc Regi ſeculorum Immortali, Inuiſibili, Soli, ac vero catholicorum vnico Deo, & Domino, eiusq. dilectæ, & ſine ruga Sponſæ Eccleſiæ Catholicæ, ac eius immunitati, & per ipſam Religioſis omnibus illi ſeruientibus in charitatis viſceribus, pro peccatorum meorum redemptione perpetuò dicatum ſit. Valete.

Don Homobonus de Bonis, Pœnitentiarius, pro Illuſtriß. & Reuerendiß. Card. Archiepiſcopo.

Imprimatur.

Fr. Hieronymus Onuphrius Romanus, Conſult. S. Officij, pro Reuerendiß. P. Inquiſit. Bonon.

QVOD

QVOD EDICTO POTESTATIS LAICÆ

Non obligentur Clerici, neque eorum bona, neq; Coloni.

Incerti Auctoris.

EA fuit ſemper apud Chriſtianos, pioſq. populos Eccleſiæ libertas, illius bonorum immunitas, vt nõ æquiſſimè ſolum, ſed religioſiſſimè etiam faciant ij, qui tam veterem, tamq. ſanctam auctoritatem, quantum in ipſis eſt, defendentes; nullam eius partem conuelli, labefactari, aut imminui patiuntur.

Non eſt itaq;, quòd quiſquam miretur, ſi hoc tempore inhibetur Magiſtratibus laicis, ne vigore Edicti ſæcularis procedãt cõtra colonos, vel conductores ſerentes orizam in bonis Eccleſiæ ab eorum iuriſdictione penitus exemptis, quod etſi multis ab hinc annis maturè diſcuſſum fuerit, opportunum tamen cenſuimus id nunc tueri ab his, quæ in partem contrariam ſcripta circunferuntur, vt omnes intelligant quibus rationibus alias in hanc ventum fuerit ſententiam.

In eo igitur, quòd priori loco cõtenditur, vel ipſos Clericos, & Eccleſias huiuſmodi Edicto adſtringi, fruſtra labor ſuſcipitur; Nam contra Bart. in l. cunctos populos. q. 5. C. de ſum. Tri. & fide Cath. Doct. com. in eam abierunt ſententiã, Edicta Principum ſæcularium condita ex honeſta cauſa, & Eccleſiæ priuilegia non lædentia, eã tamen & Clericos non ligare, vt poſt Io. de Lign. trad. Abb. in pri. not. Ancha. in 3. Imol. ſub nu. 11. Butr.

ſub num. 20. Fely. perperam in contrarium citatus num. 81. verſ. Et ex hoc infert, Dec. num. 33. & Mant. ſub num. 1. in c. Eccl. S. Mariæ, de conſtit. qui alios citant de cõmuni atteſtantes, Io. B. cle. S. ſeuer. in d. l. cunctos populos, num. 185. verſ. Sed iſta, & ibidem Alban. cit. med. num. 98. Et latiſſimè Surd. Caſalen. conſ. 2. num. 32. & ſeq.

Nec iuuat, quod Bartoli traditio ſaltem procedat, ſi Edictũ emanauit ob bonum publicum, ſecundum Dida. & Mexiam exaduerſo citatos, quia eius inualiditas prouenit à defectu poteſtatis, iuxta tex. in d. c. Eccleſia S. Mariæ: cauſa verò non eſt illa, quæ tribuat auctoritatem, vt reſpondet Bald. in d. l. cunctos populos, ſub num. 55. verſ. Iſta ratio non valet, latè Butr. in d. c. Eccl. S. M. ſub nu. 20. inquiens nullitatem Edicti, quo ad Eccleſias, non prouenire à qualitate cauſæ, ſed à poteſtatis defectu, qui ſemper, & indiſtinctè nullitatem producit, Dec. ſub nu. 233. ibi, quia licet ſtatutũ ſit bonum, Crot. in l. filius familias § Diui. nu. 80. in fi. ff. de leg. 1. Surd. d. conſ. 2. nu. 33. verſ. Ceſſante. Hinc fortius infertur, quod Edictum euidenter, Eccleſiæ fauẽs, ſi tamen præceptiuè, aut prohibitiuè cõceptum eſt, defectu poteſtatis non comprehendit Eccleſias, earumuè bona, vt probat tex. in d. c. Ecc. S. Mariæ vbi Dec. in pri. concl. Abb. nu. 88. cum ſeq. Barbat. num. 2. verſ. Nunc verò alteri, & Mant. in pri. not. & in Edicto condito à Duce Soc. Sen. conſ. 56. nu. 1. lib. 1. Nauar. conſ. 4. nu. 5. verſ. 3. lib. 1. de Conſtit. Neapodan. in Conſuet. Neap. in proœmio num. 309. cum ſeq. Nec in his terminis diſſentit Didac. non rectè in contrarium citatus in cap. poſſeſſor, par. 2. §. 4. num. 9. ſub verſ. Tertium eſt, qui loquitur de ſtatuto nihil directo præcipiente in re Eccleſiæ, ſed illius molendinis in conſequẽtiam damnum afferente; quo caſu ratione ſubiecti tenet ſtatutum de re ſæculari immediatè diſponens; ſed interdum nullum redditur, ſi deprehenditur factum in fraudem Eccleſiæ, vt illi per indirectum damnũ inferat: nimirũ ſi tunc cauſa Edicti ponderatur: nam ſi conſtat conditum fuiſſe ob bonum publicum, ceſſat fraudis ſuſpitio, & valet ſtatutum, vt obſeruat Gabriel in illo conſ. 37. ſub num. 5. lib. 2. At vbi ſubiectum immediatum exemptum eſt à iuriſdictione ſtatuentis, impoſſibile eſt Edictum valere ratione cauſę concernentis bonum publicum, cum cauſa auctoritatem non tribuat, vt ſuperius dicebamus, &

trad. Felyn.in d.c.Eccleſiæ S.Mariæ, num. 96. verſ. Et iſtud puto verius,& Dec. num.186.& ſeq.

Neq; ſatis aptè ad cõtrariam concluſionem firmandam, allegantur tex. in cap. non minus. §.quocirca, de imm. Eccl. & ibi Ancha.& Abb. Iſer.in c.1. §.illicitas. nu.36.& ibi Affliđ.nu.23. de pac.ten.Pariſ.de Put.de reinteg.feud.c.14.nu.26.Luc.de Pen. in l.fin.nu.8. C.de exađ.tribut.lib.10. Barbac.conſ.1.lib.3.Rip. de rem.ad conſer.vber.nu.324. Guid.Pap.deciſ.7.& 78.Guliel. Bened. in c.Raynutius, in ver. & vxorẽ nomine Adelaſiam, deciſ.5.nu.468. & 470. de teſtam.

His enim in locis illud agitur, an clerici teneantur cõtribuere ad expenſas neceſſarias pro bono publico; & licet citati auđores concludant teneri (de quo alias) non ex eo id deducunt, quòd lex Principis ſæcularis liget Eccleſias, & clericos, ſed ab ipſius rationis naturalis vinculo, & efficacia, vt apud Anch. in d.c non minus, num.8.& agnoſcit. Luc.de Pen.in l.2. nu.2. verſ. Secunda eſt, vſq; in fin. num.& num. 8. verſ. Cùm.n.de iure naturali.C.de quibus. & præſt. nemini lic. &c. lib. 10. Immò clarè hanc obligationem à lege ſæculari prouenientem, in his, quę publicum reſpiciunt bonum, excludit tex. in d. c. non minus. §. Quo circa, vbi Abb. ſub num.21. Inquit, ſi neceſſitas. vel vtilitas concernit de diređo, & principaliter vtilitatem Eccleſiæ, & laicorum, tunc Eccleſiam debere contribuere; Non tamen ad ſolam deliberationem laicorum, ſed oportere clerum, & populum principaliter conuenire, & deliberare; Nec iccircò totius populi deliberatio clerum obligabit, aut è contra; cum.n.agatur de vtilitate vtriuſq;, oportet cõſenſum vtriuſq; interuenire; Quia, quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, cap. 1. de cenſ. quod ſi clericus nollet conſentire ſine cauſa legitima, populus poſſet implorare officiũ Superioris Eccleſiaſtici,vt clerum ad conſentiendum,& contribuendum compelleret. Idem tradit Iſer. in contrarium citatus, in d. §. Illicitas, num. 36.antę verſ.Item ſacramenta,& præter eos clarè Io. Ant. de Nigr. in rep. extra. vn. de vita,& honeſt. cler. num. 283. & ſeq. vbi alios citat. Nos verò hic non quærimus, An teneantur clerici aſſentiri huic remedio, reſpicienti bonum publicum; Contendimus quidem, non ob id Edictum Gubernatoris ſæcularis clericos ligare, cum cauſa commodi publici,& communis,non tribuat illi po-

li poteſtatem in Eccleſias, earumuè bona ; neceſſe eſt igitur, vt cõcurrat deliberatio Cleri, hoc eſt, Illuſtriſs. Cardinalis,& Archiepiſcopi, cuius iuriſdictioni ſubiectæ ſunt Eccleſiæ, & earum bona, in quo præcitatæ auctoritates non repugnant.

Demum non ſubſiſtit illa ratio, facultatem condendi decreta pro bono ſtatus ciuilis regimine ſpectare ad ſolum Principẽ ſæcularem,& ideò clericos peccare, qui non obſeruãt ſimilia eius Edicta , vt ſcribunt Franc. à Vic. de poteſt. Eccl. relectio. pri. ſect.7.nu.4. Lud.Molin.de iuſt.& iur. tract.2. diſput.31. verſ.Sexta cõcluſio, Domin.Sot. de iuſt.& iure lib.1.quæſt.6.art.2.paulopoſt princ. verſ. Cæterum idem in 4. ſent. diſtinct. 25. art. 2. verſ.Quarta concluſio, quem ſequitur Franc.deciſ.9. nu.3. Nauarr. in man.cap.23.num.88. Si.n.in eum ſenſum hoc accipiatur, vt Edictum vi legis adſtringat clericos , & Eccleſias, nullo iure defendi põt:iura.n.diuina,& humana Eccleſias,& earũ bona à poteſtate Principis ſæcularis eximẽtia,indiſtinctè loquuntur, nec huiuſmodi patiũtur reſtrictionẽ.Sed amplius repugnat concluſionibus cõi calculo firmatis : cui.n.dubium, quin leges Imperiales contẽtæ in vniuerſo iuris ciuilis corpore, vel oẽs, vel pleræq. reſpiciant bonũ hoc regimen ſtatus ciuilis ? Quæ tñ in ſpecie de clericis, aut Eccleſiarum bonis diſponunt, poteſtatis defectu nullæ pronunciantur,vt ſcribunt omnes in d cap.Eccleſiæ S.Mariæ, poſt Abb. num.15. Dec.nu.88. generaliter verò loquentes ſeruantur in clericis, non tamquã ab Imperatoribus cõditæ, ſed vti per Sũmos approbatæ Pontifices , Butr. in d c. Eccl.S.Mar.nu.17. verſ.Dic ſi quæritur,cũ verſ. ſeq & ante eum Hoſt. in cap. fin.num. 11. & Io.Andr. num.4. de ſolutio. Archid. 2. diſtinct.cap.lege, nu.8. quos ità intelligentes, ſequuntur Ancha. in Rep. cap. canonũ ſtatuta, num. 45.verſ.Sed cir. de cõſt. Imol. in d.cap. Eccl. S.Mariæ, nu.9. verſ.Si verò ſit fauorabilis, Neapodan. in conſuet. Neap. in proœmio num. 311. clare vbi ſupra, Dec. nũ. 107. poſt verſ.Sed tamen ne vniuerſalis, inquiẽs ſeruari virtutẽ talis approbationis,non virtute legis ciuilis, ſequitur comprobans Mant. poſt med. num. 25. ibi. Et ſic dicta lex ciuilis in foro Canonico ſeruatur , non quia lex quicquã ſtatuerit, ſed quia Canon approbat diſpoſita à lege ciuili,& inf. ante verſ. tanto magis, idem probat Anaſt.Germ. Animaduerſ. lib. pri. cap. 12. pag. vlt. ibi. Quod argumento eſt,&c. Et ob id

Digitized by Google

Rip. in tit. de rem. ad conſer. vbert. num. 234. ſentit clericos teneri ad ea, quæ neceſſaria ſunt ſalubritati aeris, vel aliter cõſeruationem, & bonum Ciuitatis ſtatum reſpiciunt, tamen nu. 112. habet pro conſtanti eos non ligari Edicto Principis ſæcularis, ſequitur Gramm. deciſ. 100. num. 15. Sic & Vaſq. exaduersò citatus, de ſucceſſ. creat. §. x. ſub nu. 648. verſ. Et Hiſpaniæ vſu venit, cupiens ſubijcere clericos huiuſmodi Edictis Regijs, Inquit tamen, id in eis non ſat expeditũ eſſe, licet ſit æquũ, & tandem innititur approbationi Pontificiæ. Gabr. verò in cõſ. 37. num. 1. lib. 2. conſulens pro iuriſdictione ſæculari, non audet reuocare in dubium inualiditatem Edicti quo ad clericos.

Et quidem Vict. Sot. & Molin. licet in facultate Theologica valdè excelluerint, in hoc tamen puncto ad Canoniſtas, & I. C. verè ſpectante, nullum adducunt ſolidum fundamentum huius aſſertionis, ſi ea, prout ſupra, intelligatur: Eſto. n. pertineat ad Principẽ regimen Ciuitatis, & conſequenter cura cõdendi Edicta ad bonum ſtatus regimen pertinentia, negamus hinc neceſſariò inferri, poſſe eum per modum ſuperioritatis, & iuriſdictionis, ligare Eccleſias, & clericos proprio Edicto, Summum verò Pontificem, vel Illuſtriſsimum Cardinalem, & Archiepiſcopum, non poſſe decreta condere circa ea, quæ per clericos, & in bonis Eccleſiarum fieri, vel omitti expediat: non. n. idcircò dicetur ipſe Ciuitati legẽ imponere, nec ideò minus ſæcularis Princeps politico regimini regulam præſcribet, Quamobrem Abb. in d. c. non minus, cir. med. num. 21. quem alij iam relati ſequũtur, apertè concludit in concernentibus regimen, & conſeruationem Ciuitatis, clerum non ligari ſola ſæcularis poteſtatis deliberatione.

Sano itaq; modo accipienda ſunt tradita à viris doctrina, & pietate inſignibus; Cùm n. longè maior ſit laicorum numerus, cui dubium, quin in his, quæ corporis, & rei familiaris ſalutem, commodumuè reſpiciunt, magis, & frequentius ſæculari Principi inuigilandum eſt, quàm Præſuli Eccleſiaſtico. Ea propter mirũ non erit, ſi condito per eum generali Edicto circa victualium qualitatem, pretium, vel alio ſimili, concludant citati auctores, peccare clericos illud traſgredientes; non quia vi legis adſtringantur, ex his, quæ ſuperius adduximus, ſed vel ratione naturali, vel ob præſumptam iuſtitiam eius, quod ab ipſo Prin-

cipe

cipe definitum eſt: cum.n.Prælatus tacendo videatur agnoſcere illud iuſtum eſſe, hinc clerici adſtringuntur hoc modo intelligũt Nauarr. exaduersò citat. in man. cap. 23. num. 88. verſ. Quia licet,& verſ.Quamuis charitatis Chriſtianæ, inquiens, clericos vnà cum bonis Eccleſiarũ eſſe exemptos à iuriſdictione edicentis, teneri tamen non vendere res ſuas vltrà iuſtum pretium,& illius iuſtitiam ſatis probari ex determinatione Principis ſæcularis, & hortatur Principes Eccleſiæ, vt proprijs Edictis iuuēt, taxas factas per ſæculares, ſequitur cõprobans Ludouicus Lopez. de contract & negotiat. cap.17. in princ.& verſ. Sed quid, & Iacob.de Graff. lib.2.deciſ.caſ.conſc.cap 57.nu.14 verſ.Rurſus,& latius, Ignat.Lopez.ad praxim can.Diaz.cap.51.fol.195. eodem modo reſoluit Domin.Bannel. de iuſt.& iur.quæſt.67.art. 1. ver. Ad ſecundum reſpondetur.

Quamuis autem, qui monitoriale impugnant, etiam clericorum reſpectu ſcrupulum inijciant; tamen omnis conatus dirigitur in colonos,& conductores bonorum Eccleſiæ. Qua in re extat receptiſſima concluſio, Edicta Principum ſæcularium circa bona Eccleſiæ nihil ſtatuere poſſe,c.quæ in Eccleſiarũ, de conſt. vbi not.Abb.in 3.not.nu.2. Butr.nu. 3. Zabbar.nu.3. Imol.nu.6. Dec. nu.16. vbi nu. ſeq. ampliat etiam ſi Edictum conditum ſit ex cauſa iuſta, ſequuntur comprobantes, Bero.nu.5.Mant.nu.6. & 7.& Rimin Iun.nu.61.& 62. Gram.deciſ.100. nu.10. in fin. & nu.71.facultas.n.condendi Edictum pēdet à iuriſdictione, Bart. in l.omnes populi, in 1.q.prin.ff.de iuſt. & iur. vbi alij ſcrib ſed Princeps ſecularis nullam habet iuriſdictionē in bonis Eccleſiarum, vt ſcribunt Doct. iam citati,& præter eos Dec. in d.c.Eccleſiæ S.Mariæ, num.90.Neapod. in conſue. Neap. in proœmio num.312. ibi, Teneo igitur pro veritate.

Satis verò perſpicuũ eſt ex ſuperioribus, Edictum immediatè diſponens de re exempta, puta de perſona clerici, vel bonis Eccleſiarum nullum eſſe defectu Poteſtatis, qui ſanari nõ poteſt ob qualitatem cauſæ. Hoc verò Edictum vetando ne oriza feratur in bonis, de eis diſponere dicitur; quia etſi priori loco præceptum in perſonam dirigatur, prohibitio mox terminatur in bonis,& effectus Edicti habet pro vero,& vltimo ſubiecto ipſa bona, vt obſeruat Cyn. in l.cunctos populos, nu. 11. verſ. Tu verò,C.de ſum.Trin.& fide Cath. qua ratione communiter reij-

citur

Digitized by Google

citur trad. Bart. in d.l. cunctos populos, num. 42. qui circa ſucceſſionẽ, putauit ſtatutum in perſonam conceptum, non intelligi diſponere de rebus ipſis, inferens locum ideo non habere in bonis iacentibus in territorio ſtatuentium, in quibus forenſis ſuccedere vellet; in hoc Bar. hallucinatur, quia huiuſmodi ſtatutum dicitur diſponere de rebus ipſis, cùm omnis eius effectus in illis terminetur, Anchar. in d. repet. c. Canonum ſtatuta, nu. 214. verſ. Quæro iuxta, Alex. conſ. 16. num. 7. lib. 6. cum alijs relatis per Alban. in d.l. cunctos populos, nu. 22. Roti deciſ. 295. nu. 8. verſ. Ratio, & nu. 9. par. pri. & Brun. de ſtat. quod extant. maſc. fœm. non ſucc. art. 6. num. 16. poſt verſ. In hoc difficili, & nu. 18. verſ. Sed in propoſito, quo loco diſertè probat, vbi præceptum directum in perſonam non poteſt adimpleri, quin attingantur bona, in effectu directo de bonis diſpoſitum dici & ideò ſi fœmina prohibetur ſuccedere in bonis patris, extantibus maſculis, cenſetur ſtatutum diſponere de bonis, eãdem ſententiam amplectuntur Soc. Iun. conſ. 25. num. 12. verſ. Demum iſta opinio, & verſ. Nam ad primum, lib. 3. Pariſ. conſ. 84. nu. 43. & ſeq. lib. 1. Crauet. conſ. 467. num. 2. 3. & 4. & moderni addentes ad Alex. conſ. 44. lib. 6. in 1. add. & Sfor. Odd. Peruſin. conſ. 59. nu. 26. ſcribens hanc eſſe magis communem, & in praxi receptam ſententiam, eadem ratione Edictum prohibens cuicunq; perſonæ ne ſerat orizam in bonis ibi deſcriptis, neceſſariò habet pro ſubiecto immediato ipſamet prædia, quod non obſcurè probatur, quia perſona in Edicto comprehenditur ratione bonorum, & facti in eis explicandi, vbi autem duo propter vnum, ibi vnum, l. qui libertati, §. ſeruus, vbi Bald. not. ff. de euictio. & ex duobus in ſtatuto comprehenſis, illud pro ſubiecto habetur, in quo tamquam principali terminatur eius effectus, Alber. de ſtat. lib. 3. q. 59. num. 3. & ideò concludunt Doct. colonos, ſeu conductores bonorum Eccleſiæ, licet conſiderata tantum eorum perſona, ſubiecti ſint iuriſdictioni ſæculari, ſi tamen ratione bonorum Eccleſiæ aliquid præcipiendum eſt, ab ea exemptos, & foro Eccleſiæ ſuppoſitos dici. Ita declararunt multi non rectè in contrarium adducti, Specul. de compet. Iud. aditio. §. 1. nu. 27. verſ. Sed illa, Abb. in cap. 2. poſt med. num. 6. verſ. Specul. addit, Butr. num. 6. verſ. Specul. addit, de foro comp. Marian. Soc. in c. 1. poſt med. num. 8. verſ. Sed Speculator eodem tit. Nec diſſen-

diſſentiunt Natt. conſ. 536. nu. 3. verſ. Sed ille, & Decian. tract. crim. lib. 4. c. 9. in fin. num. 88. verſ. 3. Ioan. Ant. Niger in d. rep. extrauag. vn. de vita, & honeſtate cleric. in fin. num. 91. add. ad Fely. in d. c. 2. num. 2. in fine, de foro compet. & generaliter, quoties laicus conuenitur actione concernẽte rem Eccleſiæ, ſpectat ſemper cauſa ad Iudicẽ Eccleſiaſticum, Innoc. in c. ſi clericus laicũ. de foro comp. quem declarat, & ſequitur ibi Zabarel. verſ. Dic. defendendo Inn. & ibidem Anch. num. 1. & 2. verſ. 2. nota caſum, & fuſius Marian. Soc. poſt princ. num. 15. verſ. Zabarel. verò hic dicit; & ideò Bart. conſ. 187. par. 1. loquendo de ſtatuto, quod quilibet conductor poſſet recedere à bonis conductis, concludit non valere quo ad conductores Eccleſiæ, ſequũtur Fely. in d. c. Eccl. S. Mariæ, num. 104. verſ. Secundũ exemplum & Dec. nu. 181. quia, vt inquit Bart. ſub num. 1. non poſſunt laici quicquã ſtatuere circa res, & bona Eccleſiaſtica, ſupponens pro conſtanti hujuſmodi ſtatutũ, licet in perſonam conceptum, verè tamen diſponere de bonis, cum eius effectus illa reſpiciat, ſequitur Io. B. de S. Seuerino in rep. d. l. cunctos populos, poſt princ num. 190. verſ. Ex his infertur. Non eſt ergo dubitandum, quin Edictum diſponat directo de bonis, dum eorum cultui formam præſcribit, id quod euidẽtius apparet ex illius inſpectione.

Si ergo diſponit de bonis, reſpectu Eccleſiarum, conſtat non valere, cum de earum rebus diſponere nequeat Princeps ſæcularis ex quacumq; cauſa, vetare igitur colonis, vel cõductoribus bonorum Eccleſiæ, ne in eis ſerant orizam, ſpectat tantũ ad Illuſtriſſimum Cardinalem, & Archiepiſcopum.

His verò non obſtat, colonos Eccleſiarum eſſe ſub iuriſdictione ſæculari, vt præter Gabr. conſ. 37. nu. 4. & ab eo citatos, probarunt nonnulli alij nunc relati, Hincq. fieri, vt inquilinus bonorum Eccleſiæ ligetur ſtatuto formam certam ædificijs præſcribente, adeò vt cõtraueniens per ſæcularem puniri poſſit, Salic. in Auth. caſſa, & irrita, num. 12. verſ. Et primo quæro, & famulus Eccleſiæ damnũ inferens cum eius animalibus, ſubiaceat ſtatuto de damno dato, & puniatur iuxtà eius diſpoſitionem, Gramm. conſ. ciuil. 104. num. 14. & 15. Demùm quod à colono Eccleſiæ collecta exigitur; Theſaur. deciſ. 116.

Hæc inquam cauſæ noſtræ non obſunt, quia iam diximus co-

lonos, quantùm ad eorum perſonã, cum laici ſint, ſæculari iuriſdictioni ſubditos eſſe, quod probant iura, & auctoritates in contrarium citatæ; non itidem ſi ratione bonorũ Eccleſiæ conueniantur, vel aliquid eius percipiatur; tunc quippè ſubiacent foro Eccleſiaſtico, ſicuti, & ipſa bona. Nec repugnãt illationes.

Nam Salic. præmittit ſtatutum ligare clericos, & res Eccleſiæ, quod ſi ita eſt, neceſſariò inquilinus adſtringitur. Sed primum falſum, quia ſtatutum non ligat clericos, vel bona Eccleſiarum, iuxta concluſionem receptiſſimam ſupra initio cõprobatam, & fundamentũ Salic. in l. ad inſtructionem. C. de ſacroſanct. Eccl. corruit, cum tritum ſit leges diſponentes in ſpecie de re Eccleſiæ, haberi pro inualidis, niſi reperiantur Canonizatæ, Abb. in rep. d. c. Eccleſiæ S. Mariæ, num. 15. Fely. num. 40. verſ. Præcipit. Dec. nu. 88. & ſeq. præſertim 91. & Mant. nu. 15.

Quo verò ad Grammat. nihil ille citauit in terminis præter Butr. in c. grauem, de ſent. excom. vbi relato Vincen. & Abb. antiquo, ipſe num. 18. ità perplexè loquitur, vt vix percipiatur reſolutio, quod obſeruat Fely. in c. Eccleſ. S. Mariæ, num. 104. ſub verſ. Quintum exemplum, ad quem ſe remittit Parpal. in l. placet, in fin. nu. 88. C. de ſacroſ. Eccl. Amplius ſtatutũ, quatenus afficiat animalia clericorum, non valere, ſentit poſt Afflict. Chaſſan. in conſuet. Burgun. rub. 1. §. 6. in verb. en meſſuſaige, num. 15. verſ. Videtur, quod ſit alius. Tertiò, ſtatutum prohibens damnum cum animalibus inferri, non tam dicitur diſponere de re Eccleſiæ, quam conſulere, ne aliquis vtatur rebus alienis, inuito Domino, Luc. de Pen. in l. 2. ante fin. num. 2. verſ. Hic autem, C. de nauib. non excuſ. lib. 11. diuerſum in caſu noſtro prohibetur. n. ne feratur oriza in bonis Eccleſiæ, ſeri ſolita, quod manifeſtè concernit fructum, & poſſeſſionem bonorum, eam non parum lædendo, quod efficit, vt de bonis Edictum diſponat, Idcircò non ſatis aptè exemplum illud hic adducitur.

Poſtremò non nocet concluſio ſubijciens collectis Eccleſiæ colonos, quia ſi vera eſt (de quo nunc non expedit diſſerere) reſtringitur ab omnibus ad partem colonicam, quæ penitus ſeparata eſt ab ipſis bonis, vt declarat Theſaur. in d. deciſ. 116. nu. 12. verſ. Ad quartum, contrarium manifeſtè ſentientes, ſi impoſitio collectæ attingat bona Eccleſiæ, quare ſi pars colonica ſpectaret ad Eccleſiam colentem propria bona famulis conductis,

ductis, tunc nihil exigitur. Hoc itaq; exemplo ſi vtendum eſt, non valet Edictum contrauerſum prohibens ſeri orizam etiam in parte dominica, Burſat. conſ. 42. num. 17. & Theſau. d. deciſ. 116. in fin. verſ. Sed ſi Monachi.

Multò minus obſtat, iuriſdictionem territorio cohærentem in bonis Eccleſiæ ſpectare ad ſolum Principem, & ideò laicum in eis contrauenientem illius Edicto ab illo puniri debere, quia, omiſſa inutili diſceptatione circa veritatem huius cōcluſionis, ea conceſſa, non inde deducitur allegata conſequentia; Non.n. in controuerſia poſitum eſt, quis puniat laicum delinquentē in bonis Eccleſiæ, ſed quis ſtatuere poſſit modū colendi bona ipſa; prius verò de prohibitione quærēdum eſt, quam de contrauentione agatur. Sanè non obſtante iuriſdictione, quæ territorio cohæret. certum eſt Principē, nec in ſpiritualibus, nec in tēporalibus quicquàm de bonis Eccleſiæ ſtatuere poſſe, vt inquit glo. 1. in d. c. quæ in Eccleſiarum, vbi omnes not. quo poſito corruunt ſpontè ſua omnia exaduerſo formata, quia dici non poterit laicum ſerentem orizam in bonis Eccleſiæ contrauenire Edicto Principis, quotieſcunq; ab eo non ligatur.

Ex his intelligimus non rectè conſuluiſſe Gabr. conſ. 37. lib. 2. dùm fauendo Magiſtratibus ſæcularibus, qui eum cōſuluerant, fatetur Edicto non adſtringi clericos, hoc eſt Eccleſiarū bona, nihilominus affirmat colonos eodem Edicto ligari, diſſimulans ſubiectum Edicti non terminari in perſona coloni, ſed in ipſis bonis, & proindè cum ratione bonorum inualidum ſit, colonos in eo non comprehendi, cum id fieri nequeat, quin & bona attingantur, in quibus terminis cum ratione ſubiecti exempti Edictum ſit nullum, fruſtrà cauſa ponderatur, vt ſæpius probauimus. Sicuti aūt non pertinet ad Principem ſæcularem ſtatuere quid in bonis Eccleſiæ fieri, vel quo pacto coli debeant, ità dubitandum non eſt, quin hoc ſpectet ad Summum Pontificem, & Illuſtriſs. Cardinalem, & Archiepiſcopum, tùm quia excluſio vnius eſt neceſſaria incluſio alterius, tùm quia paſſim traditum eſt ſtatuta de rebus Eccleſiæ pēdere ab eiuſdē poteſtate, c. Eccl. S. Mariæ, c. Bene quidem, 96. diſtinct. cum alijs citatis à Dec. in d. c. Eccl. S. Mariæ, num. 89. & 90. Henr. Bott. de Synod. Epiſc. par. 3. art. 1. nu. 171. & ita videmus in Concilijs Prouincialibus plura decreta fuiſſe circa bona Eccleſiæ, eorum poſſeſſionem, &

Digitized by Google

conductores, & ſicuti temerè in dubium reuocanda non eſt Archiepiſcopalis auctoritas, ita fruſtatoria eſt ea diſceptatio, vtrum Epiſcopus poſſit condere ſtatuta pœnalia contra laicos, illud puniendo tanquàm delictum, quod aliàs licitum erat, nihil.n.re vera pertinent hæc ad præſentem inſpectionem, cum agatur de Edicto bona Eccleſiæ concernẽte, in quibus certum eſt non licere cuiquàm, quicquam facere circa poſſeſſionem, & dominium, quod Eccleſiaſticis ſtatutis repugnet. His ergo, & quibuſdam alijs conſultò aliter non reſpondetur.

Neq; obſtat, Quod laicus, à poteſtate ſæculari non eximatur, etiam ſi delinquat in bonis Eccleſiæ, cum iuriſdictio territorio in eis bonis cohærens ſpectet ad Principem; Nam ſi laicus delinquit in bonis Eccleſiæ, vt in territorio, puta in eis exiſtens homicidiũ committit, ceſſat exemptio, & laicus punitur à Principe Domino territorij: ſi verò delinquat in bonis Eccleſiæ, tamquàm in ſubiecto delicti, tunc ratio territorij & iuriſdictionis illis cohærentis non intrat; ſed videndum eſt, An per illud factum incidat in legem Principis ſæcularis, vel contraueniat ſtatutis Eccleſiæ. Hoc.n. poſteriori caſu neceſſariò foro, & iuriſdictioni ſubijcitur Eccleſiaſticæ, cuius ligatur, & contrauenit Edictis, gloſ. & Doct. in c. cum clericis, de foro compet ẽti, Alex.conſ.210.nu.7.vbi add. lib.2.Dec. in d.c.Eccleſ.S.Mariæ, num.15. & alibi ſæpè. Rectè igitur ita res hæc deducitur, præſcribere, quid poſſit, vel non poſſit ſeri in bonis Eccleſiæ, tam à clericis, quàm à laicis, ſpectat tantum ad poteſtatem Eccleſiaſticam; Propterea laicus ſerens orizam in dictis bonis, licet diceretur delinquere in territorio Principis, qđ aliter hic non diſcutitur, tamen quoad eum non delinquit, ſed tantum quoad Eccleſiam, & ideò ab eius tantùm Iudice puniri debet.

Fundamentũ verò quaſi poſſeſſionis à facti veritate pendẽs, in contrarium retorquetur, cum acta noſtra conuincant ſæpius huiuſmodi edicta colonos, & conductores comprehendentia poteſtate Eccleſiaſtica promulgata, & executioni demandata fuiſſe. Præcipuè verò in anno 1576. quo tempore huiuſmodi controuerſiæ negotio maturè Romæ, & Mediolani diſcuſſo, ità ſopita fuit ad fauorem Eccleſiæ, vt eodem anno tria huiuſmodi Edicta, & ſucceſſiuis tẽporibus alia multa edita fuerint, vt mirum ſit rem deciſam in dubium reuocari; Nec minori cura in-

 uigi-

uigilarunt Iudices Eccleſiaſtici, vt ea Edicta pro bono publico ad vnguem obſeruarentur, quam ipſi ſæculares Magiſtratus: Et hoc tempore nouit vniuerſa Ciuitas,quam inuiolabiliter ex latere Eccleſiæ, ita cuſtodiantur, vt nihil amplius ad publicum commodum fouendum, hac in parte deſiderari poſſit.

Iam verò, qui ſcriptis tuendũ ius Regium ſuſceperunt, multò melius,& conſultius feciſſe videri poſſent,ſi parem vbiq. animi moderationem, & æquabilitatem retinuiſſent; nec ſe eiuſq. turbido veluti maris æſtu rapi ſiuiſſent, vt Vicarium violenter expellere minarentur.Quis hoc amplius vnquàm audiuit in hac prouincia, quæ Chriſtianam pietatem, ac Religionem ita ſemper complexa eſt, vt de Eccleſiæ propugnatoribus non eijciendis, ſed retinendis, non iniuria afficiendis, ſed honore debito proſequendis perpetuò cogitauerit? Quæq; religioſiſſimi Regis Imperio ità adminiſtratur, & regitur, vt quòd à pia illius mente alienum eſſe intelligat, aut ſuſpicietur, id tanquam periculoſiſsimum ſcopulum reformidet, & perhorreſcat? Nemo eſt adeò rerum omnium ignarus,& expers, qui pro Eccleſiæ iure integro, atq; inuiolato ſeruando nullam omninò dimicationem Vicario detrectandam, aut ſubterfugiendam eſſe ignoret. Quod ſi is ſui muneris haud quaquam oblitus egregiè præſtitit, quid eſt, quod Magiſtratus ſæculares querantur, adeoq. grauiter integerrimi viri actiones ferat, vt quem per tot annos publicis vtilitatibus, & cõmodis omni animi ſtudio conſulentem, & in huiuſmodi controuerſijs pietatem ſemper, & prudentiam adhibentem viderunt, de eo denique indignißimè expellendo, pro ſuis multis in hanc vniuerſam Prouinciam meritis, cogitare non dubitauerint?

Id autem, quod ex Gul. Bened. deſumptum affertur, prætereatur quæsò, nec proponatur in mediũ, ne deprauatis exemplis rem noſtram agere videamur: Iniuria afficitur potentiſs. Rex Philippus, illius Imperij Maieſtatis macula, quaſi quadam aſpergitur, Religio huius Ciuitatis Mediolanenſis iſtarum rerum commemorationem ferre non poteſt. De excommunicatione, & arbitris, alio tempore agendum erit.

IO.

IO. PETRI SVRDI
PRÆSIDIS SENATVS MONTISFERRATI.
Conſ. CCCI. quod eſt primum in tertio Volumine.

1 *CLerici tenentur ad refectionem pontium, & murorum.*
2 *Eccleſia tempore penuriæ cogi poteſt ad vendendum, vel emendum frumentum.*
3 *Clerici tenentur ſimul cum laicis contribuere ad onera, vbicunq; tractatur de cõmuni vtilitate permixtim clericorũ, & laicorũ.*
4 *Edictum de non ſerendo orizam, ſuſtinetur etiam ad clericorum præiudicium.*
5 *Clerici, & Eccleſiæ ligantur ſtatuto laicorum, continente commune bonum.*
6 *Clerici contrauenientes Edicto laicorum cõtinente commune bonum, mortaliter peccant.*
7 *Clerici dicuntur ciues, & veniunt appellatione ciuium, etiam ſi ſint alienigenæ; ſi tamen in loco habitent, beneficient, & ibi commorentur.*
8 *Principem ad ſæcularem ſpectat condere legem circa ea, quæ ad iuſtam viuendi rationem pertinent, & Reip. reſpiciunt conſeruationem, non ad Epiſcopos, vel alios Eccleſiaſticos Iudices.*
9 *Lex ciuilis, ideſt ius Romanorum, ligat clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, ſi eſt iuſta, & non aduerſatur Canonibus.*
10 *Statutum, ſeu Edictum Principis, habetur pro iure ciuili.*
11 *Epiſcopus ſi augeat pœnam impoſitam à Papa, & ſtatuat pœnam rei à Papa prohibitæ, valebit huiuſmodi conſtitutio, quia auget, vel ſupplet ius Canonicum eo, quod reperitur diſpoſitum.*
12 *Clerici non ligantur ſtatutis laicorum.*
13 *Principis laici iuriſdictioni non ſubſunt clerici; nec ab eo coerceri, & diſtingui poſſunt.*
14 *Statuto laicorum, quamuis fauorabili, non ligantur clerici.*
15 *Statuere eſt iuriſdictionis.*

16 Cle-

by Google

16 *Clerici ſunt exempti à iuriſdictione ſæculari de iure diuino.*

17 *Poteſtas eſt neceſſaria in quocunque actu.*

18 *Nullitas deſcendens à defectu iuriſdictionis, allegari poteſt lapſo tempore à ſtatuto præfixo ad dicendum de nullitate.*

19 *Ratio eadem vbi eſt, idem ius eſſe debet.*

20 *Ratio vniuerſalis omnes caſuũ ſpecies includit ſub ſe, ſicuti genus plures amplectitur ſpecies.*

21 *Diſpoſitionis ratione ceſſante, ceſſat diſpoſitio.*

22 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

23 *Metus dicitur durare, donec durat ratio, vel cauſa metus.*

24 *Clerici non ligãtur laicorum ſtatuto, continente eorum merũ fauorem, & vtilitatem, quamuis eo vti poſſint, ſi velint.*

25 *Alienatio rei Eccleſiæ facta abſq; neceſſarijs ſolemnitatibus, non ſuſtinetur, licet ſit Eccleſiæ vtilis.*

26 *Legum finis eſt, vt ſeruetur commune bonum, ac bene, & beate viuamus.*

27 *Statutum ad publicum, non priuatum commodum fieri debet, ideo factum in odium alicuius particularis perſonæ, eſt ambitioſum, & nullum.*

28 *Legis ad validitatem principaliter auctoritas, & poteſtas eſt neceſſaria.*

29 *Actus cuiuſcunque ad validitatem tria requiruntur, voluntas, poteſtas, & modus.*

30 *Clerici non ligantur lege ſæculari, etiam concurrente bono publico, niſi ea lex ſit à Principe confirmata.*

31 *Lege ſæculari concernente bonum publicum, & communem vtilitatem, clericos ligari, qui dixerunt, intelligendi ſunt, vt ligentur vi rationis, non vi legis.*

32 *Princeps, qui nulla lege ligatur, obligetur tamen dictamine rationis, non legis.*

33 *Edictũ Principis ſpernes, ab eo punitur, & pœna ad eum ſpectat.*

34 *Clericus puniri non poteſt à laico, etiam in caſibus, quibus Edictum promulgatum eſt pro vtilitate publica; & quibus clericus ad onera tenetur.*

35 *Eccleſia, vbi de iure contribuere tenetur ad aliquod onus, tunc cogitur ab Epiſcopo, vel alio Iudice Eccleſiaſtico, non à laico.*

36 *Cauſa prima, & originalis ſemper magis attenditur.*

37 *Finis regulatur à ſuo principio, & ad illud trahitur.*
38 *Actus tribuitur ordinanti, non exequenti.*
39 *Clerici tenentur lege Regia, publicata ad moderandum pretium bladorum, ſed ſunt exempti à pœna temporali.*
40 *Pœna temporalis non imponitur, niſi expreſſa lege cautum ſit.*
41 *Delictum non eſt, omne inhoneſtum, nec omne illicitum punitur, ſed illud ſolum, quod lex ſtatuit eſſe delictum.*
42 *Lex ciuilis, vel Principis obligat inobedientem ad pœnã æternam, non ex vi legis, ſed ex vi iuris diuini, vel naturalis, quòd cum ipſa lege violatur.*
43 *Lex ciuilis quamuis contineat publicum bonum, & non repugnat canoni, vtiliſq; ſit Eccleſiæ, tamen non valet, ſi de clericis expreſſè diſponat.*
44 *Noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur, & infra nu. 47. circa finem.*
45 *Lex laici, vbi eſt generalis, & nõ loquitur ſpecialiter de clericis, poteſt Iudex Eccleſiaſticus cogere ſtatuentes, ad declarandum, quod ea lege neq; Eccleſia, neq; clerici ligentur.*
46 *Iuriſdictionem nullam habet laicus reſpectu perſonarum, & rerum Eccleſiæ, & clericorum.*
47 *Iudex Eccleſiaſticus, vbi publica ſubeſt vtilitas, & neceſſitas, poteſt prouidere, & laicos compellere ad res, & bona ſua vendendum.*
48 *Lex ciuilis confirmata à iure Canonico ſuſtinetur, propter cõfirmationem.*
49 *Actus confirmatus ſumit robur non à faciente, ſed à confirmãte.*
50 *Lege, quod cautum non reperitur, nec nos dicere debemus.*
51 *Hiſpanum ius non eſt à iure Canonico receptum, neq; approbatum, immò neq; cognitum, ideò clericos non ligat in vim iuriſdictionis, nec in vim ſocietatis, nec in vim approbationis.*
52 *Perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt iure Diuino exemptæ à iuriſdictione Imperatoris, vel alterius laici,*
53 *Papa non poteſt clericos Imperatori ſubijcere.*
54 *Conſuetudo, per quam clerici ſubijciuntur laicis, non valet.*
55 *Præſcribere non poteſt Princeps laicus facultatem ligandi clericos ſua lege, aut ſuo ſtatuto.*
56 *Molin. in tract. de iuſt. diſp. 31. ver. tertia pars concluſionis reprobatur.*

57 Con-

57 *Conſenſus expreſſus eſt validior, quam tacitus.*

58 *Tolerantia Papæ, & ſcientia non validat conſuetudinē, per quam clerici ſubijciuntur laicis.*

59 *Beneficia conferendi ius, poteſt laico concedi à Papa per ſpeciale priuilegium, ſed non poteſt acquiri conſuetudine, aut præſcriptione, etiam accedente ipſius Papæ ſcientia, & tolerantia.*

60 *Glo. in cap. dilectus, ver. non obſtante. de filijs presb. quomodo intelligatur.*

61 *Statutum laicorum ſuper rebus Eccleſiæ confirmari non poteſt expreſsè, aut tacitè ab Epiſcopo, ſed ſoli Pontifici hoc eſt permiſſum.*

62 *Laicus ſuper rebus Eccleſiæ non poteſt ſtatuere.*

63 *Bona Eccleſiæ non ſunt ſub iuriſdictione laicorum.*

64 *Princeps ſæcularis, ſecundum multos Doct. nihil omnino facere poteſt circa bona patrimonialia clericorum.*

65 *Patrimonialia bona clericorū gaudent eodem priuilegio cum perſonis, vbi agitur de foro.*

66 *Statutum laicorum ſi dirigat verba in perſonam, non ligat clericos in patrimonialibus.*

67 *Eccleſia, vbi ad onera aliqua tenetur, & iure cogi poteſt, tunc conuenire debet clerus cum populo, vel Epiſcopus cum Principe ſæculari diſquirere debet, an onus illud ſit à clericis ſubeundum.*

68 *Executor merus dicitur ille, cui negotium iam præſentibus, & vocatis partibus plenè diſcuſsum committitur exequendum.*

69 *Coloni clericorum non gaudent priuilegio fori.*

70 *Coloni clericorum, ſi contrauenïant Edicto ſæculari de ſtratis & immunditijs, vel de non ſerendo orizam in bonis Eccleſiæ, poſſunt à laico Iudice puniri.*

71 *Blada extrahere, & victualia plus iuſto pretio vendere, eſt delictum.*

72 *Coloni Eccleſiaſtici in caſu delicti puniri poſſunt à Iudice ſæculari.*

73 *Delictum, vbi eſt merè profanum, Iudex laicus procedit contra laicum, etiam in Eccleſia delinquentem.*

74 *Prohibito vno, cenſentur omnia prohibita, per quæ ad illud peruenitur.*

75 *Prohibitum vna via, non cenſetur alia permiſſum.*

76 *Statutum laicorum circa res Eccleſiæ non valet, licet verba dirigãtur in perſonas ſubditas, cum effectus reſpiciat res ipſas.*
77 *Statutum laicorũ nullo caſu ſuſtinetur, ſi Eccleſiæ libertas tollatur, & reſtringatur directè, vel indirectè.*
78 *Statutum laicorum, quod quilibet conductor poſſit renuntiare conductioni factæ pro futuro tempore, non valet ad clericorum præiudicium.*
79 *Collecta ſicut clerico imponi non poteſt, vel Eccleſiæ, ita nec Eccleſiæ colonis.*
80 *Gubellæ à ſolutione immunis eſt emens ab Eccleſia, quando aliàs Eccleſia damnum ſentiret, vt quia vilius vendidiſſet.*
81 *Coniunctus gaudet priuilegio coniuncti, quando aliàs priuilegium eſſet inutile, & ſuum effectum non produceret.*
82 *Socius omnium bonorum gaudet immunitate, ſocio conceſſa.*
83 *Laicus, ſi cum clerico capiatur pro eodem facto, vterq; remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum.*
84 *Præſcriptio contra laicum, habentem rem communem cum Eccleſia, non habet locum, niſi tantum temporis effluxerit, quãtum requiritur ad præſcribendum rem Eccleſiæ.*
85 *Coloni Eccleſiæ grauari non poſſunt pro Eccleſia.*
86 *Edicto laicorum, ſicut non comprehenduntur res Eccleſiæ, ita nec colonus, aut quiuis alius, qui operas locat in culturam earum rerum, eo ligatur.*
87 *Salyc. doct. in Authen. caſſa, nu. 14. C. de Epiſc & cler. quomodo debeat intelligi.*
88 *Dãnum dans in bonis alterius cum beſtijs, Eccleſiæ cogi poteſt ad emendationem.*
89 *Colonus Eccleſiæ collectari poteſt, pro colonica portione fructuum perceptorum ex bonis Eccleſiæ.*
90 *Emptor fructuum Eccleſiæ non eſt immunis, ſicut Eccleſia.*
91 *Emphyteuta ceſſans in vno numero in ſoluendo portionem, cadit a tota re.*
92 *Idem iudicatur de minimo, quod de magno, vbi in minimo eſt proportionabiliter eadem ratio, quæ in magno.*

bilibus, & pauperibus ſubuenire, & non habentibus, ſeu laborantibus ſubſidium ferre. hanc eandem concluſionem latiſſimè defendit Anchar. in conſ.96. per totum; vbi idem repetit & in c.1.col. 8. de immunit. Eccl. lib. 6. regulam etiam generaliter conſtituit Rip. qui infinitos allegat concordantes in conſ.68. nu.6.& in conſ. 168. per totum, vbi plus vult, quod ſi pro eo onere ſuſtinendo imponatur vectigal, puta ſuper vino vendendo, vel ſuper plauſtris ingredientib. Ciuitatem cogatur Eccleſia onus illud ſubire, quia ſat eſt, quòd cauſa impoſitionis ſit publica, & reſpiciat Clericorũ non minus, quàm laicorum commodum, plures alios congerit Oſaſch. in deciſ. Pedem.68. in primo dub. vbi loquitur principaliter de oneribus belli, & reparandi fluminis,& ibi Nicol. Balbus in 2.articul. poſt dictam deciſionem,Purpur. in conſ.50.per totum, vbi loquitur de cuſtodia Caſtri, de refectione putei communis, de occurrendo militibus inuadentibus territoriũ,& de alijs multis oneribus, ſubdens,quòd vbi onus communẽ, & publicam reſpicit vtilitatem, neceſſaria non eſt Summi Pontificis auctoritas, & dicit hanc eſſe veram, & æquam Iuriſtarum, Canoniſtarum, & Theologorum opinionem, idem tenet in conſ. 335. num.1.& ſeq. vbi latè agit, & ponit tribus in caſibus Eccleſiam teneri ad onera, Opizo. in l.filius familias, §. diui, nu.88. ff. de leg. 1. vbi infert. Mediolanenſe decretum de aquis ducendis per alienum fundum,mediante ſolutione, locum habere etiam in prædijs Clericorum, infinitas congerit auctoritates, Menoch. in conſil. 800. num. 1. vſque ad 28.& in ſpecie,
4 quod † ſuſtineatur etiam ad Clericorum præiudiciũ edictum de non ferendo Orizam,probat Gabr.in conſ.37.vol.2. quem ſequitur Menoch. loco prædicto num. 22. alios edit idem Menoch. in reſponſ. edito hac in eadem cauſa, num. 19. & multis ſequentibus: non.n.dubium eſt, quin pro publica vtilitate ſit factum decretum prædictum, tum pro aeris ſalubritate inducenda, & conſeruanda, tum etiam vt loco Orizæ homines inducantur ad ferendum prædia frumento,& grano, ac bladis, vndè magis proſpicitur humano victui, quàm ex Oriza mali ſucci, & nutrimenti, & Doctores in locis præcitatis dicunt Clericos ligari legibus,quæ pro Annona conſeruanda, & vbertate inducenda à Principibus ſæcularibus promulgant.

5 † Et in ſpetie, quòd Clerici, & Eccleſiæ ligentur laicorum ſtatuto, continente commune bonum, voluit Sotus in 4. ſenté. diſtin. 25. quæſt. 2. art. 2. col. 4. verſ. Quarta concluſio, Nauar. in manual. confeſſo. cap. 23. num. 88. Auendan. in tract. de exequen. princip. mandat. lib. 1. cap. 13. num. 7. Meſſias in tract. de taxa panis, concluſ. 5. num. 4. & idem probauit Vincent. Franch. deciſ. 9. nu. 5. vbi loquitur de ſtatutis factis ſuper diſtributione Annonæ, & latè Menoch. d. conſ. 800. & in alio pro hac cauſa, vbi ſuſtinet Clericos, & Eccleſias indifferenter ligari.

6 † In tantum autem verum id affirmant, vt velint Clericos contrauenientes mortaliter peccare, Luc. de Pen. in l. fin. C. de quib. muner. nemin. lice. ſe excuſ. Sot. d. concluſ. 4. vbi ait, quod vltra peccatum tenentur ad reſtitutionẽ damni dati, Franch. d. deciſ. 9. nu. 4.

7 † Prædictorũ ratio eſt, quia Clerici dicuntur ciues, & veniunt appellatione ciuium, Bart. in l. 1. nu. 11. ff. de municip. Bal. in c. 1. de vaſſall. qui arm. belli. depoſ. vbi dicit, quod Eccleſia dicitur de corpore Ciuitatis. Georg. Natta de ſtatu. excluſ. fœmin. in 3. princip. quæſt. num. 85. Marſil. in tract. de bannit. in ver. ciuitate, nu. 116. Caſſan. latè ponit in conſuet. Burgund. rub. 13. §. 5. nu. 2. vbi dicit, quod Clerici dicuntur, ciues diſtrictuales, & pars Ciuitatis, allegat Oldr. Io. Andr. Roman. & Abb. Tiraq. de primogen. quæſt. 44. nu. 9. Cumia. in ritibus, magnæ Curiæ, c. 40. num. 280. id quod locum vendicat, non ſolum in Clericis originarijs, ſed etiam in alienigenis, ſi tamen in loco habeant beneficia, vel ibi commorentur; quia habentur pro ciuibus, dum moram ibi trahunt, Bar. in l. ciues, C. de incol. lib. 10. in d. l. 1, col. 3. Barbat. in c. Rodulphus, nu. 137. de reſcrip. Fely. in c. dilectus, il 2. num. 2. & 8. de reſcrip. Sanſeuer. in l. 1. num. 141. C. de ſum. Trinit. Boer. deciſ. 260. nu. 20. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxor, §. 39. num. 5. Ideo ligantur lege communiter lata, quæ omnes ciues ligat, nec à ciuibus in hoc ſolo ſeparari debent, qui in ceteris gaudent omni commodo Ciuitatis.

8 † Rurſus ad Principẽ ſæcularem, cui à Deo in temporalib. populorum cura eſt demandata, ſpectat condere legem circa ea, quæ ad iuſtam viuendi rationem pertinent, & Reipublicæ reſpi-

Digitized by Google

reſpiciunt conſeruationẽ, non autem ad Epiſcopos, vel alios Ecclebaſticos Iudices, Sot. lib. 1. de iuſtit. & iur. lib. 1. quæſt. 6. artic. 2. poſt princ. verſ. Cęterum, & in d. lib. 4. ſent. quæſt. 25. ver. Quarta concluſ. Molina in tract. de iuſt. & iure diſput. 31. concluſ. 6. vbi addendo Silueſtr. & Victoriam, dicit, quod laici, & Clerici in concernentibus politicam temporalem, eundem habent Rectorẽ Principem ſæcularem; cuius legibus gubernantur, & quibus ſubijciuntur, id quod reaſſumit Menoch. in ſuo reſpo. huius cauſæ num. 27. ſicuti igitur in ſpiritualibus tenentur Iura Pontificia ſeruare, ita in temporalibus à ciuilibus ſanctionibus diſcedere Clerici non debent. & hanc dicit eſſe manifeſtam propoſitionem, Driedo. de liber. Chriſti. lib. 2. cap. 1. propoſ. 4. Diuus Thom. de regimin. Princip. lib. 1. cap. 12. Bellarmin. lib. 3. cap. 6. Henr. lib. 10. cap. 15. num. 4. Ignat. in addit. ad pract. Canon. Bernard. Diaz. cap. 55. ver. Sed vt liberè dicam, fol. 72. hoc autem, de quo agimus, eſt merè profanum, nihil penitus ſpiritualitatis habens admixtum, ideò à Clericis non minus, quam laicis ſeruandum eſt.

9 † Accedat, quod lex Ciuilis, ideſt ius Romanorũ ligat Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, ſi eſt iuſta, & non aduerſatur Canonibus, quia tali caſu recipitur à Pontifice Romano, vt probatur in c. 1. de iuram. calum. in c. 1. de oper. nou. nunciat. in cap. veniens, de iureiur. in c. vt Inquiſitionis, de hęret. in 6. & hanc concluſionem probat Fortun. Garz. in tract. de vltim. fin. iuris in 14. illati, nu. 162. vbi latè agit. ſic etiam poſt Driedon. & Didac. ponit Vaſq. in tract. de ſucceſſio. creation. lib. 3. § 26. nu. 50. vbi fortius loquitur, quando ius Ciuile diſponit expreſsè de Clericis, & Eccleſia, & ponit exemplum in crimine vſurarũ, vel hæreſis, & Didac. de ſponſal. par. 2. cap. 6. in princ. num. 20. & ſeq. ponit de lege ciuili diſponẽte de matrimonio, ſi verò lex ciuilis, & ius commune Romanorum ſuſtinetur; quamuis de Clericis diſponat, quando eſt iuſta, ra-
10 tionabilis, & honeſta, quare non idem dicendum eſt † de ſtatuto, ſeu edicto facto à Principe, cum illud quoque habeatur pro iure ciuili, Bart. in l. ſtipulationum aliæ, in fin. prin. ff. de verb. oblig. vbi Iaſ. num. 9. Bald. in auct. generaliter, col. 1. C. de Epiſcop. & Cler. Alex. in l. 1. nu. 2. C. vt quæ deſunt aduo. Manti. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 7. num. 1. & ſeqen.

In-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Intelligendo tamen ſemper, quando ſtatutum iuri Canonico non aduerſatur; ſicuti enim ius ciuile Romanorum conſtat ex multis partibus, vt ex plebiſcitis, reſponſis prudentũ, reſcriptis Imperatorum,& alijs, vt Inſtit. de iure natu. gent.& ciuil. per totam, ita ius Canonicũ dicitur, ex pluribus partibus conſtare, & vnum, atque idem eſt ius Canonicum comprehendẽs etiam ius ciuile Romanorũ, Hiſpanorum,& alia iura, quæ non repugnant iuri Pontificio, ita reſoluit Vaſq. in d. tract. lib. 1. § 10. num. 648. circa finem, vbi infert valere multas leges in Regno Hiſpaniæ latas, quæ tamen videntur de rebus ad Eccleſiam pertinentibus diſponere, idem infert d. §. 26. num. 60.& ſequ. quia ſicuti ſuſtineretur lex ciuilis vniuerſalis in toto orbe, ita lex particularis in vno Regno, licet pluribus legibus in eodem Regno cautum ſit, ſeruãdam eſſe libertatem Eccleſiaſticam, & contraria ſtatuta penitus anullentur, vt per eum ibi num. 72.

Præterea vbi ius ciuile, ſeu Princeps ſecularis legem faciẽdo adiuuat, vel ſupplet ius Canonicum, in eo, quod non reperitur diſpoſitum, tunc talis cõſtitutio ſuſtinetur; quamuis facta ſit ab inferiore, qui non poteſt regulariter apponere manum ad id, quod ſuperior fecit, glo. in Clem. ne Romani, in
11 ver. Tolli, de electio, quæ loquitur, † quando Epiſcopus auget pœnam impoſitam à Papa, vel ſtatuit pœnam rei à Papa proprohibitæ, & ſequitur ibi Cardin. in prin. & in quæſt. 1. Idem voluerũt Hoſt. Io. Andr. Butr. Abb.& alij, quos citat, & ſequit̃ Felyn. in c. quod ſuper his, col. 4. verſ. Fallit ſeptimo, de maiorit. & obedien. Roch. de Curt. in c. fin. ver. Octauus eſt, & in quæſt. 11. de conſuetud. In propoſito autem edictum venit adiuuando, vel ſupplendo legem Canonicam, quæ nihil de hoc facto particulariter diſponit, ergò ſuſtineri debet, licet factum ſit ab inferiore, & eo, qui alioquin nihil põt contra iura Canonica ſtatuere.

Quæ etſi rem in tuto ponere videantur in fauorem temporalis authoritatis, vere tamen nihil mouent, & eis non obſtãtibus ſine aliqua hæſitatione concludo, Clericos, & Eccleſias minimè ligari eiuſmodi edictis, aut prohibitionibus; ea enim eſt non minus cõmuniter approbata, quàm omnibus nota cõ-
12 cluſio, quòd non † ligantur Clerici ſtatutis laicorum, c. Eccl.

S. Ma-

Digitized by Google

S. Mariæ, vbi glo.& Doctores omnes, præcipuè Felyn.& Dec. de conſtit. ſequuntur alij, quos ego citaui in conſil.2. num.14. quam concluſionē Doctores admittunt ſine controuerſia, quā-
13 do ſtatuti verba ſunt præceptiua, & arctatiua, quia † Clerici, qui non ſubſunt temporali iuriſdictioni, non poſſunt diſtringi, vel coerceri à Principe laico, vt per Felyn. ibi num.85. quem in hoc ſequitur Neuiza. in conſ.39. num.10. Licet in alijs multis caſibus contradicat, prout,& Burſat.conſ.90.num.22.multoq; magis procedit, quando Clerici ſunt nominatim expresſi in lege, aut ſtatuto, quia tunc non valet, etiam ſi contineret fauorem, vt benè diſtinguit Butr. in c. quod Clericis, de foro compet.vbi Imol. Abb.& alij,& poſt Georg. Nattam,& Laur. de Pallat. idem probatur Neuiza. loco præcitato, Burſ.nu.22. & Menoch.de recup. poſſeſſ. rem. 14.nu.56. & adducens Dec.
14 in d.c.Eccl.S.Mariæ, num.24. quinimò † indiſtinctè Clericos non ligari ſtatuto laicorum, quantumuis fauorabili, voluit Matheſil. in notab. 112. vbi ait hanc eſſe doctrinam vtilem,& alios addidi in dicto conſilio 2. num. 15. Idem probauit Purpur. in conſ.335. nu.2. vbi loquitur, quando etiam eſt iuſta,& rationabilis, quia poteſtas ſtatuendi pendet à iuriſdictione, Lamberten.de contract.eor.qui ſine cert.ſolemnit.glo.2.n.57. vbi dicit eos, qui affirmāt legem fauorabilē ligare Clericos, intelligi, quò ad hoc, vt ſi velint, poſſint ea vti, non quòd cogantur illam contra ſe recipere, Roch. de Curt.d.c.fin.ſectio. 8.num.71. vbi ait, quòd includuntur Clerici, ſi velint, non aliter, Lancellot.Gall. in conſuet. Alex. in ver. Maritus, queſt. 4. num.7. vbi dicit communem, multò ergo magis erunt ab eiuſmodi legis diſpoſitione exempti Clerici, quæ non eſt fauorabilis, ſed odioſa, non loquitur indifferenter, ſed expreſsè illos includit, & quod plus eſt, loquitur in perſonam, & vtitur verbis præceptiuis, & pœnalibus, quæ nullo modo afficiunt Clericos. prædictorum ratio principalis eſt, quòd in ſæculari Principe ſtatuente, deficit poteſtas in Clericos, vt per Docto-
15 res in d. c. Eccl. S. Mar. & † ſtatuere eſt iuriſdictionis, Bart. in l. omnes populi, num.3.ff.de iuſt.& iur. vbi Cacialup.& Iaſ. Roman. in conſ. 218. num. 2. Laici autem nullam habent iuriſdictionem in Clericos, l. decernimus, C. de Epiſc. & Cler. Oldrad. in conſ.83. cap.2. vbi glo. de foro competen.& dicit

Innoc.

Innoc. in cap. ſignificantibus, de offi. deleg. quod Clerici ſunt exempti à iuriſdictione Imperatoris,& dicit tex. in cap. ſi Imperator, 96. diſtinct. quod Deus omnipotens voluit Clericos
16 diſcuti à Pōtificibus, & glo. ibi notat, quod hæc † immunitas eſt de iure diuino, & proceſſit antequam emanaſſet conſtitutio Eccleſiæ diſponens de Clericis, quam ideo dicit Bald. in cap. atſi Clerici, eſſe non inductiuam, & diſpoſitiuam, ſed declaratiuam; latè perſtringit Rolan. in conſ. 4. num. 7. & ſeq. vol. 1. vbi ſuſtinet id procedere etiā in ijs, qui primis tantum minoribus ordinibus ſunt inſigniti. ſequitur Natta in conſil. 495. num. 18 & ſeq. vbi dicit eſſe hoc de iure diuino, & Clericus non dicitur ſubditus, vt per Bald. in l. de quibus, num. 26. ff. de legib. Cæphal. in conſ. 53. num. 38. ſicuti igitur Princeps ſecularis non poteſt iudicare Clericum, ita non poteſt ſtatuto aſtringere, quia procedunt à pari ligare aliquem ſtatuto, vel ad forum ſuum trahere, Innocent. & Butr. in rubr. de cōſuet. Archid. in cap. quo iure, diſtinct. 9. Dec. in d. c. Eccl. S. Mar.
17 nu. 6. & vbi poteſtas deficit, nulla eſt operatio; quia † poteſtas in quocunque actu eſt ad validitatem neceſſaria, cap. cum ſuper, de offic. deleg. l. cum te, vbi Bald. C. de donat. ante nupt. Dec. in conſ. 198. num. 3. ſuper hoc fundata eſt intentio Eccleſiæ, & Clericorum, vt non ligentur edicto de non ſeminando orizam,& tam grauis eſt defectus iuriſdictionis, vt ſanari nullo modo poſſit, vnde Doctores dicunt, quod & ſi nullitas euidens,& notoria allegari non poſſit, quando ſtatutum præfigit certum tempus ad dicendum de nullitate, vt per Curt. Iun. conſ. vltimo, num. 4. poſt Alex. conſ. 105. num. 5. vol. 5. Rolan.
18 in conſ. 83. nu. 16. Oſaſch. deciſ. Pedemon. 22. nu. 14. † tamen quando deſcendit à defectu iuriſdictionis allegari poteſt, lapſo tempore, Bald. in l. exceptionem, in fin. ver. Sed pone ſtatutum, C. de Epiſ.& Cler. Ang. in conſ. 187. in fin. Gemin. in cōſ. 95. col. 1. Decius, qui alios citat in conſ. 40. num. 7. quia hæc excluſa nunquam cenſetur gloſ. in Clem. 1. de ſequeſtr. prop. & poſſ. Bald. in conſ. 225. in fin. vol. 5. latè Purpur. in conſil. 377. num. 14. & Crau. in conſ. 801. num. 2. conſ. 847. num. 9. Vantius in tit. quis poſſit dicere de nullit. num. 37. Riminal. conſ. 71. num. 1. in conſ. 281. num. 68. & regula hæc continēs, quod actus ſit nullus, quādo fit ab eo, qui poteſtate caret, nul-

la m

Digitized by Google

lam omnino patitur exceptionem, quia eſt fundata in natu-
rali ratione, poſſem autem pluribus hanc propoſitionem or-
nare, ſed quia video rem ad vnicum argumentum redactam,
quo ſolo vtuntur, qui temporalem vellent extendere auctori-
tatem, ſatis me exiſtimauero feciſſe, ſi illud non ſubſiſtere de-
monſtrauero.

Non vrget itaque, quod vbi ſtatutum continet commune
bonum, & affert cōmodum non minus Clericis, quàm laicis,
tunc ipſos quoque liget Clericos, quia ſi ratio ſupra allegata,
& à Doctoribus, paſſim conſiderata, quòd in laico ſtatuendi
poteſtas, deficiat quo ad Clericos eſt vera, prout eſt veriſſi-
ma, & negari non poteſt, ſaluo pudore fatendū eſt, ſtatutum
eſſe nullum non minus, quando continet vtilitatem Clericis,
& laicis communem, quàm vbi ſolum prodeſt laicis, quia ſola
vtilitas cauſæ non tribuit iuriſdictionē, & cum eo quoque ca-
ſu in laico deſit iuriſdictio, deficiet quoque ſtatuendi poteſtas
19 per vulgatam regulam, quod vbi † ratio eſt eadem, ibi idem
ius eſſe debet, l. illud, ff. ad leg. Aquil. Dec. in conſ. 15. nu. 2.
& in conſ. 301. nu. 6. & 8. ratio etenim vna omnes decidit ca-
ſus, non per extenſionem, ſed per comprehenſionem; quia
20 † vniuerſalis ratio omnes caſuū ſpecies includit ſub ſe, quan-
do genus plures amplectitur ſpecies, Petr. & Cyn. in l. iura,
C. de leg. Abb. in conſ. 75. col. pen. vol. 1. Alex. in conſ. 75. nu.
3. vol. 5. Dec. in conſ. 284. col. 2. Caguol. in l. in toto, num. 6. ff.
de reg. iur. Burſat. in conſ. 40. nu. 11. Dec. in conſ. 62. nu. 17.
Lancell. Gall. in conſuet. Alex. in ver. ligare, quæſt. 8. nu. 138.
21 & ſeq. quemadmodum † autē ceſſante ratione, ceſſat diſpo-
ſitio, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. l. quod dictum,
ff. de pact. Tiraq. in tract. ceſſan. cau. par. 1. nu. 125. ita duran-
22 te ratione, durare debet diſpoſitio, vt † contrariorum ſit ea-
dem diſciplina, l. etſi contratabulas, in fin. ff. de vulg. inſtitut.
de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. in princip. vbi Ang. & Fab.
23 dixit in conſ. 1. nu. 92. ſic dicimus, quòd † donec durat metus
ratio, vel cauſa, ſemper durare dicitur metus, Bal. in l. 2. ver.
Sed quæro, C. quod met. cau. Alex. in conſ. 68. vol. 4. Barba.
conſ. 54. nu. 4. vol. 1. Iaſ. conſ. 165. nu. 1. vol. 2. Natta in conſil.
451. nu. 37. Rolan. in conſ. 6. nu. 87. vol. 1. & in conſ. 95. nu. 33.
eod. volum. Crauett. in conſ. 1. nu. 1. Oſaſc. in deciſ. Pedem.

Digitized by Google

179.nu.12. Menoch.in conſ.1.nu.287. hinc dixit gloſ. in Clemē.1.in ver.eligatur. de electio.quòd diſpoſitio eatenus extēditur, quatenus ſe protendit ratio, & ibi Card. dicit eam eſſe ſingularem, & ſequuntur multi apud Tiraquel. in tract. ceſſan. cau. par. 1. nu. 150. cum itaq; defectus iuriſdictionis adſit, etiam quando cauſa ſtatuendi eſt promiſcue vtilis Clericis, & laicis, non debet ſuſtineri ſtatutum, quamuis eo caſu agatur de communi vtilitate.

24 Cōfirmatur, quia, vt ſupra dictum eſt, quando † ſtatutum continet merum Clericorum fauorē,& vtilitatem. adhuc non ligat Clericos,nec attēditur,quòd eis proſit,licet in tali caſu poſſint Clerici illo vti, ſi velint, Matheſil.dict.notab.112.cū alijs quos adduxi in conſ.2.nu.15. & probat tex. in d.c.Eccl. S. Mariæ, vbi Abb.nu.25.& ſeq. Barbat. nu.2. ver.Nunc verò alteri,& Dec.nu.24. Socin. in conſ.56.nu.1.vol.1. Neapodan. in conſuet. Neap. in procem.nu.309. Nauar. in conſ.4. nu.5. ver. tertio. lib.1.& ſupra addidi Purpur.Lambertenġ. & Lancel.& ratio eſt, quia ſi ſtatutum laicorū ligaret Clericum non poſſet dici fauorabile, nā etſi ratione cauſæ, vel ſubiecta materia prodeſſe poſſet Eccleſiæ, noceret tamen quatenus eam ligat, quinimò plus ei obeſſet, dum iuriſdictionem exercēt, q̄ proſit, dum commodum tribuit temporale, & nihil aliud eſſet, quàm ſub ſpecie boni apparentis, priuare Eccleſiam bono ſubſtantiali, & pro modico pecuniario commodo emere Eccleſiaſticam libertatem, atque in Clericos poteſtatem acquirere, quæ nullo pretio æſtimari poteſt.

Addo quòd Doctores in cap. Eccl. S. Mariæ, vt conſtitutio edita à laico liget Clericos, plura copulatiuè requirunt,nempè quod ſit Clericis fauorabilis, & nō grauis, quod procedat per modum priuilegij, quòd non vtatur præceptiuis verbis, nec pęnalibus,& alias habeat qualitates, ſed hæc, de qua verba facimus, licet in hoc videatur vtilitatem continere, quod ſalubritati aeris conſulit, & abbundantiæ bladorum proſpicit, in reliquis tamē oībus grauat Eccleſiam, præcipuè quia præcipit,& pęnā ĕpræſcribit; vbi aūt plura copulatiuè requirūtur, non ſufficit alterū adeſſe, l.ſi hæredi plures, ff de vulg.

Comprobo, quia ſola vtilitas non ſuſtinet actum, qui alias ſit nullus, ſed alia concurrere debent, quæ ad validitatē ſunt

 requi-

25 requiſita; ideo dicimus † non ſuſtineri alienationem rerum Eccleſiæ factam abſque neceſſarijs ſolemnitatibus, quamuis ea ſit vtilis, & proficua Eccleſiæ, c. ſine exceptione, 12. q. 2. c. tua nuper, de his, quæ fiunt à præl. ſine conſil. cap. vbi hoc notat Abb. gloſ. in ſum. 12.q. 2.Gemin. & alij in c. 2. de reb. Eccl. non alien. in 6. Barbat. in conſ.41. col. 2. vol.4. Aret. in l.mutum, ff. de acqur. hæred. Fed. de Sen. conſ.142. & multos alios citat Tiraq. de legib. connubial. gloſ.8.nu.57.& ſeq. Redoan. de reb. Eccl. non alien.q.20.nu.193. & ſeq. vſque ad fin. vbi hanc ſentẽtiam refert ſuſtineri, vel abſolutè ſtante extrauagan. ambitioſè, de rebus Eccleſiaſt. non alien. vel ad electionem Eccleſ. quæ poteſt ſuſtinere, vel improbare contractum, & vtroq; caſu ſat eſt, quod non cogitur Eccleſia illi ſtare, quamuis vtilis ſit, atque ita ſola vtilitas non dat robur actui, qui alias eſt inualidus, ſed alia requiruntur.

Publica porro vtilitas efficit quidem, vt lex, aut ſtatutum fieri poſſit, ſed iuriſdictionem non tribuit non habenti, nam 26 † hic eſt legum finis, vt commune bonum ſeruetur, & in hoc conſiſtit iuſtitia, vt poſt Ariſtot. & D. Thom. inquit Molin. de iuſtit. diſput. 2. col. 2. & huc tendunt omnes leges, vt benè, beateq; viuamus, vt per multa probat Garzias de vltim. fine, nu.3.& ſeq. & probatur in l. 1. & 2. ff. de legib. & in §. erit aũt lex, diſt. & omnis lex ad publicam vtilitatem ferenda eſt: atq. in hoc iuſtus Princeps differt à Tyranno, qui ſuam ſemper, priuatamq́. reſpicit vtilitatem, Sot. de iuſt.& iur.q.6. art. 3. pulchrè Vaſq. Illuſtr. controuerſ. cap. 30. nu. 1. & ſeq. & quod de legibus dicitur, procedit etiam in ſtatuto, quod ad publicum, non ad priuatum commodum fieri debet, Bonacoſſ. in quæſt. 27 crim. in ver. ſtatutum, verſ. Statut. debet, vnde † dicimus, quòd ſtatutũ in odium alicuius particularis perſonæ eſt ambitioſum, & nullum, Abb. in c. cum omnes. in 5. not. de conſt. comprobat multis, Deci. in conſ. 3. nu 69. & ſeq & legi ſemper ineſſe debet publica vtilitas, Sola in conſtitut. Pedem. in proœm. gloſ. 2. nu. 25. & ſeq. præcipuè nu. 30. publica igitur vtilitas ſemper eſt neceſſaria ad legis, vel ſtatuti validitatem tanquam illius finis, & intentio; nec tamen per hoc extenditur, aut ampliatur ſtatuentis auctoritas, & iuriſdictio, alias ſemper lex, & ſtatutum Clericos ligaret, cum ſemper ad publi-

blicam vtilitatem ſit condita, non ergo licet inferre, lex cō-
cernit publicum bonum; itaq; ligat Clericos, quia publicum
bonum à lege ſeparari non poteſt: & tamen lex Principis non
ligat Clericos: ratione igitur eſt deſtituta ea concluſio, cui
ſoli nititur pars aduerſa, quæ ideo edictum ſuum vult ſuſtine-
re, quod bonum publicum concernat, quaſi alijs legibus non
idem ſit finis, & ſcopus, vt publicæ vtilitati proſpiciatur, cō-
muni bono conſulatur, & quod omnibus commodum eſt con-
ſeruetur.

Et cum tractamus de legibus condendis, id primum deſpi-
ciendum eſt, ſi is facultatē habeat leges ferendi, deinde qua-
lis eſſe debeat lex. ita Beatus Thom. quem citat Fely. in d. c.
Eccleſia S. Mariæ num. 13. ver. & dicuntur iuſtè. Garzias de
vlt. fine, nu. 159. in fin. ver. nec obſtat ratio, vbi omnino vi-
dendus eſt. Dec. d. c. Eccleſia, nu. 55. ver. nec obſtat, Bero. in
c. 1. nu. 220. de cōſtit. Rebuff. in conſtit. reg. tom. 1. proœm. glo.
1. nu. 61. quibus in locis dicitur tria requiri ad legis validita-
tem, & principaliter poteſtatem, & dicit Dec. in cap. quæ in
Eccleſiarum, nu. 7. de conſtitut. quod non ſolum iuſta cauſa,
28 ſed poteſtas etiam in ſtatuente requiritur; & † principaliter
auctoritas, & poteſtas eſt neceſſaria, ſine qua ferri lex non po-
teſt, quamuis iuſta ſit, & publica vtilitas, immò & neceſſitas
vrgeat; publicæ namque vtilitatis ratio qualitatem legis re-
ſpicit, ſed poteſtas, & auctoritas concernit ſubſtantiam, ſine
qua nulla qualitas conſiderari pōt, l. nec vllam §. ſi abſentis,
& ibi ſing. notat ff. de petit. hæred. & alios citaui in conſ. 34.
29 nu. 3. & † tria ad cuiuſcumque actus validitatem requirun-
tur, voluntas, poteſtas, & modus; nam ſine voluntate nihil ad
finem reducitur, ſine poteſtate nihil eſt reducibile, & vbi mo-
dus ad finem ordinatus non ſeruatur, ad finem perueniri non
poteſt, ita poſt Cicer. & Boet. probat Bero. in conſ. 76. nu. 1. 1.
vol. & dixi in conſ. 127. nu. 31. parum autem prodeſt, quod in
laico detur modus condendi legem, id eſt, quod ſubſit vtilitas
publica, vel neceſſitas, niſi etiam concurrat poteſtas & aucto-
ritas; vt per Garzi. loco prædicto; malè ergo infertur à cau-
ſa publicæ vtilitatis extantis ad facultatē ſtatuēdi, cum vtra-
que concurrere debeat, nec altera ſufficiat.

Et quamuis paſſim dicant iura, & Doctores Clericos teneri

ad ea, quæ publicam reſpiciunt vtilitatem, & bonum commune concernunt, ex quibus multos enumerat Dom. Menoch. in conſ. 800. & in reſp. edito pro hac cauſa nu. 29. & ſequ. tamen à illis paucis admodum exceptis, non dicunt, quod Clerici ligentur lege ſæculari, nec quòd ſtatutum laicorum includat, vel obliget Clericos; ſed dicunt Clericos teneri ad ea onera, quæ pro communi vtilitate debentur, vt quando agitur de refectione pontium, viarum, aggerum, puteorum, vel fontium, & ſimilium; & hæc inter ſe differunt, quia poſſunt ſimul ſtare, quod ad ea onera teneantur, ſed quòd ad illa non obligentur ex lege, aut ſtatuto laicorum, ſed ex iure cõmuni Canonico, vel ex lege Ciuili recepta, & approbata à lege Canonica, & à Summis Pontificibus: vnum.n. reſpicit qualitatem oneris, alterum verò reſpicit poteſtatem edicentis, vnde ex diuerſis non benè infertur, l. Papinianus exuli, ff. de minorib. ſic etiã Bar. Io. de Plat. & alij in d. l. 1. C. vt nem. lice. in emption. Spec. non dicimt edictum circa Annonam ligare Clericos.

Et qui hoc dicunt explicitè, vt Sot. Meſſias, Victoria, & alij ſupra citati, ſi abſolutè intelligantur, & indiſtinctè malè loquuntur, contra iura, & cõmunem concluſionem ſupra firmatam, quod ſæculari Principi nulla eſt poteſtas in Clericos, quacunque ratione ſtatuant, tantq. omni ratione deſtituti, quare eorum auctoritas attendẽda non eſt, quibus plures numero, & grauitate repugnant, & quibus ratio ipſa refra-
30 gatur, & in ſpecie, quòd etiam † concurrente bono publico, lex ſæcularis non ligat Clericos, niſi ſit à Pontifice confirmata; voluerunt Garzi. de vlt. fi. n. nu. 158. vſque ad 168. Vaſq. d. §. 10. num. 651. & 658. & §. 26. nu. 71. Rebuff. tom. 1. in procem. gloſſ. 1. num. 55. & ſeq. & dictis Theologis in hoc ſtandum non eſt, ſed Canoniſtis. Baptiſta Ferret. conſ. 37. in fin. vol. 1. Burſat. conſil. 200. num. 50. Vaſq. illuſt. quæſt. cap. 29. nu. 16.

Vel (id, quod ego de tantis viris iudico) intelligẽdi ſunt, vt dicere voluerint non ſubiacere Clericos illi legi, vel ea ligari abſolutè, ſed teneri ad id faciendum, quod lege illa mãdatur, aut prohibetur; non ideo, quia ea ſit lex, ſed quia id, quod in ea præcipitur, iuſtum eſt, & rationabile, & commune bonum reſpicit, atq. ita non lege, ſed ratione, qua lex innititur,

in

in tantum, quod ſi ſuper eo nulla eſſet promulgata lex, Clericus tame idipſum facere, vel omittere teneretur propter dictamẽ rationis naturalis, & æquitatis canonicæ, & moralis, qua inducimur omnes ad faciendũ id; quod publica omnium hominũ vtilitas exigit, & in ſpecie ſi Clericus ſcit infici poſſe aerem ob Orizæ ſationem, vel indè oriri poſſe bladorũ penuriã, vtique ex regula iuſtitiæ, nulla ſubſiſtente alia lege, tenetur abſtinere à ſeminando Orizam, quia alias proximo dãnum dat, & facit contra regulam charitatis; & hoc eſt, quod aliquando in hac cauſa dictum eſt alijs verbis Clericum ligari lege Principis ſæcularis, non ex vi legis, ſed ex vi rationis,
31 & hoc modo viri illi intelligẽdi ſunt, † qui dixerunt ſtatutum laicorum circa publicum bonũ ligare Clericos, non quia ſtatuto Clerici ligentur; ſed quia id, quod ſtatuto præcipitur, adeo iuſtum eſt, quòd etiam nullo extante ſtatuto Clerici non poſſunt ſine læſione iuſtitiæ, & charitatis contrarium facere: & hoc modo ſuſtinetur eorum dictum, & reſolutio, quæ aliàs ſuſtineri non poſſet, & contradiceret iuribus, & rationibus ſupra allegatis, quę optimè militant.

Hæc aũt diſtinctio, quod aliud ſit vi legis ligare, aliud vi rationis, non eſt noua, ſed antiqua, eam probauit Fortun. Garzias in d. tract. de vltimo fin. in 13. illation. nu. 158. & ſeq. præcipuè nu. 160. vbi dicit non eſſe bonam conſeqnentiam lex ſecularis eſt honeſta, & æqua, ergò ligat etiam eum, qui ſibi non ſubijcitur, & num. 161. ver. ſed quæro, quæ eſt ratio, vbi postquam ſuſtinuit legem Ciuilem, non repugnante iuri Canonico ligare Clericos propter comprobationem iuris Canonici, quærit quare ius Canonicum, ſeu Pontifex debet iura ciuilia approbare? & ſubdit propter iuſtitiam in eis cõtentam, ex quo prouident humanis negotijs ad conſeruationẽ humani generis, & ſubdit, quod ante approbationem leges humanæ vi propria non conſtringunt Eccleſiam ſibi ſuperiorem, & addit hoc modo intelligenda eſſe omnia iura canonica, quæ dicunt iura ciuilia Clericos ligare, vt id verum ſit propter confirmationem Pontificis, non autem ob vim ipſius legis ciuilis, & hoc ipſum repetit in 14. illatio, ver. Nec obſtat fundamentum. nu. 165. ait n. leges ciuiles, ſi ad auctoritatem Imperatoris reſpiciamus, eſſe nullas, quia ſine poteſtate latæ ſunt,

ſed

ſed quia iuſtæ ſunt, iuſtum eſt quoque, quòd à Pontifice cõfirmentur, atque ita vult, quod attendatur non auctoritas Principis legem ferentis, ſed iuſtitia ipſius legis, quinimò vtrunq; ſimul iunctum nihil ligat, niſi accedat confirmatio Pontificis, vt dicam fortè infrà. eandem diſtinctionem fecit ad aliud tamen propoſitum, Bald. in l. nemo, in principio, C. de ſentẽt. & interlocut. omn. iudic. vbi dicit, quòd Iudex non debet ſequi ſententias, niſi in ſe habeant rationes, & quando continẽt rationes, ſequitur eas, non quia ſit eo modo iudicatum, ſed quia ius, & ratio ita vult, & ſubdit, quod eo modo Fancigenæ ſeruant leges Imperiales, non quia ſit lex, ſed quia ratio qua leges mouentur ſic dictat, atq; ita ſequũtur rationem legis, non legem, & allegat ſæpè Conſtitutiones Imperatorum, non quia ſint conſtitusiones, nec quia proueniant ab Imperatore, ſed quia naturales, & bonæ à naturali rationis fonte ꝓcedentes. eandem diſtinctionem in noſtris terminis approbauit Purpur. in conſ. 335. nu. 2. & 3 vbi dicit, quod lex ciuilis, quantũcumq; rationabilis, Eccleſiam non ligat vi arctatiua, ſed cum iuſta eſt, ſuſtinetur per vim directiuã rationis, & tũc Clerici ligantur non lege, ſed ex naturali iuſtitia, à qua nemo ſubducitur, quamuis Imperatori legem ferenti non ſubijciatur, & ibi latè proſequitur. idem ſenſit Nauar. in ſuo Manual. cap. 23. nu. 88. dum loquendo de lege, laici moderantis pretia rerum, ait, quod etſi Clerici tali lege condita à ſeculari non ligentur, nec ei ſubijciantur, tamen ſubiecti ſunt legi naturali, & diuinæ, quibus prohibetur cuilibet plus iuſto pretio vendendo exigere, & ſubdit conuenire Chriſtianæ charitati, quòd Princeps Eccleſiæ eiuſmodi leges iuuẽt ſuis edictis, atq; ita vult aliud eſſe ligari vi legis, aliud teneri vi rationis eandem diſtinctionem, latius tamen exordiendo, fecit Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 1. § 10. nu. 651. vbi ait iuriſdictionem afficere aliquando ex vi poteſtatis, aliquando ex vi cõfirmationis, tertio ex vi ſubmiſſionis, vel cõuentionis, poſtremo ex vi rationis; quamuis in vltimo capite velit, quod fortius eſt in caſu noſtro, quod etiam vi rationis lex nõ liget Clericos, quando lata eſt à non habente poteſtatem, ſed intelligit ipſe, quod liget ad effectum, vt Clericus puniri poſſit, & diſtringi, ſed ſi intelligamus ad effectum tantum, vt iure obligetur, ceſſabit con-

32 contradictio, & eodem modo dicimus, quod Princeps † ſupremus, qui nulla lege ligatur, tenetur tamen ratione, quia eſt animal rationale, & obligatur dictamine rationis non legis, l. digna vox, vbi Doct. C. de legib. benè declarat Bald. in l. 2. nu. 40. C. de ſeru. & aq. & in conſil. 271. col. 1. vol. 1. dicit, quòd honeſtas ligat Principem; & ponit Purpur. d. conſil. 335. nu. 2. & ſunt iura infinita, quo ergo modo Princeps non ligatur legibus, ſed ratione, eo ipſo Clericus lege ciuili nõ ligatur, ſed ratione, & poſſem multa alia cumulare, ſed video hoc ipſum à D. Menoch. non impugnari, dum nu. 35. in vltimo ſuo reſponſo dicit hoc ſibi ſufficere, quod ex infraſcriptis tamen melius videbitur.

Et quemadmodũ diſtinctio prædicta non eſt noua, ita non eſt verbalis, ſed ſubſtantias, & plurimum intereſt, quod lex liget vi ſua, vel quod vi rationis obliget; vbi enim vi propria ligaret Clericos, vtiq; poſſet contra eos idem ſtatuens cognoſcere, tum quia paria ſunt forum ſortiri, & ſtatutis ligari, vt ſupra demonſtraui, tum etiam, quia Princeps ſtatuẽs habere debet ſuæ iniuriæ vltionem, l. cum emancipati, §. emancipatus filius, ff. de collatio. bono. l. at vbi. ff. de pet. hær. Bar. in §. & hanc, in princ. in Auth. quomod. oport. Epiſc. & dicit Nat-
33 ta coſil. 580. nu. 6. quod vbi quis † ſpernit edictum Principis, ab eo punitur, & pœna ad eum ſpectat. probaui in conſ. 152. nu. 6. vbi allegaui Amad. quoq; de ponte, nouiſſimè, Menoc. in conſ. 604. nu. 28. & ſeq. contrauenjens enim efficitur de foro prohibentis, qui poteſt, & debet ſuam tueri iuriſdictionẽ, vt probat Amad. quæſt. Laudem. 24. col. 6. & tamen fatentur
34 omnes, quòd † Clericus puniri non poteſt à laico etiam illis in caſibus, quibus edictum promulgatũ eſt pro vtilitate publica, & quibus Clericus ad onera tenetur, vt voluit Io. de Plat. in §. item lex Iul. col. 4. ver. item numquid, Inſtit. de public. iudic. vbi ait pœnam exigi per Iudicem Eccleſiaſticum; nec ſæcularem poſſe in ea ſe intromittere, cuius deciſionẽ inquit ſingularem, Io. Lup. in c. per veſtras, in 2. not. §. ſed eſt pulchra, nu. 13. de donat. int. vir. & vxo. folio mihi 128. ſic Iſern. in d. c. 1. §. illicitas, in fin. de pace iuran. firm. inquit, quòd
35 † vbi Eccleſia tenetur de iure cõtribuere ad onus aliquod ſuſtinendum, cogitur tunc ab Epiſcopo, vel alio Iudice Eccle-

ſiaſti-

ſiaſtico, non à laico, & ſequuntur ibi Doctores, præcipuè Afflict.num.23. & hoc voluerunt Bal.& alij in d.l. ad inſtructionem, C.de ſacroſ.Eccl.Abb.& alij in c.non minus,de immuni. Eccleſiaſt. Doctores in d.cap. Eccl. S.Mariæ, Iaſ. in l.placet, C.de ſacroſan. Eccl, Rip. in tractà. de peſt.in tit.de remed.ad conſeruan.vbert.num.136. Vaſq. de ſucceſſ.creat.lib.1.§.10. num.648. colum. fin. verſ.Et Hiſpaniæ vſu, vbi allegat Io. de Plat. & Lup. in locis præcitatis, Sot. quem citat, & ſequitur Franch. in d.deciſ.9.num.6.Viuius in deciſ.28. in princ.& indifferenter tenent omnes, quod Clericus tali caſu non puniatur à laico, ſed ab Eccleſiaſtico Iudice,ergo vi legis Clericus non ligatur: quia ſi ea vi obſtrictus eſſet, non minus teneretur quò ad pœnæ exactionẽ, quam quo ad pœnæ illius impoſitionem,ſicuti itaq; laicus non poteſt ad pœnam condẽnare, vel eam exigere cognoſcendo, & puniendo, ita non poteſt ad pœnam Clericum obligare, ſtatuendo, & imponendo, quia plus eſt, per ſtatutum pœnam imponere,& per talem impoſitionem aliquem obſtringere, quàm ſic obligatum plectere, & ad obſeruantiam cõpellere, tum quia à primordio tituli poſterior formatur euentus, l. 1. in fin. C.de impon. Lucrat. de-
36 ſcript. lib. 10. tum etiam, quia † ſemper magis attenditur prima,& originalis cauſa, l. ſi id, quod in principio, ff de donat. Crauet. in conſ.144. num.2. & principium eſt fine potentius, & cauſa incipiens potentior eſt perficiente, l.1. ff.de origin. iur. l. Pomponius, ff.de nego.geſt. l.ſi filius, ff. de verborum obligat. & omnis proceſſio fit à principijs, Ariſt. lib. 1. de cœlo, Angel. conſ.110.num.6.poſt med. pulchrè Crauett.
37 in conſ.883, nu.13. & † finis regulatur à ſuo principio, & ad illud trahitur, l.3. §.ſcio, vbi Bald. ff.de minor. Angel. in l. ſi poſſeſſor, § redactè, ff.de petit. hæred.& multò plus eſt ordi-
38 nare, quàm exequi; nam † actus tribuitur ordinãti, non exequenti, l.ſi hæres teſtamento, ff de actio, empt. l.item eorum, § ſi decuriones, ff. quod cuiuſque vniuer. nom. Crauet. d.cõſ. 144.num 3. Tiraquell. de legib.connub.gloſ.8.qu.184.& 194. vbi latè probat,& ego quoq; tenui in conſ. 29. num.3. ſi ergo laicus propria facultate, & poteſtate poterit eum ſua lege obligare,& obſtringere,vndè fatẽdum eſt,quod vbi Clerici ad aliquid tenentur, quod lege laicali eſt interdictum, & præci-

E	puè

hic quando publica verſatur vtilitas, aut neceſſitas, tunc te-
nentur, non quia lex tunc promulgata, faciat illicitu, ſed quia
ratione naturali, vel lege charitatis, aut iuſtitię illud ipſum
eſt prohibitum, & clericis interdictum, propterea illa regu-
la charitatis, & iuſtitiæ obligat Clericum, non autem lex lai-
ci, quæ declarat, mandat & præcipit illud obſeruare.

Ex alio pariter deprehendi poteſt in prædictis caſibus Cle-
ricos non ligari vi ſtatuti, vel edicti laicalis, ſed ſolum vi ra-
tionis, & lege charitatis, aut iuſtitia, quia Iudex etiam Ec-
cleſiaſticus Clericum ijs caſibus contrauenientem non caſti-
gabit, pœna impoſita, & indicta à ſtatuto laici; immò nec a-
lia quamuis pœna temporali, ſi tamen lex Epiſcopi, vel alte-
rius Superioris Eccleſiaſtici non acceſſit, ita voluit Sot. qui
ſæpe pro parte aduerſa allegatur in 4. ſenten. diſtinct. 25. q. 2.
39 art. 2. col. 4. verſ. Quarta concl. vbi concludit teneri † quidem
Clericus lege Regia publicata ad moderãdum pretium bla-
dorum, ſed eſſe exemptos à pœna temporali, ſequitur Molin.
d. diſputat. 31. Franch, d. deciſ. 9. num. 6. hac ratione dixit Na-
uar. d. c. 23. num. 88. benefacere tali caſu Principes Eccleſia-
ſticos, ſi ſæculares Iudices ſuis edictis iuuarent, quia voluit
dicere hoc modo. Clerici contrauenientes, punientur pœne
temporali, qua nõ poſſunt alioquin choerceri, ſi ab Eccleſia-
ſtico nulla lex ſit ad hoc promulgata, & ſi dicatur nonne Sot.
Victor, Molin. Franch, & alij concludunt peccare Clericum
inobſeruantem, & ad reſtitutionẽ teneri? quare ergo eodem
modo plecti non poſſunt pœna temporali? reſpondeo, quod
ad peccatum obligat regula charitatis, & iuſtitiæ, de qua ſu-
pra, & quæ militat etiam circa eleemoſynæ diſtributionem,
vt per Abb. Felyn. & alios, quos citat, & ſequitur Didac. lib. 3.
variar. reſolut. cap. 24. num. 5. & dixi in tract. alimento. tit. 1.
40 q. 90. num. 2. † pęnam autem temporalis non imponitur, niſi
lege expreſſa cautum ſit, § cum igitur, in authen. de non eli-
gen. ſecun. nuben. l. at ſi quis § Diuus, ff. de relig. & ſump. fu-
ne. Deci. conſ. 18. nu. 19. & quamuis Clericus faciens contra
legem charitatis, & regulam iuſtitiæ Deum offendat, & dica-
tur illicitum quid facere, tamen non ideo temporali pęna af-
fligendus eſt, cum non ſonet in delictum, vt per Bald. in conſ.
41 14. filiusfamil. volum. 1. vbi † non omne inhoneſtum eſt de-

lictum,

lictum, & in conſ.15.eodem volum. dicit, quod non omne illicitum punitur, ſed illud ſolum, quod lex ſtatuit, eſſe delictũ, allegans textum, quem dicit ſingul. in d.l. at ſi quis, § Diuus, & Bald. ſequitur Natta in conſ.435.nu.9.& 10. & in conſ.597. num.10. ponitur itaque Clericus à Deo pœna ſpirituali, ſed non ab homine pœna temporali; ergo non punitur vi legis, quia ſi vi legis puniretur, pęna quoq; temporali plecteretur, vel ſcripta in lege ipſa, vel alia, Iudicis arbitrio, cui locus eſt, quando in lege certa pœna non eſt definita, quinetiam idipſum, quod prædicti Doctores dicunt de peccato, procedit ob læſionem iuris naturalis, & diuini, & offenſionem legis charitatis, & iuſtitiæ: nam etſi, ſecundum communem ſententiam,
43 † lex ciuilis, vel Principis obliget inobedientem ad pœnam æternam, tamen id prouenit principaliter non ex vi legis, ſed ex vi iuris diuini, vel naturalis, quod cum ipſa lege violatum fuit, vt concludit Vaſq. Illuſt. controuerſ. cap. 29. nu. 18. vbi poſt longam diſputationem ita reſoluit quæſtionem alias inter Ioannem Herſon, & Alphon. Caſtren. maxime controuerſam, de quo tamen latè agit Nauarr. d. cap. 23. num. 48. & 54. Capra concluſ. 3. Vinius deciſ. 28. in principio, Cenedus in decret. collect.2.num.2.3. in 2. par.

Quod ſi Clerici vi legis, ſeu edicti, ſic vt præfertur publicati, non ligantur, nihil eſt, quod legi tribuatur, nec quòd pars aduerſa ſe fundet ſuper poteſtate ſui edicti, vel affirmet Clericos obligari, quinimmo verum erit, quod edicendo, & legem promulgando, cum expreſſa Clericorũ mentione, verbaq. ipſa in Clericorum perſonas dirigendo, & Clericos diſtringendo, læſit iuriſdictionem, & libertatem Eccleſiaſticam vim ſuæ legis in Clericos extendendo, quod ſolus Pontif. x, aliiq· inferiores Eccleſiæ Principes facere poſſunt: vnde ſatis patet non idem eſſe, quod legis vi, vel rationis vigore Clerici teneantur; nec vt ligentur Clerici ſufficere, queadmodum D. Menochius exiſtimauit, quòd Clerici vi rationis ligantur, quando enim de Clericis non eſt in edicto facta nominatim mentio, tunc ſæcularis Iudex non ponit manum ad alienam meſſem: ſed quia, quòd fieri, vel non fieri mandat, aut vetat, cum naturali iuſtitia, & lege conuenit, charitatis vi tenentur Clerici illud ſeruare, non quia vetitum lege ſæculari, ſed qa

contrarium charitati, & bono publico, cui naturali ratione, & diuina lege Clerici ſunt obſtricti, quãdo vero Princeps ſæcularis Clericos expreſsè diſtringit, eis mandat, illis interdicit, pœnam ſtatuit, & in eos dirigit verba; tunc quia ſua lege eos ferit, qui ſibi non ſunt ſubiecti, eorumq. perſonas à ſua iuriſdictione penitus exemptas afficit, & diſtringit, offendit Eccleſiaſticam libertatem,& quod diuino, ſecundum multos, vel poſitiuo, ſecundum aliquos iure ſolis Eccleſiarum Prælatis tributum eſt, vſurpat, occupat, & ſibi vendicat, alienũq. ius, & alienam exercet iuriſdictionem; per eandem hanc rationem videmus plurimum intereſſe, quod lex ſæcularis quãtumuis ad bonum publicum directa de Clericis faciat, vel non faciat mentionem, quia ſi Clericos expreſsè comprehendit, tunc, ex quo eos vult afficere, quos lex ſæcularis non ligat, eſt nulla, & lædit ius, & poteſtatem Eccleſiaſticã. ſi Clericos non nominat, tunc ſtatuenti obijci non poteſt, quod in Eccleſiam, aut Eccleſiaſticam iuriſdictionem committat.

Quare Doctores in contrarium allegati loquuntur omnes, quando in lege, aut edicto ſæcularis Principis non eſt facta de Clerici expreſſa mentio, tunc enim vi legis Clerici non includuntur, nec verba ad eos extenduntur, ſed quia ſtatutum publicæ proſpicit vtilitati, & communi bono conſulit, Clerici contrauenientes legem charitatis offendunt, & regulam iuſtitiæ contemnunt, propterea peccant, & ſi rectè videantur Doctores prædicti, nemo ex eis loquitur, quando Clerici ſunt expreſsè comprehẽſi in lege, & ſi aliter eos intelligamus, obſtabit omnium Doctorum turba in d. c. Eccl. S. Mariæ, vbi Abb. expreſsè notat, & Felyn. num. 23. in fin. verſ. Recipit
43 autem prædicta, vbi † quamuis lex ciuilis contineat bonum publicũ, & non repugnet Canoni, vtiliſq. ſit Eccleſiæ, tamen non valet, ſi de Clericis expreſsè diſponat: ſequitur Dec. & alij ibi, & melius cæteris Garzias in d. tract. de vltimo fine nu. 158. & ſeq. vbi vult, quod lex ſæcularis quamuis iuſta bonum continens publicum, & communem vtilitatem, non tamen liget Clericos, niſi ſit à Pontifice confirmata, & eo caſu robur
44 ſumit à confirmãte, quia † ea noſtra facimus, quibus noſtram impartimur authoritatem, l. 1. C. de veter. iur. enucle. Cyn. in d. l. digna vox, Garzias loco prædicto, num. 161. idem proba-
uit

uit Nauarr. d.c.23.num.88. dum edictum Principis Eccleſiaſtici exigit, quo iuuetur lex ſæcularis, latiſsimè Vaſq. d §. 10. nu. 651. vbi negat prorſus Clericos ligari lege ſæculari, quãuis iuſta ſit, & rationabilis, quia tunc demum eſt iuſta, quandò fit ab habente poteſtatem, & vult, quòd neque vi legis, neque vi confirmationis, neque vi ſubmiſſionis, tranſactionis, aut præſcriptionis, neque demum vi præſumptæ rationis liget Clericos, quod vltimum intelligo ad hoc, vt liget reſpectu iuriſdictionis, nam loquitur de iuriſdictione, & ad hoc, vt ſubijciat Clericos ſuæ legi, & num. 658. facit generalem concluſionem, quam repetit lib. 3 §. 26. num. 72. Quinimmo fortius dixit Io. Andr. in cap. fin. de immunit. Eccleſiar. quod
45 † vbi lex laici eſt generalis, & nõ loquitur ſpecialiter de Clericis, ſtatuentes cogi poſſunt ab Eccleſiaſtico ad declarandũ, quod ea lege, neque Eccleſia, neque Clerici ligantur. ſequitur Capra concluſ. 15. num. 38. latè alios citans Felyn. d. c. Eccl. S. Mariæ, num. 81. Gabr. conſ. 47. num. 3. in 2. volum. Anchar. conſ. 155. num. 8. in fin.

Et non mouet, quòd ad Principem ſæcularem ſpectat prouidere circa politicam temporalem, & ea, quæ publicum bonum circa temporalia reſpiciunt, non autem ad Epiſcopos, quia reſpondeò verum id eſſe, dum tamen perſonas, & res Eccleſiæ, vel Clericorum non attingat: ſed ſi Princeps ſæcularis velit in eis Clericos, & Eccleſias afficere, non minus lædet Eccleſiaſticam iuriſdictionem, quam offenderet temporalem Iudex Eccleſiaſticus, ſi in tẽporalibus laicis præciperet, cum enim iuriſdictio quinque reſpiciat, tempus, locum, cauſas, res, & perſonas: reſpectu loci, temporis, & cauſarum ſæcula-
46 ris iuriſdictio eſt ſeiuncta à temporali: † reſpectu verò perſonarum, & rerum Eccleſiæ, & Clericorũ, nihil eſt, quod laicis concedatur, vt inquit Vaſq d. §. 10. num. 651. vnde quo ad cauſas ſtatuendi, licet ſæcularis ſit iudicis bono publico prouidere, id tamen intelligendum, dum ne manũ ponat ad perſonas, & bona Clericorum, quia vt ſupra dixi, ex D. Thoma, Felyn. Dec. & Garzi. iuſtitia cauſæ, & bonum publicum non ſufficit ad ſtatuti validitatem, niſi accedat auctoritas. Præ-
47 terea vbi † publica ſubeſt vtilitas, vel neceſſitas; etiam Eccleſiaſticus Iudex prouidere poteſt, & laicos diſtringere, &

com-

compellere ad res, & bona ſua vendendum, vt probat tex. in l.fin. §. ita Epiſcopi, ff. de muner.& honor. l.1. vbi gloſ. C. de Epiſc. audient. Io. de Plat. in l.1. num.4. C. vt nem. liceat ab emption. ſpecier. Didacus variar. reſolut. lib.3.cap.14.nu.5. in fine.

Nec aduerſatur, quod ius ciuile fuit receptum à iure Canonico, atque approbatum in omnibus, etiam quando Clerici expreſsè ſunt nominati, vel quando lex ciuilis ſtatuit de ptinentibus ad ius Canonicum, vt ſuper iuramento, hæreſi, & alijs; quoniã quo ad eas leges quæ fuerunt receptæ à iure Canonico, & approbatæ, nulla eſt difficultas; ſeruantur.n.& ligant Clericos, non tanquam ius ciuile, ſed tanquam ius Canonicum, propter approbationem ſecutam, ex quo, vt ſupra dictum eſt, noſtra facimus, quæ noſtra auctoritate confirma-
48 mus: atque ita legem ciuilem † propter confirmationem ſuſtineri, concludit Garzias, loco in contrariũ citato, & nu.165. ſic etiam Didac. de ſponſalib. par.2. cap.6. in prin. num. 20. Vaſq. dicto §.10. num.651.& facit, quia, vbi confirmatur, qđ
49 nullum eſt, tunc dicitur noua datio, & † actus confirmatus ſumit robur, non à faciente, ſed à confirmante, l. adoptio, ff. de adoption. l.legata inutiliter, ff.de adim. leg. Bart.in l.more, num.5.ff.de iuirſd.omn.iud. gloſ. & Bal. in §.fin.vbi textus eſt clarus. Inſtit. de tutell. Ang. in d.l.adoptio, Iaſ. d.l.more, num.30. vbi Curt.Iun. num.44. Crot.conſ.97. num.12. Marſil.ſingul.196.in princ. Pariſ.conſ.3.nu.40.& ſeq. vol.4. Bertran.conſ.179 num.3.vol. Vaſq. d.§.26. num.101. Cæphal.in conſ.304.num.86. conſ.414. num.52. perindè ergo eſt, atque ſi id diſpoſitum eſſet à iure Canonico, & dicitur canonicum ius non ciuile, poſtquam eſt à canonico receptum, & approbatum nunc ſuſtinetur, tanquam lex ciuilis, & id ideò clarè à Garzia dicto num.161. profertur, quod non eſt opus declaratione, aut demonſtratione; & præter eum hoc voluit Rebuff. de conſt. reg. tom.1. in proœm. gloſ.1.num.61.& ſeqq. vbi quod ſuſtinetur, vi approbationis, non vi propria.

Hæc autem approbatio nõ eſt generalis, nec referri poteſt ad omnes leges ciuiles, ita quod quiquid ciuili lege conſtitutum eſt, id totum etiam cenſeatur approbatum à lege Canonica, ſed de approbatione conſtare debet, quæ etſi facta legatur,

tur, quo ad aliqua, non tamen indè licet ad omnia alia inferre, quinimmò diſputant Doctores, ſi leges ciuiles, quæ deſcriptæ, & tranſumptæ leguntur in decreto, videantur approbatæ, & canonizatæ, Ioan. Andr. in cap. 2. de reſcript. vbi Abb. num. 9. & Felyn. num. 39. in ver. leges inſertæ, Marant. de ord. iud. in 3. par. num. 38. Cened. in 1. par. decret. collectan. 16. num. 8 quod eſſet ſuperfluum, ſi omnes leges ciuiles eſſent ipſo iure approbatæ à iure canonico, eo ipſo, quod illi non repugnant, nec contrariantur, & Garzias dicto num. ibi diſputat, an pontifex teneatur legẽ ciuilem confirmare, vnde concluſio eſt, quod lex ciuilis ante confirmationẽ non ligat Clericos, & poſt confirmationem non ligat tanquam ciuilis lex, ſed tanquam canonica, & non quia lata à ſæculari, ſed quia confirmata à Pontifice.

Præterea ponamus abſque iuſti, & veri læſione, ius ciuile Romanorum fuiſſe receptũ abſolutè à iure canonico, per hoc non licet inferre ad ſtatuta, vel edicta particularia, facta à Principibus ſæcularibus in Prouincijs ſibi ſubiectis, neque de iure cautum reperitur, quod quam quiſque in ſua patria, aut Prouincia legem ſtatuerit, eam ius canonicum approbare, &
50 confirmare cenſeatur. & nouis † non eſt inuentionibus preſumendum, quod iure cautum non reperitur cap. conſuluiſti, 2. q. 5. Archid. in proœm. Sexti, in ver. ſacroſanctæ, col. pen. in fin. Deci. in conſ. 35. num. 4. Ideoq́. loquendo in iure Hiſpa-
51 nō, Vaſq. d. lib. 3. §. 26. num. 71. inquit † illud iure canonico neque receptum, neque approbatum eſſe, quinimmò neque etiam cognitum eſſe, & propterea Clericos non ligare in vim iuriſdictionis, nec in vim ſocietatis, nec in vim approbationis: Iure ergo meritò id de ſtatutis, ſeu edictis Mediolanẽſibus affirmare poſſumus, quod ille de Hiſpanis legibus pronunciauit, & hac fortè ratione Garzi. loco præcitato nu. 158. & ſeq. in 13. & 14. illation. princip. quæſtionẽ proponit, non in omnibus legibus, aut ſtatutis, ſed ſpecialiter in Romanis legibus, & in iure ciuili Romanorum, & quamuis idem Vaſq. in §. 20. num. 648. in fin. videatur dicere, quod ſicuti ius canonicum approbauit ius ciuile Romanorum, ita quoq; receperit ius Hiſpanorũ tanquam partem, & membrum iuris ciuilis, tamen poſtea diſcedit ab hac ſententia, & concludit nu-

me.651. ius etiam Hiſpanorum Clericos non ligare nedum vi iuriſdictionis, ſed nec etiam vi confirmationis, & hac differentiam inter leges ciuiles,& ſtatuta fecit Hoſtien. in c. fin. de ſolut. quem ſequitur Caſſan. in conſuet. Burgun. rub. 10. §.1.num.2. Alex.conſ.121. num.6.vol.2. & in conſ.122.nu.6. vol.5. Rebuff. in conſtit. Reg.tom.1. in procem. gloſ.1.nu.62. & 72. Cotta in memor. incip. Clerici ligantur, ver. ſed iſta deberent, vbi allegat Barbat. & ſubdit eſſe illuſtre dictum.

Demum non reſiſtit, quod edictum, de quo agimus, veniat adiuuando ius naturale, immò ius Canonicum nihil de hac materia diſponens; nam iura in contrarium citata loquũtur, quãdo non deficit auctoritas, ſed tractatur de materia, ideſt an Epiſcopus ſtatuat circa ea, quæ iuri canonico non aduerſantur: nos autem principaliter de poteſtate agimus, quæ eſt neceſſaria,etiam quando materia ſtatuendi eſt iuſta,& rationabilis, vt ſupra explanaui ex Diuo Thoma, & alijs, vbi probaui tria requiri, poteſtatẽ, finem communi boni,& modum: in facto autẽ iſto deficit poteſtas, vt pulchrè oſtendunt Garzias, & Vaſq. in locis ſuprà relatis.

Conſuetudo verò, aut præſcriptio, quæ allegatur, non poteſt ſubſiſtere, tum quia non probatur cum ſuis requiſitis, & conſtat diuerſimodè obſeruatũ fuiſſe, & Archiepiſcopos ſtatuiſſe, & licentias conceſſiſſe,immò & vltimam hanc eſſe poſſeſſionem, & ſtatum, quæ omnia ſunt in conſuetudine,& præſcriptione attendenda, vt ſunt iura legata, tum autem, quia conſuetudine, aut præſcriptione induci non poteſt, vt laici non poſſint Clericos iudicare, aut ſuis Conſtitutionibus li-
52 gare; † iure namque diuino exempti ſunt ab Imperatoris, vel alterius laici iuriſdictione, ſecundum Tancr. per tex. in c.ſi Imperator, 96. diſt. Vnde dicunt Innoc.& Hoſtien. in c.2. de maiorit. & obed. quod ex quo Clerici corpus, & animam ad Dei ſeruitium transferentes, facti ſunt res ſpirituales, dignum eſt, quod non ſubijciantur conſtitutionibus laicorum, vel eorum iudicio. ſequitur ibi Anchar.& Imol. in fin.& Abb.
53 ibi num.2. dicit fortius quod † Papa non poteſt Clericos Imperatori ſubijcere, quia hoc eſt contra ius diuinum, & idem vult, quando etiam exemptio non proueniret à iure diuino, ſed ab ipſa Eccleſia,quia per hoc vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus

deco-

decoloraretur, quòd Papa facere non poteſt, c. & ſi illa, 1.q. 7.gloſ.in c. literas, de reſtit. ſpoliat. & hoc ipſum voluit etiã Card.in repet.cap.perpendimus, col.5.ver.& primo ſcias, de ſent. excom. vbi dicit, quod priuilegium fori eſt de iure diuino. Ideò tolli non poteſt. Roman. l. ſi verò, §. de viro, in 7. fallent.ff.ſolut.matrim.& in ſing.419. Alex.conſ.8.num.4. in 1. vol. in conſ.149. num.5.vol.9. Felyn in d.c.2. in princ. & in c. Eccl. S. Mariæ, num.4. de conſtit.vbi multos citat cõcordantes, Iaſ.in l.eſt receptum, num.3.ff. de iuriſd.omn.iud. Gram. in deciſ.29.num.11.& deciſ.61. num.9. Marian. Socin. in c. ſi quis Clericus, num.24. ver.vigeſimaquinta declaratio, de foro competẽ. Si igitur hoc facere non poteſt Papa, multo minus poteſt fieri conſuetudine, vel etiã præſcriptione,& in ſpe-
54 cie, quod † non valeat conſuetudo, per quam Clerici ſubijciantur laicis, per multas rationes cõcludit Rot. de conſuet. deciſ.10. per totam, vbi reprobat Anglicanã conſuetudinem, & dicit immunitatem Clericis conceſſam fuiſſe à Chriſto, cui omnis poteſtas fuerat tributa, non minus in temporalibus q̃ in ſpiritualibus,& Bal. in auth.ſtatuimus, in princ.C.de Epiſ. & Cler. dicit vnum magnũ verbum, quod.ſ.Clerici nunquam à princ. fuerunt ſub iuriſdictione laicorum,quia Deus has iuriſdictiones diſtinxit, ſequitur Alex. d conſ.8. num.3. & quod conſuetudo non teneat,probatur in c.Clerici, in c.at ſi Clerici,& in c.cum non ab homine, de iudic. quæ iura ad hoc adducit, Alex.d.conſ.8.num.5.d.conſ.149.num.10.vbi ait, priuilegium hoc, Clericis conceſſum, conſuetudine tolli non poſſe, Marian.d.cap.ſi quis Clericus, num.43. in 19. fallent. vbi dicit, conſuetudinem non valere, Vaſq. d.§.10. nu.651. vbi ait,
55 quod non † poteſt Princeps laicus præſcribere facultatem ligandi Clericum ſua lege, aut ſtatuto, Natta in conſ.495. nu. 14 vbi dicit, conſuetudinem non valere,quia priuilegiũ competit iure diuino, adeò vt à Papa tolli non poſſit, quibus fit,vt
56 † minimè ſtandum ſit his, quæ Molin. aſtruit in tract. de iuſt. diſput. 31. ver.tertia pars cõcluſionis, vbi dicit, Clericorum hanc exemptionem non iure diuino conceſſam, ſed poſitiuo, non parum.n.allucinatur, dum ſæcularibus Principibus vult gratus fieri, & Deus ipſe diſtinxit Imperium ſæculare ab Eccleſiaſtico, cap. ſolitæ, de maiorit. & obedient. Garz. de vlt.

fine, num 160. in fin. latè Burſa t.conſ.42.num. 1.& 2.Et quãtis ex prædictis multi de iudicio loquantur, non de ſtatuto, tamen Innoc. & Hoſtien. & multi alij expreſsè dicunt, Clericum à Papa non poſſe ſubijci iudicio, aut conſtitutionibus laicorum, & iam ſatis clarum eſt axioma, idem eſſe ſtatutis ligari,quod forum ſortiri, agitur enim vtroq; caſu de diſtringenda perſona.

Tollitur ex prædictis, quod allegat Do. Menoch. præſumi ſcientiam, & licentiam Pontificis, eiusq́. tollerantiam haberi pro diſpenſatione, e priuilegio; nam ſi expreſſa Pontificis conceſſio, non poteſt Clericos poteſtati ſæculari ſubijcere, multò minus id efficit ſimplex ſcientia, & tollerantia: ita arguit addition. ad Marian. in dicto c. ſi quis Clericus, nu. 43.
57 † validior.n.eſt expreſſus conſenſus, quam tacitus, c.ſcienti,
58 de regul. iur.in 6.Abb. in c.Clerici, num.4.de iudic. † præterea tollerantia Papæ non validat conſuetudinem, per quam Clerici ſubijciuntur laicis, probarunt Ioan. de Lignan.& Gaſpa. Calder. in c.decernimus, de iudic. quia patientia non iuuat in eo, quod irrationabiliter fit, & multa tollerantur,quæ tamen non permittuntur, aut conceduntur, vt in propoſito benè dicit Abb. in c.Clerici, num.6. de iudic. vbi ſuſtinet,qđ hæc conſuetudo eſt nulla tanquam contra Eccleſiaſticam libertatem, Marian.d.c.ſi quis Clericus,nu.43.vbi etiam vult, quod talis conſuetudo non iuuetur per ſcientiam, & tolleran tiam Pontificis, quę ergo à D. Menoch. allegantur de Papæ ſcientia, tollerantia, & diſpenſatione optimè procedunt in his,quæ iuri diuino non contrariantur, at vbi repugnat diuinum ius, tunc non eſt credẽdum, quod Papa velit circa id patiendo, & tacendo diſpenſare, quod expreſsè ſtatuendo,& diſponẽdo facere non poſſet,cum maior ſemper, vt dixi, ſit virtus expreſſi, quam taciti, & validior ſit voluntas certa, & explicata, quam tacita, incerta, & præſumpta.

Reſponderi etiam põt, quòd ſi Papa poſſet Clericos vnius Prouinciæ ſubijcere laico: tamen hoc verum eſt, quando expreſsè id Papa faceret, ſed vbi ſolum ſcit, & patitur, non videtur hanc facultatem tribuere, atque ita licet acquiri poſſit hoc ius priuilegio, & expreſſa Papæ conceſſione, tamen non poteſt acquiri conſuetudine, aut præſcriptione; hoc.n.eſt regula-

Digitized by Google

gulare in ſpiritualibus, vt probatur in c.2.de præben.in 6.vbi
59 † ius conferẽdi beneficia poteſt laico concedi à Papa per ſpeciale priuilegium, ſed non poteſt acquiri præſcriptione, aut conſuetudine, etiam accedente ipſius Papæ ſcientia, & tollerantia; & notatur ibi à Ioan. Andr. & Geminian. Felyn.d.c.2. num.3. de maior.& obed. vbi allegat,& Card. & infert, quod ſi verum eſſet, quod Papa poſſet Clerum vnius Prouinciæ ſupponere laico, tamen non per hoc laicus poſſet hanc ſuperioritatem cõſuetudine, aut præſcriptione acquirere: ſubdit autem hanc concluſionem, quod poſſit vnus Clerus expreſsè ſubijci, non eſſe audacter affirmãdam: quare ſiue quia Papa non poſſit, quod ego remitto iudicio ſanctæ Matris Eccleſiæ, ſiue quia non velit, aut præſumatur non velle, ſat eſt, quod non ſit locus præſcriptioni, aut conſuetudini, & non proſit Papæ ſcientia,& patientia, quidquid ſit in alijs, quę à iure diuino non
60 deſcendunt: † & ſecundum hæc intelligi debet glo. in c.dilectus. in verſ. Non obſtante, de filijs Presbyt. de qua Lupus in c.per veſtras, in 2.not.§ ſed eſt pulchra, num.35.& ſeq.de donat. inter vir.& vxor. folio mihi 131. Sed hæc videntur ſuperflua, quia de ſciẽtia Papæ,& eius longiſſimum per tempus tolerantia non apparet. ſolius autem Archiepiſcopi ſcientia, & tollerantia vbi adeſſet, ſicuti conſtat de contradictione, non
61 prodeſſet, quia † ſtatutum laicorum ſuper rebus Eccleſiæ cõfirmari non poteſt expreſsè, aut tacitè ab Epiſcopo, ſed ſoli Pontifici hoc eſt permiſſum, vt per Abb. in rep. dicti cap. Eccleſia Sanctę Mariæ, num. 5. & facit, quia Epiſcopus non poteſt conſentire, quod laicus Iudex Clericum iudicet, Hoſtien. in ſum de iudic. §. quia ſint neceſſaria, Gram. deciſ.61. nu.8. Ex prædictis igitur planum ſit, quod non poteſt ſuſtineri edictum promulgatum contra Clericos de non ſeminando prædia oriza, nec eo ligantur Clerici, ob defectum poteſtatis in edicente, & promulgante, ſed per illud lædi Eccleſiaſticam libertatem: qua ſtante concluſionẽ, quam multa inferri poſſint, non eſt propoſitum referre.

Secunda autem quæſtio eſt, an ſtatutum prædictum liget,& includat res, & bona Eccleſiaſtica, & hæc quoque eſt indubi-
62 tata, quia † laicus ſuper rebus Eccleſiæ non poteſt ſtatuere, tex.eſt in c.quæ in Eccleſiarum, de conſtit. vbi notant Docto-

res, Abb. in 3. not. num. 2. vbi ampliat etiam ſi eorum bonorum dominium vtile ſit apud laicos, Butr. num. 3. Zabar. nu. 3. Imol. num. 7. qui tenet ampliationem ſupra relatam, num. 5. verſ. Quintò nota, dicens, quod à Iudice ſæculari geſtum ſuper bonis Eccleſiæ retractatur à Iudice Eccleſiaſtico; eius. n. eſt bona Eccleſiæ defendere, Dec. latè, num. 6. vbi extendit etiam ſtante iuxta cauſa, & ſequitur ampliationem prædictã, quando poteſt intereſſe Eccleſiæ, Bero. num. 6. vbi nu. 16. latius proſequitur, dicẽs ſtatutum eſſe ipſo iure nullum, & vult idem eſſe in vtili dominio ratione connexitatis. Mantu. nu. 6. & 7. Rimin. Iun. num. 61. & ſeq. & hæc concluſio probatur in c. bene quidem. 96. diſtinct. vbi quòd bona Eccleſiæ non ſunt ſub poteſtate ſæcularis Iudicis, & omnes Doctores in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, præcipuè Abb. Felyn. Deci. & Mantu.
63 dicunt, quod † bona Eccleſiarum non ſunt ſub iuriſdictione laicorum; quæ enim Eccleſiæ dantur, ſancta ſanctorũ efficiuntur, c. nulli liceat, & c. quicunque, 12. q. 2. Purpur. in cõſilio poſt 68. deciſ. Oſaſch. nu. 40. latè Burſat. in conſ. 42. nu. 1. & ſeq. Socin. Iun. in conſ. 25. nu. 5. vol. 2. Vbi vult, quod ſtatutum non includat bona Eccleſiæ, & dicit eſſe cõmunem, idem affirmat Pariſ. conſ. 27. num. 43. & ſeq. vol. 1. vbi quod non ligat Clericos, nec perſonas Eccleſiaſticas, reſpectu rerum Eccleſiæ, & hæc concluſio eſt indubitata, quod ſicuti ſtatutum laicorum non valet, quãdo de perſonis Clericorum diſponit; ita eſt nullum, quando tractat de rebus Eccleſiæ, quia res ipſæ non minus ſunt exemptæ à iuriſdictione ſæculari, quàm per-
64 ſonæ Eccleſiaſticæ: quinimmò voluerunt multi, quod † Princeps ſæcularis nihil omnino facere poſſit circa bona patrimonialia Clericorum, vti latè probat Oldra. in conſ. 83. an Epiſcopus, Butr. in c. 1. de conſuetud. Card. in Clemen. 1. de cẽſibus, Abb. in d. c. Eccl. S. Mariæ, Soci. in conſ. 65. nu. 6. vol. 3. hæc opinio placuit etiam Spec. Imol. & alijs quos citat Felyn. in d. c. Eccleſiæ S. Mariæ, num. 10. Alb. authen. ſtatuimus, col. 2. C. de Epiſcop. & Cler. & quamuis multi contrarium teneant, vt per Felyn. d. c. Eccl. S. Mar. nu. 10. Guid. Papa conſ. 68. nu. 30. Lup. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 38. num. 10. Io. Bapt. Bonius de præſcript. ſtatuta. gloſ. 19. num. 205. Odd. in tract. de reſtit. in integ. q. 3. nu. 52. & ſeq. tamẽ

65 vbi † agimus de foro, tunc bona patrimonialia Clericorum gaudent eodem priuilegio cum perſonis, l. decernimus, C. de Epiſcop. audiend. conſideratur. n. principaliter perſona, quandò agimus de foro: Ideo idem iudicandum eſt de rebus, quod de perſona ipſa, ita reſoluit Decius in d. c. Eccleſia S. Mariæ, num. 18. quam diſtinctionem latè confirmat Bertran. in conſ. 121. nu. 1. & ſeq. volum. 3. quia bona, ſecundum eum ſequuntur conditionem perſonæ, Vaſq. d § 10. num. 651. in fine; vbi ait res propter homines, non autẽ homines propter res creatos fuiſſe, ideo magis eſſe, vt bona Clericorũ ſequantur perſonas, quàm è contra perſonas ſequi res, & nume. 654. dicit qualitatem rei non inſpici, ſed perſonam penes, quam res reperitur: in facto autem agimus de foro, & iuriſdictione, quia vt ſæpius in ſuperioribus tactum eſt, forum ſortiri, & ſtatutis
66 ligari paria ſunt, ceſſat etiam cõtraria opinio, † quando ſtatutum dirigit verba in perſonam, quia tunc ſtatutum non ligat Clericos in patrimonialib. ob defectum poteſtatis, vt fuit opinio Baldi in l. cunctos populos, C. de ſumma Trinit. & fide Cathol. vbi eum ſequitur Cacialup. probauit Socin. in conſil. 288. vol. 2. Pariſ. conſ. 40. col. fin. volum. 3. Bouius d. glol. 19. num. 206. vbi ita diſtinguit. hoc autem dictum eſt ex abundãti, quia res nunc eſt de bonis non patrimonialib. Clericorum, ſed proprijs Eccleſiarum, quo caſu nullum ſubeſt dubiũ, quominus ſint exẽpta à iuriſdictione laicali, & ſoli Eccleſiæ ſubiaceant.

Stantibus prædictis, non eſt opus quærere, an in oneribus imponendis Clero, vel in ſtatuendo aduerſus Clerum, conſenſus Papæ, vel Epiſcopi ſit neceſſarius: nam ſi ſtatutum laicorum, quo ad Clericos eſt nullum, iam infertur, quod vt Clerici ligentur, neceſſaria eſt Pontificis, vel Epiſcopi conſtitutio,
67 quibus ſolis eſt in Clericos poteſtas, & iuriſdictio: ſed † vbi etiam Eccleſia ad onera aliqua tenetur, & iure cogi poteſt, tunc conuenire debet Clerus cum populo, ſi onus publicam, & cõmunem reſpicit vtilitatẽ, vel Epiſcopus ipſe cum Principe ſęculari diſquirere debet, an onus illud ſit à Clericis ſubeũdum, & cauſa impoſitionis eque proſit Clericis, ſicut laicis, & hæc fuit ſententia Abb. in c. non minus, num. 20. ver. aut vtilitas, & neceſſitas concernunt de directo, & principaliter de

immu-

immunit. Eccleſ. monetur, quia, quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, Clem. 1. de cenſib. & quando aliquid ad communem Clerici, & populi vtilitatem expediendum eſt, vtriuſque deliberatio eſt neceſſaria, cap. fin. de ferijs, c. 1. de cenſib. Sed hoc non fuit Abbatis inuentum, quinimmò textus hoc vult, expreſſus in d. c. non minus, vbi dicit, non aliter Clericis, vel Eccleſijs collectā indici poſſe, niſi Epiſcopus, & Clerus aſpexerint tantam ſubeſſe neceſſitatē, & vtilitatem, quod exiſtiment laicis ſubſidium ab Eccleſia ferendum eſſe, ſi verò Epiſcopus, & Clerus diſpicere debet, an ſubſit neceſſitas, & vtilitas, atque æſtimare, an ſubueniendum ſit laicis ab Eccleſia, abſque dubio per Laicos communicari debent cauſæ, propter quas exiſtiment Eccleſiam teneri ad contribuendum, nihil enim aliud eſt aſpicere, an ſubſit neceſſitas, & æſtimare an ſubſidia ferenda ſint, quàm cognoſcere, & examinare, an expediat Clerum ad contributionem, & collationem cogere: Per illum itaque textum Epiſcopo, & Clero tribuitur cauſæ cognitio, & idem omnino dicitur in c. aduerſus, eod. tit. vbi Pontifex vtitur verbis importantibus cauſæ cognitionē, dum inquit, ſi proſpexerit tantam eſſe neceſſitatem. & rurſus dum inquit, ſi duxerit ſubſidia eſſe conferenda. & vlterius addit, quòd laici deuotè, & humiliter, & cum gratiarum actione recipiant, & gloſ. in d. c. non minus, in ver. tantam neceſſitatē, ait pendere ex arbitrio Epiſcopi inſpectionem, an neceſſitas ſubſit, & hanc opinionem, quòd deliberatio Cleri, & Populi neceſſaria ſit, voluit Ang. de Clau. in ſumma, in ver. immunitas, §. 37. in fin. Purpur. in conſ. 50. num. 6. in fin. & quod cōmunicandum ſit conſilium laicorum, & Eccleſiaſticorum, vbi onera imponenda ſunt Clericis, voluit Riminal. Sen. in conſ. 740. num. 7. 8. & alibi ſæpè in 4. vol. vbi allegat Bald. Iaſ. & alios præcipuè Caſtr. Cæpol. & vult ſemper, quod communicādum ſit conſilium, & facit ratio, quia ſi Clerici ſunt cogendi ab Epiſcopo ſuo, vti communiter concludunt Doctores, & dixi ſupra, & idem voluerunt Caſtr. & alij poſt Bal. in d. l. ad inſtructionem, C. de ſacroſ. Eccleſ. vtique Epiſcopus cognoſcet, an onera ſint imponenda, quia aliter cogere non poteſt, niſi cognitione præuia, & ex verbis c. non minus, & c. aduerſus dignoſcitur Epiſcopum, vel Eccleſiaſticū Iudicem non eſſe me-

rum

Digitized by Google

68 rum executorem, ſed cognitorem, & † merus executor dicitur ille, cui negotium iam præſentibus, & vocatis partibus plenè diſcuſſum committitur exequendum, vt per Bart. Imol. & alios in l. à Diuo Pio, in princ. ff. de re iudic. glo. in c. paſtoralis, §. quia verò, in ver. ſciat, de offi. deleg. vbi Ancha. Butr. Abb. Imol. & alij notant, Abb. in c. fin. nu. 12. vbi etiam alij de præſumpt. Dec. in conſ. nouit, num. 7. de appellat. & facit alia ratio, quia laici poſſent Clericis imponere, & ſemper illos collectare, aſſerendo rem, pro qua grauantur Clerici reſpicere commune bonum, & promiſcuã vtilitatem, aut neceſſitatem, ſi nulla eſſet Epiſcopi cognitio ſuper hoc articulo: ſed cogeretur ordinationes laicales exequi. corroboratur, & alia ratione, certum eſt, quod cum tractetur de præiudicio Clericorum neceſſaria eſt eorum citatio, vt onera imponantur, citari enim debet in quocumque actu is, de cuius agitur intereſſe, vt in l. de vnoquoq;, ff. de iudic. coram laico autem citari non poteſt Clericus, vt volunt præcitata iura, ergo contra eum non poterit fieri aliqua deliberatio à Laico.

Vltima eſt dubitatio, an Coloni, ſeu Cõductores bonorum Eccleſiaſticorum ligati ſint, & includantur edicto de non ſerendo pinguia prædia oriza, & in hoc puncto maior controuerſia verſari videtur; quia Coloni ſunt laici, & conſequẽter ſubiecti Principis ſæcularis poteſtati, & opponi non poteſt, qđ exerceatur iuriſdictio in exẽptos, vel non ſubditos, quia Co-
69 loni Clericorum non gaudent priuilegio fori, † vt voluit glo. 1. in c. iudicatum, 30. diſtin. Specul. de foro compet. §. 1. ver. 27. Archid. in c. Clerum, 11. q. 2. Albe. in l. 1. C. de Epiſcop. & Cler. Doctores in c. 2. de foro compet. vbi Butr. nu. 14. Abba. num. 5. Aret. in 2. notab. Felyn. num. 2. Capic. deciſ. 12. nu. 2. Io. Ant. Niger in repet. extrauag. vnicè, nu. 91. de vita, & honeſt. Cleri. Gram. deciſ. 102. num. 14. Natta conſ. 576. num. 3. & ſeqq. Clarus §. fin. quæſt. 35. ver. quæro numquid familiares. Theſau. Pedem. 22. num. 4. Decian. tract. crimin. lib. 4. c. 9. nu. 58. & ideo Salicet. in auth. ceſſa, nu. 14. C. de Epiſcop. & cleri. concludit, quòd ſtatutaria pœna impoſita ſuper cloacis, ſtratis, & immunditijs puniri poſſunt à laicis Coloni, & Inquili-
70 ni Clericorũ; & in terminis, quod † Coloni, & Inquilini Eccleſiæ puniri poſſint à laico Iudice, ſi contraueniendo edi-

cto

ɫto orizam ſeminarint in bonis Eccleſiæ, voluit Gabriel. in conſ. 37. nu 4. vol. 2. quem ſequitur Octau. Vulpell. in tract. de libert. Eccleſiaſt. par. 3. nu. 12. & 16. ratio eſt, quia præiudicium eſt modicum, & non apparet, quòd edictum tendat ad infrigendum, vel minuendum libertatem Eccleſiaſticam.

Augetur difficultas, quia, vt Dom. Menoch. nu. 56. deducit, delictum eſt ſerere prædia oriza, quo facto aer inficitur, & pe-
71 nuria aliorum bladorũ, quæ ſalubria ſunt, inducitur, † ſicuti delictum eſt blada extrahere, victualia plus iuſto pretio vendere, Rip. de remed. ad conſeru vbert. num. 42. Menoch. d.
72 conſ 800. num. 54. † & in caſu delicti, Coloni Eccleſiæ puniri poſſunt à ſæculari Iudice, ſecundum Specul. de Iudic. compe. §. 1. num. 27. Butr. c. 2. num. 6. de foro compet. in c. grauem, num. 18. de ſent. excom. Felyn. d. c 2. num. 3. Gram. conſ. ciuil. 102. nu. 8. & ſeq. Decian. d. lib. 4. cap. 9. num. 58.

Et quamuis agatur de delicto commiſſo in re Eccleſiæ, non tamẽ minus cognoſcit laicus, q2 nõ locus delicti, ſed qualitas
73 attenditur, & † vbi delictum eſt merè profanum, & non Eccleſiaſticum, Iudex laicus procedit cõtra laicum etiam in Eccleſia delinquentem, Bart. in l ſi cui, §. fin. num. 3. ff de accuſation. Abb. in c. cum ſit generale, de foro comp. vbi Barbat. num. 235. & Marian. num. 25. latè Rolan. in conſ. 24. nu. 5. vol. 2. Decian. in tract. crimin. lib. 4. tit. 27. num. 12.

Contrariam tamen ſententiam arbitror veriorem eſſe; & Colonos, aut Conductores Eccleſię non ligari edicto, quia, vt ſupra oſtenſum eſt, edictum non extenditur ad bona Eccleſiæ, vndè etiam ſi loquatur in perſonam, non ligat eos, qui in re
74 Eccleſiæ operantur; † vno enim prohibito cenſentur omnia prohibita, per quæ ad illud peruenitur, vt l oratio. ff. de ſpõſal. l. eos, in fin. C. de vſur. l. pupillus, §. ſed ſi per interpoſitã, ff. de author. tuto. l. legem, in fin. C. de natural. lib. Caroc. in c. cum quid. par. 3. in princ. de regul. iur. in 6. & prædia Eccleſiæ ligarẽtur edicto, nec poſſent oriza ſeminari ſi Coloni, Conductores, & Operarij ligarentur, & tenerentur ad edicti obſeruantiam, atque ita liceret laicis obligare per indirectum bona Eccleſiæ, quamuis directè eis id minimè ſit permiſſum
75 contra iuris regulam, de † qua in l. quod d ctum, ff. de pact. l. cum hi, §. ſi cum ijs, ff. de tranſact. l. athletas, §. ait Prætor.

ff. de

Digitized by Google

ff. de infam. c. cum quid vna via, de regul. iur. in 6. Crau. qui multos addit, conſ. 973. num. 27. & ideò in propoſito dicebat Anchar. in conſ. 13. ſuper dubio, quod non valet ſtatutũ, mandans ſolui debere duodecimã pro blado, ad molendinum portato per Portam Piſtorieſem, quia per indirectum affert præiudicium molendino Eccceſiæ, extrà illam Portam exiſtenti: & ſubdit, quod non ligat laicos bladum ad illud molẽdinum ferentes: & licet verba dirigantur in perſonas ſubditas, effectus tamen lædit Eccleſiæ libertatem, & damnum affert Eccleſiæ,
76 & ibi latius proſequitur Calder. in conſ. 12. per totũ, † quia ſtatutum circa res Eccleſie non valet, & cum effectus dirigatur ad res ipſas, non eſt curandũ, quod verba reſpiciant perſonas ſubditas, & vt idem Anchar. dicit in conſ. 155. num. 8. non eſt curandum, cum quo quis loquatur, ſed in quem voluntatis intẽtio dirigatur, l. cum pater, §. donationis, ff. de leg. 3. & ibi Ancha. reſpondet ad id, quod dicitur ſuſtineri ſtatutum contra ſubditos, quia intelligi debet modo non afferat Eccleſiæ præiudicium, Socin. in conſ. 272. num. 8. vol. 2. vbi eum ſequitur in omnibus Felyn. in c. Eccleſ. S. Mariæ, nu. 74. q. 18. in 1. exemplo, & Ancha. dicit, quòd ita quoque conſulit Collegium Bononienſe, Iaſ. in l. quominus, num. 155. ff. de flumin. vbi dicit hanc ſententiam eſſe magis communem apud Doctores, idem Iaſ. in conſ. 161. num. 15. vol. 2. Rip. d. l. quominus, nu. 131. & idem probauit Caccialup. in l. omnes populi, nu. 94. ff. de iuſt. & iur. vbi ſubdit eſſe menti tenendum, Rip. in conſ. 88. per totum, Boer. in deciſ. 125. Rolan. in conſ. 22. num. 19. vol. 2. Riminal. in conſ. 68. num. 11. & Boer. in conſ. 3. num. 72. & ſeq. hæc autem deciſio eſt in fortioribus terminis, quia in ea diriguntur verba in ſubditos, & non diſponitur de rebus Eccleſiæ, nec principalis diſpoſitio concernit rem, ſeu molendinum, ſed actum ſolùm extrahendi blada per vnam portam: multo ergo magis obtinebit in præſenti facto, in quo diſpoſitio fit principaliter de rebus, licet verba in perſonas dirigan-
77 tur, & non eſt † curandum, quòd Eccleſiæ liberta tollatur, & reſtringatur indirectè, potiuſquam directè, quia quomodo lædatur ſat eſt, & nullo caſu laicorum ſtatutũ ſuſtinetur, c. quanto, de priuileg. c. ſtatutum, de hæret. in 6. ſiue enim id fiat expreſſis, ſiue velatis verbis, ſemper idem eſt, c. clericis, §. fin.

& §. nos igitur, de immun. Eccleſ. in 6. ponunt Doctores in d. c Eccleſ. S. Mariæ, & fuit alias allegatum in hac ipſa cauſa, Vaſq. qui hoc modo format concluſ. d. §. 10. num. 658. Alba. in conſ. 8 num. 3. Burſa. conſ. 42. num. 17. & ſeq. prædicta probant edictum, nedum Colonus, & Conductores Clericorum, ſed nec alium quemquã ligare, qui in prædijs Eccleſiæ orizam ſeminet, quia vtroque modo libertas Eccleſiæ reſtringeretur, ne in ſuis prædijs orizam poſſit ſeminare, nihil enim intereſt, præcipere, quòd Clerici in prædijs ſuis abſtineant à ſeminando orizam, vel mandare, quòd nemo poſſit operas ſuas locare Clericis pro ſeminando orizam, cum certum ſit, non aliter Clericos prædia colere poſſe, quàm per alios, vtroque nãque modo remanet Clericis impeditus rerum ſuarum vſus, & conſequenter libertas Eccleſiaſtica remanet vulnerata, & læſa.

Secundò, quòd Cõductores, & Coloni rerum Eccleſiæ non ligentur ſtatuto, probat Bart. in conſ. 187. Domini Priores
78 Artium in prim. dub. volum. 1. vbi concludit † ad prçiuditium Eccleſiarum, aut Clericorum non valere, ſtatutum diſponẽs, quod quilibet Conductor poſſit renunciare conductioni factæ pro futuro tempore, quia laici ſtatuere non poſſunt de rebus Eccleſiæ, & quia effectus ſtatuti non porrigitur ad res eidem minimè ſubiectas, & demum, quia eſt contra Eccleſiaſticam libertatem, ſequitur Alex. ad Bar. in auth. Caſſa. C. de ſacroſ. Eccleſ. Felyn. in d. c. Eccleſ. S. Mariæ, num. 74. in 2. exempl. 18. quæſtio. Deci. qui alios citat in d. auth. Caſſa. nu. 18. Caccialu. in l. cunctos populos, num. 190. verſ. Et his infertur, C. de ſumma Trinit. Pancirol. in conſ. 49. num. 5. vbi dicit, quòd ſtatutum non comprehendens Clericos non etiam includit eorum Colonos, & prædicti loquuntur, quando ſtatutum diſtringit perſonã, & diſponit ſuper contractu, multo ergo fortius idem dicendum erit, quando ſtatutum diſponit d rebus, quia non ligabit res Eccleſiaſticas, & quòd prædictum ſtatutum non teneat ad præiudicium Eccleſiarum, probauit etiam Gabriel dicto conſ. 37. num. 8. & 9. vbi infert ad propoſitum noſtrum.

Tertio accedit, quod Conductores ſerentes orizam in prædijs Eccleſiæ, ſi edicto includerentur, id eſſet propter rem Eccleſiæ, in qua ſeminaſſent, ſed ſicuti pro ea re laicus non poteſt Clericum afficere, ita nec Clerici Conductorem, per deciſio-

79 ciſionem, † Bart. in l. hi penes, C. de agricol. & cenſ. lib. 11. vbi ait, quod ſicuti collecta, Clerico imponi non poteſt, vel Eccleſiæ, ita nec Eccleſiæ Colonis, Barbat. in conſ. 29. colũ. antepenult. num. 5. verſ. Et ſi mihi dicatur, vol. 4. vbi dicit, quòd ſtatutum, cui non eſt poteſtas compellendi Dominũ fundi, & ſoluendũ Gabellam, non poteſt etiam Colonos in odium Domini arctare, licet aliud ſit, quãdo poteſt contra Dominũ ſtatuere, Parpal. in l placet, num. 69. & num. 73. C. de ſacroſ. Eccleſ. Roland. in conſ. 79. num. 11. volum. 4. vbi addit Boſſ. Natta conſ. 409. num. 6. Rimin. Sen. conſ. 740. num. 12. In facto autem pro hac cauſa ſtatutum Eccleſiam non obſtringit, ergo neque Colonos eiuſdem, aut Conductores.

Quarto, priuilegium Eccleſię conceſſum trahitur etiam ad alios, quando non prodeſſet ipſi Eccleſiæ, niſi ad eos traheretur, atque ita quando vtilitas Eccleſiæ eſt connexa cum facto alterius, immunitas Eccleſiæ extẽditur etiam ad alium, hinc
80 Bald. in conſ. 31. vol. 1. concludit, quod emẽs † ab Eccleſia eſt immunis à ſolutione gabellæ, quando alias Eccleſia damnum ſentiret, vt quia vilius vendiſſet, ſequitur Io. de Amicis conſ. 18. Alciat. in ſimili in conſ. 216. num. 7. vbi loquitur in priuato, idem in ſimili voluit Deci. in conſ. 48. in fin. Roland. in conſil. 61. nu. 18. vol. 4. & latè comprobat Rimin. in conſ. 724. num. 47. & ſequent. vbi loquitur præciſè de immunitate Eccleſiæ, at in præſenti caſu non prodeſſet Eccleſiæ non ligari ſtatuto prædicto, ſi non poſſet Colonorum opera, aut Conductorum miniſterio vti in prædia ſeminando, oriza, ergo ad illos extenditur libertas Eccleſiæ, & eſt regulare, quòd noniun-
81 ctus † gaudet priuilegio coniuncti, quando alias priuilegium eſſet inutile, & ſuum effectum non produceret, vt ponit glo. in
82 l. fin. C. de muner. & honor. lib. 10. † vbi ſocius omnium bonorum gaudet immunitate ſocio conceſſa, latè Marſil. in ſingul. 180. Iaſ. in l. ſi emancipati, num. 9. C. de collatio. Natta
83 in conſ. 1. nu. 10. † ſic ſi Clericus, & laicus capiantur pro eodem facto, vterque erit ad Eccleſiaſticum Iudicem remittendus, Anton. de Prato vete. in l. 1. §. fin. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. Socin. in conſ. 12. colum. 5. vol. 1. & in c. 2. col. 16. in 8. fallen. de mutu. petitio. ſequitur Fely. & alij apud Nattam in conſ. 590. in fin. Marſil. d. ſingul. 180. Boſſius in tit. de foro

c ompet. num. 146. Menoch. de arbitr. Ind. caſu 171. num. 13. Pariſ. conſ. 154. in princ. vol. 4. Zuccard. in l. fin. num. 36. C. de bonor. poſſeſ. contra tabul. Boer. deciſ. 300. col. 1. Riminal. Inſtitu. quibus alien. non licet, in princ. num. 156. ſic etiam inquit Innocen. in c. ad audientiam, de præſcript. quòd ſi laicus rem habeat communem cum Eccleſia, non erit locus præſcriptioni contra eum, niſi tantum temporis effluxerit, quan-
84 tum † requiritur ad præſcribendum rem Eccleſiæ, Iaſ. in d. l. emancipati, num. 17. Netta d. conſ. 590. col. fin. & infinita exẽpla ad probandum, quod intuitu cõiunctionis gaudet quis beneficio, quo alias non gauderet, ponit Iaſ. d. l. ſi emancipati, num. 3. vſque ad 24. Marſil. d. ſingul. 180. cum igitur ligari non poſſint Coloni, aut Conductores, aut quiuis alij operari pro cauſa prædicta, niſi etiam ligentur bona Eccleſiæ, & commune, atque inſeparabile ſit intereſſe, fatendum eſt Colonos, & Operarios nõ includi edicto, quia includi non poſſunt, niſi reſtringatur libertas Eccleſiaſtica, & impediatur vſus rei propriæ Clericis, & ſi omnis alia deficeret ratio, hæc ſola ſufficere debet ad demonſtrandum, quod edictum prædictum afficere non poteſt Colonos, & Operantes in bonis Eccleſiæ, & hoc eſt, qđ voluit Bart. in d. l. ſi penes, C. de agricol. & cenſ. dum voluit
85 Colonos Eccleſiæ grauari non poſſe pro † Eccleſia, & Felyn. in c. 2. num. 3. de foro competen. dicit, quod non tenentur Coloni Eccleſiæ, quando per indirectum grauaretur Eccleſia, & hoc in caſu, quia ſi Clerici vellent in ſuis prædijs ſeminare orizam, hoc facere non poſſent, niſi vterentur Colonorũ opera, ne igitur impediantur Clerici, erunt ab edicto exempti etiam Coloni, quorum miniſterium eſt Eccleſiæ neceſſarium ad ſuorum prædiorũ culturam, & qui hoc negaret non minus laberetur, quàm ſi ſenſum negaret.

Nec quemquam terreat, quòd Conductores, & Coloni ſint ſubditi Principi ſæculari, ideoq. in eos exerceri poſſit iuriſdictio; Reſpondeo. n. quòd ſi ageretur de ſolis perſonis Colonorum argumentum procedere, ſed in edicto commixtæ ſunt res Eccleſiæ, & ideò perſonis imperatur, vt edictum circa res ſtatutum, & promulgatum ſeruetur. Vndè cum res Eccleſiæ non includantur, nec edictum circa illarum vſum aliquid ſtatuere
86 poſſit, ne dum Coloni ipſi non ligantur, † ſed nec quiuis alius,

qui

qui operas locaſſet in culturam rerum, ita reſoluit Anch. & Cald.d.conſ.12.conſ.13. conſ.155.& declaraui ſupra id, quod eſt indubitatum in facto; quia principalis intentio edicti fuit interdicere, ne in prædijs ſeminaretur oriza, atq; ita finis legis reſpicit res,& earum vſum, & in eas dirigitur, vnde non ſunt attendenda verba, ſed intentio. cũ igitur per indirectum reſtringatur Eccleſiæ libertas, & vſus rerum ſuarũ, ſtatutum non valet etiam ratione Colonorum, quatenus reſpicit ea bona Eccleſiæ, & conſequenter Iudex laicus non poterit Colonos punire tanquam rranſgreſſores legis, ex quo enim lex eos non ligat, ipſi non dicuntur contraueniſſe, nec delictum commiſiſſe, & ceſſante delicto, ceſſat pœna.

Preterea non ſufficit ad legis validitatem,quod ea ponatur ſubditis, niſi etiam fiat de re,circa quam legem ferens habeat poteſtatem,& parum proderit,quòd præcipiatur ſubditis,niſi etiam id,quod præcipitur, pendeat à poteſtate præcipientis, vnde in caſu Anch. ſupra relato,licet ſtatutum in ſubditos dirigatur; eſt tamen nullum, quia agitur de præiudicio Eccleſiæ, ſic etiam in ſtatuto, quo imponitur onus Colonis Eccleſiæ pro rebus Eccleſiæ, ſecundum Bart. in d. l. hic penes, ſic diceremus,ſi ſtatutum interdiceret matrimonium certis perſonis, ſi cõcederet aliquibus vſuram, ſi ingreſſum Eccleſiæ interdiceret, vel vſum Sacramentorum, quia & ſi perſonæ ſint ſubiectæ, materia tamen,de qua diſponitur,& ſuper qua factũ eſt ſtatutũ, non pertinet ad ſtatuẽtes,& ſicuti ſuper vſu Sacramentorũ non diſponit laicus, ita nec ſuper vſu rerũ Eccleſiæ,q̃a vtroq; caſu laicus caret iuriſdictione, licet res,& bona Eccleſiæ nõ ſint ſub eadẽ ſpecie, ſub qua ſunt iura ſpiritualia, nec refert, qđ prædia Eccleſiæ ſint alia rõne exẽpta à iuriſdictione laicali, qua ſunt exempta ſpiritualia, ſed ſufficit, quod omnia exẽpta ſint, & libera à laicali ſtatuto,& diſpoſitione.

Huc quoq; tendit alia reſponſio, quæ applicari poſſet,quod ſcilicet laicus ſtatuere quidẽ poteſt in perſonas ſibi ſubiectas, ſed ita, ne per indirectum fiat Eccleſiæ præiudicium, & libertas ſua reſtringatur, vt ſupra demonſtraui, & non curo, quòd principaliter factum ſit ſtatutum pro communi bono, quando Iudex laicus pretendit ſe habere poteſtatem in bona,& res Eccleſiæ, vt declarat Garzias num.163. & num.165. in tract.

de

de vlt. fin. & hoc eſt clariſſimũ in facto; quia edicto non poteſt Colonus Eccleſiæ contrauenire, niſi ſeminando in prædijs Eccleſiæ, & ita conſiderari non poteſt factum Coloni, niſi in re Eccleſiæ, nec ſaparari pôt perſona ab intereſſe Eccleſie.

Ad doctrinam Salic. in auth. caſſa, nu. 14. dum vult Inquilinos Eccleſiæ puniri, ſi contra edictum immunditias in publicum effundant, reſponſum fuit, & benè, quod eius edictum
87 ſuſtineretur, ſi verum eſſet principale aſſumptũ, † quod etiam Clerici ligentur eo edicto, ſed illud falſum eſt, quia probauimus nullã eſſe laico poteſtatem in Clericos, vnde non mirum, ſi vno dato inconuenienti, alterum conſequitur. ſi.n. Clerici cogi poſſunt, tunc & Coloni ligantur: at vbi ſtatutum non afficit Clericos, tunc non etiam ligat Colonos, vt in ſimili reſpondet Barba. d.conſ. 29. col. antepenult. præcipuè, quando Coloni diſtringũtur pro Clericis, vt ibi. Reſponderi ẽt poteſt, quod Salicet. dum loquitur de Colonis, & Inquilins, intelligi debet eos puniri poſſe pro effuſione ſterquilinij, vel immunditiæ, id quod neque rem Clericorum reſpicit, neque rei vſum, neç libertatem reſtringit Eccleſię magis, quam vbi Colonus in domo Clerici homicidiũ committeret, quo caſu admitto Colonum puniri poſſe à laico, & ligari ſtatuto, ne quis deijciat, vel effundat immunditiam, & verè iſto caſu loquitur, Salicet. quod ſi eum intelligere velimus circa ſtatutum, de quo primo loco meminit, dans formam ædificijs, certè non ad rem faceret, quia Coloni, & inquilini non faciunt ædificia, nec impenſas, quæ perpetuam reſpiciunt vtilitatem.

Eiuſdẽ farinæ ſunt deciſiones, quæ allegantur in contrariõ, præcipuè Butr. in c. grauem, de ſent. excom. vbi, quod ſi quis damnum dedit in bonis alterius cum beſtijs Clericorum, co-
88 gi † poteſt ad emẽdationem, Felyn. in d.c. Eccleſiæ S. Mariæ, in verſ. Quintum eaemplũ, Parpal. l. placet, nu. 80. C. de ſacroſ. Eccleſ. nam paſtores, & cuſtodes hoc caſu puniuntur ex propria culpa, & negligentia, atque ita ex facto proprio, & delicto proprio, nec per hoc in aliquo læditur res Eccleſiæ, vel reſtringitur Eccleſiaſtica libertas, vt optimè declarat Gram. conſ. ciuili 102. num. 10. & ſeq. & non eſt in conſideratione, quod animal ſit Eccleſiæ, quia nihil diſponit ſtatutum contra animal, neç ſuper eo, & non minus ligatur paſtor pro damno,

quod

quod ipſe dedit cum animali Ecclſiæ, quam ſi puniretur pro homicidio patrato cum gladio, aut ſica Eccleſię; paſtor.n. dicitur damnum dediſſe, quia non benè cuſtodit, non animal, vt ibi oſtendit Gram. ſecus quando ſtatutum diſponendo de re Eccleſiæ reſtringit illius vſum, & libertatem, veluti ſi animalibus Eccleſiæ denegaret paſcua communia, Abb. in conſ. 6. vol. 1. Parpal. d. l. placet, num. 79. & 80. vel ſi in præiudicium Clericorum aliquid ſtatueret de eorum animalibus, vt poſt Afflict. in conſtit. Neap. rubr. 37. num. 9. ponit Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 1. §. 6. ver. ea me ſuſaige, num. 15. Sic etiam
89 procedit, quod dicitur Colonos Eccleſiæ collectari poſſe † pro colonica portione fructuum perceptorum ex bonis Eccleſiæ, vt per Feder. de Sen. in conſ. 111. num. 10. Capra in concl. 96. num. 85. Parpal. in d. l. placet, num. 73. Burſat. qui alios citat conſ. 25. num. 3. & conſ. 42. num. 14. Menoch. de arbitra. iud. caſu 180. num. 8. vbi Deci. Rip. & alios allegat Aegid. de collect. in §. ſi quiſpiam, num. 7. & 8. fol. mihi 274. & ſeq. vbi reſpondet ratione Gabellæ, & Datij, Rol. conſ. 61. num. 15. in 4. Nam illud contingit, quia non agitur de rebus Eccleſiæ, fructus enim illi poſtquam ſunt à ſolo ſeparati, ſpectant ad Colonum, non mirum ſi pro eis cogitur ſoluere, ex quo, & perſona, & res eſt laicis ſuppoſita, ſicuti etiam dicimus, quod & ſi Eccleſia ſit pro fructib. ex proprij bonis perceptis immunis,
90 tamen emptores fructuum non gaudnet immunitate, † & mutatione perſonæ extinguitur priuilegium, Bart. Alber. & alij in l. licitatio, §. fin. ff. de publican. Salicet. in l. vniuerſi, C. de vectig. & com. Abb. c. ex parte, il primo, de decim. infinitos cumulat Rolan. conſ. 61. num. 17. vol. 4. ideo ſi onus imponeretur, non pro Gabella, & Datio, ſed pro prædio, tali caſu Coloni non tenerentur, vt poſt Abb. in d. c. non minus, de immunit. Eccleſ. declarat Aegid. loco prædicto num. 9. & melius, & latius cæteris omnibus, quos viderim declarat Ioã. Maria Riminal. in conſ. 740. num. 12. & ſeq. in 4. vol. vbi diſtinguit, dicens, onera realia triplicis eſſe generis, vnũ qđ ſolis perſonis imponitur, vt capitatio, & hoc neq; Eccleſię, neq; Colonis eius incumbit, aliud indicitur perſonis pro rebus, & ab eo Coloni, ſicut Eccleſia exempti ſunt, tertium autem ſubdiſtinguitur, quia ſi verſatur in re, vel fit de re, vt quod mittatur per-

ſona

ſona cum Equo, vel Mulo, vt recipiantur milites in domo, ad hoc, neque Eccleſia tenetur, neque Colonus, vt nu. 13. ſi verſatur circa ea, q̃ naſcuntur ex re, vt cap. fructus, vel extra rẽ, tunc diſtinguit, vt per eum, qui concludit Colonos, vbi agitur de re Eccleſiæ, non autem de fructib' qui ſunt ipſius proprij, eſſe exemptos, aliud igitur eſt querere, an ſtatutum, quod non diſponit de re Eccleſiæ, nec impedit, aut reſtringit libertatem Eccleſiaſticam, includat Colonos, an verò Coloni cõprehendantur, quando fit diſpoſitio de re Eccleſiæ, & ad præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis, quia primo caſu ligantur tanquam ſubditi, & nihil eſt, quod imminuat auctoritatem ſtatuentis: ſecundò verò caſu non valet, quia in ſtatuente deficit auctoritas, & poteſtas, & cum in ferendo legem requiratur poteſtas, vt dicit D. Thom. & ſequ. Felyn. Garz. Bero. & Rebuff. quos ſupra citaui, non ſufficit poteſtatem concurrere reſpectu perſonæ Coloni, niſi etiam concurrat reſpectu rerum, & materiei, ſuper qua fit ſtatutum, parum enim prodeſt, quod præcipiatur ſubditis, ſi id, quod præcipitur non pertinet ad laicum ſtatuentem.

Et non eſt verum, quòd ſerere phædia oriza ſit delictum, ſicuti & blada extrahere, vel plus iuſto pretio vendere, horum enim nullum reperitur iure mommuni ſancitum, quinimò ea omnia ſunt permiſſa, nec inuenietur lex, quæ contrarium dicat, & erubeſcimus cum ſine lege loquimur, l. illam, C. de collat. & quod non reperitur iure cautum, non eſt ſuperſtitioſis inuentionibus præſumendum, vt ſupra probaui, & quamuis in foro conſcientiæ id ſit illicitũ, quando verè inducitur victualium penuria, vel inficitur aer, vel contra fit communi bono, non tamen per hoc efficitur delictum: vnde iure cõmuni hæc non ſonant in delictum; ſed efficiuntur delictum, quando ſuper his emanat lex, quæ damnat, & cum talis lex edicitur, tũc fit de non delicto delictum, vt probaui in conſ. 152. & Menoc. conſ. 604. antequam igitur contraria lege ea ſint interdicta, non ſunt delictum, an autem lex, de qua agimus, faciat delictum, quo ad Colonos Eccleſiæ, hoc eſt, de quo quærimus, ideò id non debet pro vero aſſumi, de cuius validitate diſceptamus.

Nec quicquam officit, quòd delinquens in re Eccleſiæ puni-

nir

niri poſſit à laico: immo, & delinquens in ipſa Eccleſia, quia ad hoc fuit alias reſponſum, & quidem ſufficiẽter, addo quòd in illis caſibus nulla eſt dubitatio ſuper validitate legis, quæ delinquentem obligat, hic dicimus nullam eſſe legem, quæ in Colonos fuit promulgata, eo quod Eccleſiæ reſtringit libertatẽ, & de re Eccleſiæ diſponit: ibi nihil de re Eccleſiæ diſponitur ad Eccleſiæ preiudicium. Item ibi agitur de contrauenieńdo iuri communi, quod eſt ab Eccleſia approbatum, non ſic vbi conuenitur ſtatuto nondum approbato, vt per Garz. Rebuff. & Vaſq. in locis ſupra citatis.

Rationes Gabriel. in conſ. 37. & Vulpell. quod ſcilicet prȩiudicium ſit modicum, & edictũ non tendat ad infringendum Eccleſiaſticam libertatẽ ſunt falſæ. quod enim attinet ad primam, non poteſt cenſeri modicum præiudicium, quando de ledenda Eccleſia, agitur etiam in eo, quod videtur modicum, quia non benè pro toto venditur libertas auro, & quando læſio reſpicit perſonas, & inducit contemptum, tunc etiam modica læſio conſideratur, & eundem producit effectum, atque
91 ſi eſſet magna, vnde emphyteuta deficiens in vno † nummo, in ſoluendo penſionem, cadit à tota re. Spec. de locato, §. nũc aliqua, num. 40. ver. 29. latè, Natta in conſ. 479. nu. 7. Rolan. conſ. 17. vol. 2. Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolu. canon. amplia. 5. ſic etiã in prædictis locis inferunt, ꝙ alienans partem rei, perdit totam propter perſonæ contemptum, qui indiuiduus, ſic quando malè verſatur in vna re, & Eccleſia, ſicuti in magnis, ita in minimis firmam debet habere vnitatem, vt in c. maioribus, vbi gloſ. extra de præben. & vbi in minimo eadem eſt proportionabiliter ratio, quæ in magno, idem iudi-
92 camus † de minimo, quod de magno, vt doctè declarat Tiraquel. in tract. de iudic. in reb. exig. feren. in fin. Secunda quoque ratio eſt falſa, quia immo tendit ad infringendum libertatem Eccleſiæ id, quod vel ex eo probatur, quod prætendũt laici Clericos eſſe ſibi ſubiectos quo ad bona, & ſibi licere ſtatuere contra id, quod optimè declarat Garz. loco prȩcit. num. 163. vbi Imperiales ſuſtinet ſanctiones, quia in eis profitentur Eccleſiam eſſe ſuperiorem, ſibiq. ius nullum eſſe ſuper ea.

IO. PETRI SVRDI IVR. CONS. CASALENSIS,

Et Præſidis Senatus Montisferrati Conſ. CCCIV.

Quod eſt quartum in tertio Volumine.

1 *Qualitas non eſt ſine ſubiecto.*
2 *Diſputatur vbi de vno, in cæteris omnibus præſupponitur habilitas.*
3 *Mixti fori delictũ dicitur, quod lege Canonica, & Ciuili eſt prohibitum.*
4 *Definitio cui non conuenit, nec etiam conuenit definitum.*
5 *Argumentum à definitione ſumptum valet.*
6 *Legis ratione ceſſante, ceſſat quoque eius diſpoſitio.*
7 *Pœnam imponere ad eum ſpectat, qui principaliter offenditur.*
8 *Edicto contrauenients, non dicitur illud offendere, ſi edicta non ligetur.*
9 *Delicti certa ſpecies, ſi ab Eccleſia ſolà prohibeatur, delictum dicitur merè Eccleſiaſticum.*
10 *Petere quis non debet id, cuius cõtrarium non eſſet poſtulaturus.*
11 *Priuilegium Eccleſiæ competit etiam Colonis quando ſint eis Eccleſia non gauderet rebus ſuis, nec frui poſſet ſuo priuilegio.*
12 *Coloni gaudent priuilegio Clericorum.*

PRO defenſione iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſcripſi menſibus elapſis, ſuſtinendo, quòd laicorum edictũ non ligat Clericos, nec eorum bona, aut Colonos. nunc inſiſtunt aduerſarij ſuper eo, quòd, cum ſeminare orizam contra edicta Eccl. & laicalia ſit delictum mixti fori, liceat laico Magiſtratui in delinquentes laicos animaduertere; id quod & ſi ex ſuperioribus meis ſcriptis, multoq. magis ex ijs, quæ Excellentiſſimi Domini Romani Aduocati deduxere, ſatis demonſtratum ſit erroneum eſſe; vt tamen veritas magis eluceſcat, non grauabor addere nonnulla, & pauca q-

dem

dem; nam ſuperuacaneum eſt eadem repetere: difficile alia inuenire: & omni in caſu meliora primi meſſores occuparũt.

Suppono itaque, edictum laicorũ Colonos, vel conductores Eccleſiæ non ligare, reſpectu bonorũ Eccleſiæ per ea, quæ à me, & alijs dicta fuere; & id ſolum venire in controuerſiam, an, quia delictum ſit mixti fori, liceat laico Iudici coherceré dictos Colonos. Suppono item, quòd ſi nullum extaret Eccleſiaſticum edictum contra ſerentes orizam in bonis Eccleſiæ, quæſtio eſſet inanis, quia non dicitur mixti fori delictum, qđ non eſt vtraque lege canonica, & ciuili prohibitum, vt dicam infra: quinimmo reſpectu Coloni non eſſet delictũ, quia prohibitio facta à laico, tamquã limitata ob poteſtatis defectũ, non extenditur ad bona Eccleſiaſtica, nec ad Colonos Eccleſiæ; & cum non ſit delictum, non poteſt eſſe mixti fori, ex quo
1 qualitas non eſt ſine ſubiecto. † l. nec vllam, §. ſi abſentis, vbi Ang. ff. de petit. hæred. Bald. in l. 2. ff. de bono. poſſ. ſecund tab. & qui tractant de mixto foro, ſupponunt præambulum delictum, iuxta propoſitionem, quod vbi diſputatur de vno, in
2 cæteris omnibus præſupponitur habilitas. † l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad leg. Falcid. late Crau. in conſ. 592. num. 40. hoc aũt dixiſſe volui, quia latet me Eccleſiaſtica prohibitio.

Quod ſi tam ab Eccleſiaſtico Iudice, quàm à laico interdicta eſt facultas ſeminãdi orizam, adhuc dico colonum Eccleſiæ ſeminantem in bonis Eccleſiæ diſtringi, puniriq́ non poſſe à laico Iudice; nec delictum iſtud iudicari poſſe mixti fori; quoniam mixti fori delictum dicitur, quod lege cannonica,
3 & ciuili eſt prohibitum. † Doctores in c. cum ſit generale, de foro compet. vbi Abb. in fin. Aret. num. 4. & fuit originalis opinio Gofred. ibi, quem ſeq. Marian. num. 26. Socin. in conſ. 119. num. 7. in 4. volum. Decian. in tract. crim. lib. 4. c. 26. nu. 63. ſed conductoribus, aut colonis Eccleſiæ non eſt ciuili, aut laicali lege interdicta poteſtas ſeminandi orizã in bonis Eccleſiæ, nec lex laicalis ad talia bona, talesq́ perſonas trahi poteſt, ergo colonis prædictis non eſt delictum, ſecundum vtranq; legem; & ſic delictum non erit mixti fori. ex quo prohibitio quò ad eos deſcendit à ſolo Eccleſiaſtico Iudice, non autem à laico: atque ita deficit id, quod neceſſarium eſt, vt delictũ dicatur mixti fori; & cui definitio non conuenit, non

 etiam

Digitized by Google

4 etiam conuenit definitum, † Cagnol. in l. omnis definitio, ff. de regul. iur. & valet argumentum à definitione ſumptum,
5 † l. 1. §. dolum, ff. de dolo, Euerar. loco 44. in princ.

Præterea in delictis mixti fori ideo poteſt vterque Iudex, Eccleſiaſticus, ſcilicèt, & laicus punire, quia vterq; Iudex, & vtraque lex offenditur per trāſgreſſionem; & delinquens non minus in vnam legem cōmittit, quam in alteram; Ideo meritò vterque animaduertit in eum; at in colono, ſeu conductore Eccleſiaſtico, ſeminante orizam in bonis Eccleſiæ, ceſſat eiuſmodi ratio, ex quo non offendit laicum Iudicem, neque eius legem tranſgreditur, eo ſtantè, quod lex laici non includit talem colonum, ſeu conductorem. Ceſſante autem legis ratione, ipſa quoq; ceſſat legis diſpoſitio,
6 † l. in omni, vbi Bart. ff. de adoption. latè Tiraq. in tractat. Ceſſan. cau. par. 1. num. 11.

Contra verò, quia talis colonus legem ſpernit Eccleſiaſtici Iudicis ab eo, non ab alio puniri debet, vt ille ſuæ iniuriæ habeat vltionem, qua ratione ad eum ſpectat plectere, qui principaliter offenditur,
7 † l. cum emancipati, § emancipatus filius ff. de collat. bono. Bar. in § & hanc. in princ. in authen. quom. oport. Epiſco. quod poſt Brun. Nattam, & Amad. de Pont. comprobaui in conſ. 152. nu. 16. Menoch. in conſ. 604. num. 28. & ibi Panciról. nu. 14. vbi inferunt, quod vaſſalli non poſſunt punire eum, qui Principis edicto contrauenit; quia per talem contrauentionē ipſi non fuerunt læſi, ſed Princeps: ſic in propoſito, cum edictum laici Iudicis non offendatur ex coloni tranſgreſſione, ſed benè lędatur edictum Eccleſiaſticum, Iudicis Eccleſiaſtici erit illum punire. cum autem coloni non ſint ligati edicto laicorum, vt dixi, contraueniendo, non dicuntur illud offendere,
8 † l. extra territorium, ff. de iuriſdict. omn. iud. c. vt animarum, de conſtit. in 6. & paria ſunt, quòd locus ſit extra territoriū, vel intra, ſed exemptus. c. cum Epiſcopus, de off. ordin. in 6. Domin. & Io. Andr. in c. 2. de cōſtit. in 6. Dec. d. l. extra territorium, num. 6. & ideò multum ad propoſitum noſtrū dixit Socin. d. conſ. 119 per totum, pręcipuè verò num. 35. vol. 4. quod Epiſcopus punire non poteſt Hebræum pro blaſphemia, ſeu maledicentia in Deum, quia Canones prædicta prohibentes, non includunt Hebræos, &

con-

conſequenter Hebræi non dicuntur Canonibus contrauenire. Idem ergò erit dicendum in edicto laici, quod ſi aliquem non comprehendit, is à laico puniri non poterit.

Accedat, quòd ſi ſolus Eccleſiaſticus poteſt ſtatuere quoad bona Eccleſiæ, & Colonos illius, vt ſæpè dictum eſt, vtique delictum erit merè Eccleſiaſticum, ex quo ſecundum legem laicorũ non eſt crimen, vt in ſimili voluit Gofred. in d.c. cum ſit generale; vbi ait, quod crimen vſurarum eſt merè Eccleſiaſticum, quia iure ciuili non eſt crimen; & quamuis dictum eius ſit falſum, & ab omnibus reprobetur, argumenti tamen forma vera eſt, & ſequitur Abb. ibi num. 25. & 30. in princ. & num. 31. vbi ponit exemplum, quando prohibetur cer-
9 ta ſpecies delicti à ſola Eccleſia, † Aret. num. 9. & 19. & Marian. num. 26. in delictis autem merè Eccleſiaſticis ſolus Iudex Eccleſiæ cognoſcit, ſæcularis autem ſe non poteſt intromittere, non ergo erit mixtum delictum, vt exaduersò contenditur, ſed eſt merè Eccleſiaſticũ, & ad Eccleſiaſticum Iudicem pertinet cognitio.

Addo quod, vt delictum dici poſſit mixtum, adeò vt Iudex laicus concurrere poſſit cum Eccleſiaſtico neceſſe eſt, quod detur concurſus legis prohibentis, adeo quòd vnaqueq; lex omnes contrauenientes complectatur, ſicuti videmus in criminibus ſacrilegij, vſurarum, periurij, adulterij, ſodomiæ, alijs; in his enim vtraque lex generaliter prohibens omnes homines, generaliter ligat; Ideo ad vtrunque Iudicem ſpectat cognitio; & quilibet ipſorum procedere poteſt, vt in d. c. cum ſit generale, ſed in præſenti facto leges vtriuſque fori non concurrunt, ſed diuerſa bona, & diuerſas afficiunt perſonas; nam edictum Eccleſiæ reſpicit ſolum bona Eccleſiæ, & eius conductores, & colonos: lex autem laicalis bona reſpicit tantum ſibi ſubiecta, & perſonas ſibi ſubiectas, non autẽ bona Eccleſiæ, & ſuos colonos: ideò ſicuti Iudex Eccleſiaſticus non poſſet animaduertere in eos, qui orizam ſeminarunt in bonis laicorum, vt de ſe patet; ita nec Iudex laicus colonos Eccleſiæ coercebit. qđ ſi diceremus crimen eſſe mixti fori ob vtriuſq; fori leges concurrentes, vtiq; liceret etiã Eccleſiaſtico Iudici punire præter ſuos colonos alios quoque ſeminantes in prædijs priuatorum, quod eſt abſur-

ſurdum, & diſplicere arbitror etiam aduerſantibus: petere autem aduerſantes non debent id, cuius contrarium non eſ-
10 ſent poſtulaturi, † l. ſi & rem, & pretium, ff. de petit. hæred. l. pen. C. de ſolut. l. ratas, C. de reſcind. vend. l. ſi ea lege, C. de vſur. Crau. conſ. 946. num. 12. & ſi vni denegaretur, quod alteri permittitur, Iudicesq́. ipſi ad imparia iudicarent, delictum non eſſet mixti fori; quia in delictis mixti fori par iudicatur vtriuſq; Iudicis cōditio; & cognoſcit, qui ex eis præuenit in cognoſcendo; nec mixtura reſtringi debet ad ſolos colonos Eccleſiæ, ſed vel in omnibus eſſe debet, vel in nullo.

Demùm ponamus abſque veri læſione, quod crimen mixti fori appellari poſſet; non tamen per hoc laicus Iudex poſſet colonos, & conductores Eccleſiæ criminaliter vexare, quia priuilegium cōpetens Eccleſiæ, competit etiam colonis, quādo ſine eis Eccleſia nō gauderet rebus ſuis, nec frui poſſet ſuo
11 priuilegio, † Feyn. in c. quam ſic, num. 1. de iudic. in c. 2. nu. 2. de foro comp. Dec. in l. in omnibus cauſis id obſeruatur, nu. 8.
12 ff. de reg. iur. † & coloni gaudent priuilegio Clericorum, Carauita ritu magn. Cur. 46. num. 28. & in colonis verificatur quidquid de Clericis dicitur, Pancirol. conſ. 49 num. 5. & dixi in prioribus ſcriptis, & latè confirmat D. Iulius Phenus Excellentiſs. huius cauſæ Aduocatus, ſicuti autē pro delictis mixti fori laicus non procedit contra Clericum delinquentem, quia non dicitur ſuæ iuriſdictioni ſubditus, vt per Doctores in d. c. cum ſit generale, ita nec contra colonum, quia vltra qualitatem, & naturā delicti requiritur etiam, quod perſona ſit ſubdita, aliàs ceſſat cognitionis poteſtas per regulam ſupra poſitam, quòd cum diſputamus de vno, cætera ſupponuntur habilia; coloni autem tāquam coloni Eccleſiæ non ſunt ſubditi; quia gaudent priuilegio Eccleſiæ, ergò puniri non poſſunt.

†

DECI-

DECISIO THESAVRI CXVI.

Coloni Eccleſiæ an ſint immunes a collectis, ratione partis colonicæ, latè diſcutitur, & diſputatur in vtranque partem.

1 *Eccleſia eſt immunis à collectis, ratione ſuorum prædiorum.*
2 *Coloni laicorum non ſoluunt collectas pro illorum parte colonica.*
3 *Collecta regulariter imponitur perſonis pro rebus.*
4 *Coloni Eccleſiaſticorũ ſunt immunes à collectis, ſed contra nu.8.*
5 *Collecta imponitur ratione fructuum.*
6 *Emptores fructuum Eccleſiaſticorum tenentur pro eis ſoluere gabellas.*
7 *Immunitatis priuilegium ſtrictè interpretatur.*
9 *Collecta in fraudem Eccleſiaſticorum non poteſt imponi.*
10 *Coloni poſſunt cõpelli pro ſua negotiatione, & pro rata fructuum ad collectas.*
11 *Vna res poteſt diuerſo iure aliquando cenſeri.*
12 *Text. in capit. Eccleſiarum ſeruos, 12. quæſt. 2. declaratur.*
13 *Coloni Eccleſiæ non gaudent immunitate rebus impoſita.*
14 *Doctores multi in materia collectarum, an ab illis coloni Eccleſiæ ſint immunes declarantur.*

COloni Eccleſiæ dicebãt ſe exemptos, & immunes à ſolutione collectarum, ratione partis colonicæ illis impoſitarum: dubitatum fuit, an hoc verũ eſſet, & multa hincinde propter difficultatẽ iſtius quæſtionis adducta in facti cõtingentia fuerunt. Et in primis pro immuni-
1 tate, & in fauorem colonorum allegabatur, quòd cum † Eccleſia non teneatur pro ſuis prædijs ſoluere, l. placet, vbi Doctores, C. de ſacroſ. Eccleſ. c. non minus, de immunit. Eccleſ.

ita

ita nec ipſi deberent teneri, aliàs per indirectum compelleretur Eccleſia, & fieret fraus legi, confirmatur hoc ex regula, quæ habet, quòd coloni Clericorum gaudent fori priuilegio, de qua dixi latè ſupra deciſ. 22. poſt D. Oſaſc. deciſ. 32.

Secundò, adducebatur, quòd coloni etiam laicorum non poſſunt compelli † pro parte colonica, quia ſolutio collectarum non eſt pro fructibus, ſed pro prædijs, Alex. conſ. 37. col.
2 penul. lib. 4. & conſ. 4. lib. 5. Curt. ſen. conſ. 36. Bellon. conſ. 27. num. 8. 9. & 10. & latè per Natt. conſ. 409. num. 5. imò ſi ſolueret repeteret à Domino, vbi ibi per Natt. poſt Bald. in l. 1. col. 2. C. de iur. emphyt. & ſtatutum tale eſſet iniquum, Bart. & Bald. in l. colonos, C. de agricol. & cenſ. Hancq. opinionem quo ad colonos laicorum vti æquiorem tenuit D. Oſaſ. deciſ. 83. & ita, vt ipſe teſtatur, fuit ſequutus Senatus, licèt alij, quos idem Oſaſc. refert, tenuerint contrarium.

Tertiò, pro hac parte videtur ſtare tex. in c. Eccleſiarum ſeruos, 12. quæſt. 2. vbi prohibetur exactoribus ne ſeruos Eccleſiarum ad onera compellant, cui conuenit alius text. in c. generaliter, §. nouarum, 16. quæſt. 1.

Quartò, quia impoſitio collectarum regulariter ſolet fieri † perſonis pro rebus earum, l. reſcript. §. fin. ff. de muner. & honor. ſed in caſu iſto perſona Eccleſiaſtica eſt immunis, res
3 etiam ſunt Eccleſiaſticæ, & immunes, ergo non poſſunt grauari coloni pro parte colonica, quia alias exemptio Eccleſiaſtica non conſeruaret Dominos immunes, niſi pro dimidia, id eſt pro parte Dominicali, & non debent eædem res diuerſo iure cenſeri, l. cum, qui ædes, ff. de vſucap.

Et pro hac opinione non deerant auctoritates: nam illam ſequutus † eſt Bart. in l. placet, in fin. repetit. C. de ſacroſan. Eccleſ. & ibi Parpal. num. 74. & Bart. ſequitur Abb. conſil. 9.
4 lib. 1. Grat. conſ. 130. lib. 1. vbi latè pro hac parte conſuluit Natt. conſ. 409. per totum, vbi reſpondet ad Federic. de Senis tenentem contrarium in conſil. 111. & poſt eum Alciat. Bero. & alij multi Doctores, qui ſe ſubſcripſerunt illi conſilio Grati, & videtur de mente Bald. in l. 1. 3. notab. C. de epiſc & cleric. Aegyd. Tomati in tract. de collect. §. videndum, nu. 8. vbi reſpondet ad côtrarias rationes. Nicol. Feſtas de æſtimo num. 50. & ſeq. Burſat. conſ. 25. per totum, lib. 1.

In

In fauorem tamen Cõmunitatum, & contra colonos adducebatur primo, quòd ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio, ſed fructus, qui percipiuntur à colonis pro ſua parte
A B ſunt ipſorum *a* colonorum,& quid temporale, *b* ergo pro
5 illis debent teneri, eoque magis, quia † collecta illi impo-
C D nitur, *c* qui fructus percipit,& pro omni fructu *d* ſoluitur
E collecta, Alb. conſ.40. num.7. *e* Rolan. conſ.66. num.29. lib.1.Crau.conſ.497.num.5. lib.3.

Secundò, quòd emptores fructuũ Eccleſiaſticorum pro
6 illis † tenentur ſoluere gabellas, Archid. in c.vlt. de cẽſib.
F lib.6. *f* Bertachin. de gabell. par.7.quæſt.7. ergo tenebũtur coloni pro rata fructuum ſuæ partis colonicæ ſoluere.

G Tertiò, mouet, quia *g* priuilegiũ immunitatis eſt ſtricti iuris, c. priuilegia, & c. odia, de regul. iuris lib. 6. ideo
7 † ſtrictè debet interpretari, vt ſolũ concernat beneficium Eccleſiaſticorum, non autem laicorum colonorum, quia ſi ipſi eximerentur, illorum eſſet principale commodum.

H Quartò, pro hac *h* opinione adducitur dictum Bald. in auth. ſed periculum, in fin. C. ſine cen. vel reliqui, & cla-
8 I rius in terminis † hanc partem tenuerunt Feder. *i* de Sen. conſ.111. An diœceſanus num. 9. Bertach. de gabell. dicta par. 7. quæſt.7. Geminian. in c.quamquam, in fin. de cenſib. lib.6.& ibidem Franc. Aretin. in l.placet, in 3.colum.verſ. Capio, glo. in verbo extraordinarium, C. de ſacroſ. Eccl. Io. de Plat. in l. Senatorum, C. de dignit. Brun. in tract. de ſtatut. exclud. fœmin. artic. 8. quæſt. 22. colum. 3. verſ. Et pro hac parte, & in fin. illius quæſtionis. Aegyd. Boſſ. de princip. num.121. Ferret. de gabell. num.537.& videtur de mente Innoc. in c.non minus, de immunit. Eccl.& ibi Abb. num.14. verſ. Vel ſecundo, vbi volunt, quòd coloni teneantur ad quædam munera, à quibus Eccleſia eſt exempta, & quod pro parte colonica omnino teneãtur, voluit Remig. Gonni in tract. de charitatiuo ſubſidio quæſt 61. nu. 20. & ſeq. Rip. in tract. de peſte, prima par. 3. par. quæſt. 15. & ego hanc opinionem receptiorẽ video, & veriorem, ac æquiorem arbitror: ſpecialia enim non ſunt multiplicanda, l.1. C. de dot. promiſſ.

Ad allegata in contrariũ facilis eſt reſponſio: & ad pri-

mum dicitur, quod non eſt admittendũ, vt per indirectum
K grauetur Eccleſia, *k* prout eſſet, ſi coloni Eccleſiæ ad aliqua onera compellerentur, ad quæ alij coloni laicorũ non
9 tenerentur, tunc enim cenſetur † fieri in fraudem, & non admitteretur, vt in terminis dicit Feder. de Sen. d. num. 9. & illud dictum Feder. de refert, & ſequitur Iaſ. in l. 1. nu. 10. C. de indict. viduita. tollen. & quando vltra modũ vellet dominus temporalis grauare, Epiſcop. hoc nõ ſuſtinebit, Geminian. in c. quanquã, in fine, de cenſibus, ſed quando hoc
L non fit in fraudem, *l* & non grauantur coloni Eccleſiæ vltra modum, & vltra formam aliorum colonorũ, certè non poſſunt ipſi, vel Eccleſia conqueri per rationes ſupra adductas: & ad regulam illam, quod coloni Eccleſiæ gaudeant illius priuilegio, reſpondetur illud eſſe verum in colonis, & famulis perpetuis, non in partiarijs, & contraria opinio eſt recepta, vt dixi ibi num. 4. in fin.

Ad ſecundum reſpondetur, verum eſſe, quòd coloni non
10 M tenentur ſoluere *m* pro prædio domini; † ſed pro ſua negotiatione, vel pro rata fructuum ſuorum bene poſſunt teneri, Luc. de Penn. in l. fin. C. de quibus muner. nemi. lic. ſe excuſ. quæſt. 17. & in l. fin. C. de fund. limitrof. Iaſ. conſ. 109. lib. 1. Bart. in l. 1. C. de annon. & trib. Federi. de Sen. d. conſ. 111. Io. de Plat. in l. nemo, C. de dignit. Geminian. in d. c. quanquam, de cenſibus, Bertachin. de gabell. par. 7. quæſt. 6. in Clem. fin. col. 2. de cenſib. Natt. d. conſ. 409. nu.
N 1. & 6. præſertim ſi talis eſt regionis conſuetudo, *n* prout præſuppõnebatur in facto eſſe in patria Vercellarum, de qua conſuetudine teſtatur D. Olaſc. d. deciſ. 83. in fin. Nec obſtat ſi fortè dicatur, q́d coloni non dicuntur habere fructus ex lucro, cùm ponant operas ſuas, quarum loco cedũt fructus, quia reſpondetur, quod ſuarum operarum ratio habenda erit in taxa collectarum, vt in ſimili dicit Imol. in Clemen. 1. de decim. num. 14. verſ. Si autem ſint cenſuales, Olaſc. d. deciſ. 83. nu. 7. & 8. item ſi ipſi ponunt operas, Do-
O mini ponunt prædia, & tamen laici *o* domini tenentur:
P non erit igitur abſonum, quod illi *p* teneantur in aliquo, iuxta lucri ſui qualitatem, & hoc modo poteſt reſponderi ad rationem, Abb. in d. conſ. 9. circa fin. lib. 1. Præterea nõ

eſt

Digitized by Google

11 eſt inconueniens, quod † vna res diuerſo reſpectu, diuerſo reſpectu, diuerſo etiam iure cenſeatur, ex diuerſitate ſcilicet rationis, & cauſæ: ideo coloni tenentur pro vna re ad decimas, licèt pro eadem domini non teneantur, gloſ. ſingular. & communiter approbata in Clemen. 1. de decim. in verbo excolēdus, quam in his terminis pro reſponſione ad regulam, l. eum, qui ædes, citat Socin. conſ. 268. in princ. ſicq́. intelligenda eſt d. deciſ. 83. D. Olaſc.

Non obſt. tex. in d. c. Eccleſiarum, tertio loco adductus,
12 quia reſpōdetur, quod † ille tex. loquitur in ſeruis, qui ſunt ſub dominio Eccleſiæ, ſecus verò eſt in colonis non ſeruis, & ita reſpondet Federic. d. conſ. 111. & Abb. in d. c. non minus, num. 14. verſ. Vel ſecundo, Grammat. in ſimili conſil. 102. num. 15. inter ciuilia.

Ad quartum reſpondetur, quòd iſta ſunt ſeparata, colonus, & Eccleſia, ſeu prædia, & perſonæ Eccleſiaſticæ, vt dicit idem Federic. & licèt coloni grauentur, non tamen
Q *q* grauatur Eccleſia in prædijs, vel perſonis, ſed pro rata fructuum colonis pertinentium, vt dicunt Frac. & Gemin. in d. c. quanquam, & quando onus eſt reale, prout eſt col-
13 R lecta *r* principaliter, quæ imponitur pro rebus, † tunc coloni non gaudent immunitate, vt in ſimili de decima dicit Feret. d. tract. de gabel. n. 528. & eſt elegans deciſio Rotę in antiquis, ſub titulo de decim.

S Denique non obſtant *ſ* auctoritates in contrarium allegatæ; quia contrariam ſententiā tenuerunt alij non mi-
14 noris auctoritatis, & ponderis Doctores. Præteria † Bart.
T in loco citato *t* benè intellectus facit pro opinione iſta: loquitur enim, quando vltra modum grauantur coloni in fraudem Eccleſiæ, vt dictū eſt ſupra, in reſponſione ad primum obiectum; & eodē modo reſpondetur ad opinionem
V *u* Parpaleo. qui ſimpliciter ſequitur ibi Bart. imò Parpal. dicit verū, quod Bart. non determinat expreſsè hanc quæſtionem, & ipſe magis reſidet in contraria ſententia, inſpecta ratione, & auctoritate Federic. quam in fine illius numeri allegat, & ideò Parpal. bene citatur ab omnibus pro hac parte. *x* Abb. autem in d. conſ. 9. in fin. loquitur, quando ſit impoſitio pro oneribus patrimonialibus, & pro re-

 bus

bus poſſeſſis, ſecus verò in caſu noſtro, vbi imponitur col-
lecta pro onere perſonali, vel pro lucris, & traſigo.& ideo
idem Abb. in conſ.53. num. 3. lib. 1. non audet illam opi-
nioné firmare, quod iſti ſerui laici fruantur priuilegio Ec-
cleſiarum, imò quod non fruantur cenſuit Senatus in d. de-
Y ciſ.22. Gratus verò y videtur potius cauſæ ſuæ, & pro ſuo
intereſſe in cauſa propria inſeruijſſe, quàm veritati,& Gl.
a quam pſe allegat in Clemen. 1. in verbo excolendus, in fi.
de decim. loquitur, quando priuilegium exemptionis eſt in
rem, & imponitur onus rei, ita vt ſecus ſit, quando impo-
nitur onus rei, ita vt ſecus ſit, quãdo imponitur onus per-
ſonæ, quia tunc pro ſua portione coloni tenebuntur. Et ſi
glo. aliter ſentiret, non eſſet communiter approbata, vt
dicit Grat. ſed potius reprobata, per ea, quæ ſupra dixi.
Et illa glo. loquitur in decimis, quæ debentur ratione præ-
dij, ſecus ſi ratione fructuum, vt etiam loquitur Abb. in c.
ex parte, il primo, col. 2. de decim. volens, quod colonus
partiarius teneatur ad decimas pro parte fructuum ab eo
b perceptorum, poſt Federic. d. conſ. 111. nu. 10. Soci. conſ.
268. col. 1. dicens cõem. Ad auctoritatem Nattæ reſpon-
deo, quod loquitur, fundãdo ſe in caſu, quando grauantur
coloni non pro ſuo lucro fructuum, vel trafico, ſed pro poſ-
ſeſſione, & prædio: tunc enim cum poſſeſſio, & prædium
non ſit coloni, iniquũ eſt, ſi compellantur ad collectas, etiã
ſi eſſent coloni laicorum. Prætera ibi Natt. reſpondendo
ad Feder. intelligit procedere, quando eſt onus concernẽs
fructus, & rem ipſam. At nos etiam intelligimus, vt talis
c ſolutio fiat ratione rei, ideſt fructuum, non autẽ rei, ideſt
d prædij Eccleſiaſtici, & patrimonij. Non obſt. vltimo au-
ctoritas Burſ. quia vltra, quod dici poſſet illius opinionem
veram non eſſe ex ſupradictis, reſponderi poterit, illum lo-
qui in ſpeciali priuilegio, & de immunitate rebus ipſis non
perſonæ conceſſa, vt per eundem ibi num. 5. Accedat, quod
hic agitur de taxu, quod ſuccedit loco ſalis, ad cuius ſolu-
tioné omnes indiſtinctè, tam Eccleſiaſtici, quàm laici, te-
nerentur, cum capiant ipſi, & eorũ beſtiæ ex ipſo ſale com-
modum, & beneficium, & ſecundum naturam ſit, vt qui ha-
bet commodum, ſentiat etiam incommodum, ideo res ma-
gis remanebat extra difficultatem. Facta

Digitized by Google

Facta igitur omnium prædictorum iurium, & rationum matura diſcuſſione, & rei veritate diligenter penſata, poſt multas diſputationes, & librorũ reuolutiones, tandem Senatus cenſuit eſſe compellendos colonos Monachorum, & Eccleſiaſticorum ad collectas pro illorum parte colonica tantum, & pro eorum beſtijs; ita tamen, quod non cõpellantur in plus, quàm alij coloni laicorum, ne in fraudem Eccleſiaſticæ libertatis hoc fieret. Sed ſi Monachi, & Eccleſiaſtici vellent habere famulos, & Boues, & ipſi ſuis Bobus agros colere, tunc ſint immunes, & non poſſint colle-
e ctari, & ita fuit iudicatum in cauſa Vercellenſi contra Reuerendos Monachos Sancti Andreæ, Canonicos Regulares 1559. 20. Decembris Quid verò dicendum ſit de emphyteota Eccleſiæ, vide D. Solam in commentar. ad decret. Sabaud. tit. de iur. emphyteot. gloſſ. 2. 3. par. in fin. vbi latè hoc examinat.

NOTATIONES CONTRA Superiorem Deciſionem.

5 IPſorum Colonorum, &c. Argumẽtum Aucto-
A ris forſan procederet, quoad onera merè, mixtè realia, vt de gabellis, tributis, & decimis vt dixit, Natt. d. conſ. 409. num. 7. cum ſeq.
B & alij in prima opinione allegati.

Quid temporale, &c. Non tenet conſequentia, quia ſi collecta eſſet ſoluenda ratione temporalitatis, ergo, & pro portione, & bonis Clericorum eſſet ſoluenda, quia adeſt in illis ratio temporalitatis, l. illud, ad l. Aquil. l. A Titio, de verb. oblig. cum concordantib. Vel ſequeretur dicendum, quod immunitas eſſet conceſſa tantum perſonis, & non rebus, quod non eſt dicẽdum, d. l. placet, d. c. non minus, cum allegatis per Auctorem in prima opinione.

C *Collectæ illis imponitur.* Imponitur collecta perſonis cõtemplatione bonorum, quæ poſsident, d. l. reſcripto, §. fi.

&

& l.ſecunda, C.de ann. & tribut. lib. 10. & ibi not. & auct. in prima opinione, num. 3. & propterea dicitur onus mixtum, Bart. & Doct. in d.l.placet, & Doct. in d.c. non minus, & pro illa ſoluenda ſolet fieri taxatio ratione prædiorum, & bonorum per æs, & libram, ita Rolan. à Val. conſ. 66. num. 15. lib. 1. Sed bona Eccleſiæ, & Clericorum ſunt immunia, & exempta à poteſtate laicorum, vt per Doct. in d. l.placet, & in d.c non minus, Bald. in l.omnes, col. 2. in fi. poſt Hoſt. & Io. And. quos citat, C.ſine cenſ. & reliq. lib. 10. ideo non poſſunt extimari, ſiue alibrari, & per cõſequens nec collectari, Bart. poſt glo. in l.ſi penes, & in l. colonos, la prima, C. de agricol. & cenſ. eodem lib. 10. & ſequitur Auctor in prima opinione.

D *Pro omni fructu.* Quando tamen fructus percipiuntur iure proprio, & ex re propria, Alex. conſ. 35. nu. 12. vol. 4. per text in l.ſi prudẽtes, § ſi quid cloacarij, ff de vſufruct. & conſ. 4. ſub num. 3. vol. 5. Soci. Sen. conſ. 119. nu. 1. lib. 1. Oſaſc. d. deciſ. 83. ſub num. 5.

E *Alba conſ.* Iſti Doct. non loquũtur in terminis quæſtionis, de qua agitur; Alba. n. & Crauet. loquuntur de Mercatoribus, an teneantur referre merces, & pecunias ad librum extimi, occaſione collectarum ſoluendarum, & concludunt, quòd ſic, quia ex illis percipiunt fructus, prout faciunt Domini ex eorum prædijs. Pari modo Roland. à Vall. non loquitur de bonis Eccleſiæ, vel Clericorum, neq; de eorum Colonis; vnde ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minorib. l. ſi. de calumniat. cum vulg.

6 *Archidiaconus.* Voluit allegare c. penult. circa mediũ,
F vbi vult, quod ementes bona redditũum Clericorum, volenteſq. ea alio trãsferre, non gaudeant immunitate, qua gauderent Clerici vẽditores, ſi ipſi vellent transferre, ſed quod teneantur ſoluere gabellã, & cum eo cõcordant Gemin. & Franc. ibidem, & in his terminis conſuluit Rolan. à Vall. conſ. 51. vol. 4. non autem dicit, quod iſti ementes teneantur ſoluere ratione cõtractus celebrati cum Clerico, quia hoc onus Clericos exemptos tangeret, & grauaret; venderent. n. propterea rem ſuam viliori pretio, l. ſi venditor, ff. de ſeru. exportan, & ideo ſoluere non tenentur,

tur, Bald. conſ.31.lib.1. Deci. conſ.48. col.3. verſ.4. Hier. Gabriel. conſ.161.lib.2.latiſſimè Menoch. conſ.136.vol.2. Et hoc argumentum poteſt retorqueri pro colonis Eccleſiæ, & Clericorum.

7 *Priuilegium immunitatis*. Potius immunitas dicenda eſt
G dicẽda eſt beneficium, quia à Principibus conceſſa, vt not. Grat. in alleg. conſ. 130. ſub num.8. Quod quidem beneficium eſt latè interpretandum, c. Olim, de verb. ſignific. & dato etiam, quod eſſet priuilegium, adhuc latè venit interpretandum, quia eſt per leges diuinas, & humanas conceſſum. Nec repugnant alicui legi, vt not. Butr. & Abb. in d.c.olim, Iaſ. in l.fin.col.14. de cõſtitut. Principum. Quod autem ſit per legem diuin. & human. conceſ. ſatis clarè, non mediocriter in ſacris litteris, legibusq́. verſatis patet. Præterea non agimus hic de extendendo, ſed de conſeruãdo tantùm.

8 *Baldus in Authentica ſed periculum*. Licet ipſe in citato
H loco hoc dicat, non tamẽ figit pedes, ſed ſe remittit ad eã, quæ dicturus eſt in lege ſequen. in qua non loquitur de colonis Eccleſiæ, quamquam loquatur de illius immunitate, & eam tueatur dicendo, quod non ſunt inueniendæ fictiones, & ſubtilitates in præiudicium Eccleſiæ, vt fiat paleatè, qđ palam fieri non eſt permiſſum, aperiendo viam fraudibus, prout aliquando fit à nonnullis confundẽdo nomen collectæ in nomen tributi. Præterea Bal. in dicta authen. ſe fundat in doctrina Innoc. in d. c.non minus, qui non loquitur in collectis, ſed in angariјs, & perãgariјs, quæ ſunt munera merè perſonalia, vt not. Doct. in d. l. placet, & c. non minus. Pariter ẽt Abb. in d.c.non minus, loquitur de angariјs, & perãgariјs, & iſti termini non ſunt cõfundendi in præiudicium Eccleſiæ, vt dicit Bal. in d.l.omnes. col. 2.

I *Federicus de Senis*. Ipſe loquitur in allegato conſ 111. de gabella, quam dicit colonos Eccleſiarum ſoluere debere ad Portam pro introductione fructuum ſuorum, quæ gabella eſt onus merè reale impoſitum ipſis fructibus, vt ſunt tributum, & decimæ. Neq; dicatur, quod illud dictum Federici de gabella, eſt loco exempli quod non reſtringit regulam, ſed declarat, l. damni infecti, ff. de damno infecto,

quia

quia reſpondetur exempla declarare, in quibus terminis regula procedat, ita gloſ. in c. quod Dei, de ſtat. Mona. & in l. 1. § quod vulgo, ff. de vi, & vi armat. quæ propterea ad terminos diuerſos non eſt extẽdenda, arg. l. fin. de calum. l. Papinianus exul. de minorib. Natt. d. conſ. 409. nu. 7. Alij etiam Doct. allegati ab Auctore loquuntur, moti auctoritate Federici, quare declaratis per ipſum dictis, iſtorũ Doctorum dicta non obſtabunt, quia illa debent intelligi ſecundum doctrinam per ipſos allegatam, ad not. per Bart. in l. non ſolum, §. liberationem. ff. de lib. lega.

9 *Grauetur Eccleſia*. Imo grauaretur Eccleſia, q̃a durio-
K ribus conditionibus, & pactis coloni ſuſciperent prædia, & bona colenda, ſtante tali onere, quam ſi illa eſſent libera, arg. d. l. ſi venditor, Rol. à Val. d. conſ. 61. num. 19. & Menoch. d. conſ. 136. Præterea cum collecta ſit impoſita contemplatione prædij, d. l. reſcripto, §. fin. eſt ſoluenda p dominum ipſius prædij, Bald. in d. l. omnes, nu. 2. & idem Bal. in l. 1. ſub nu. 5. C. de anno. & trib. lib. 10. & ibi Bar. nu. 3. & in d. l. ſi penes, & in d. l. colonus, & ſi colonus ſolueret huiuſmodi collectas, poſſet repetere à domino, Bald. in l. 1. colum. 2. C. de iure emphyteo. Bart. in d. l. colonos. Alex. conſ. 4. vol. 5. Bald. in d. l. ſi cum duobus, §. iniocunda, ff. p ſocio, Oſaſc. d. deciſ. 83. num. 3 quod adeò verum eſt, quod ſi fieret ſtatutũ, quo caueretur collectam ſpectare ad collectam ſpectare ad colonum, diceretur iniquum, ita Bart. & Bal. in d. l. colonos, & Bar. in d. l. ſi penes. Quare ex his apparet, quod grauaretur Eccleſia, vel Clerici, Paul. de Caſtr. in l. ex conducto, num. 4. ff. locati.

L *Non fit in fraudem*. Imò dicitur fieri in fraudem, quia cum non poſſint grauare Eccleſiam, vel Clericos, vellent eorum colonos grauare, vt not. Bar. in d. l. ſi penes. & item Bart. & Bald. in d. l. colonos, & Bal. in d. l. omnes, quia coloni dum colunt prædia immunia, & ipſi ſunt immunes, vt dixit Auctor ſupra in prima opinione num. 3. & Decian. conſ. 51. num. 14. lib. 3.

10 *Non tenentur ſoluere*. Si non tenentur ſoluere pro prędio Domini, ergo nec ad collectam tenẽtur, quæ ratione prædij imponitur, iuribus allegatis, & probatur ex impoſitione, &

ne,& exactione, quæ fit ad rationem modiorũ, ſiue perticarum terrarũ,quas laborant, ſed cum terræ, ſiue prędia Eccleſiæ ſint exēpta, & colētes illa exēpti eſſe debēt, gloſ. in Clemen. prima, in verbo excolendus, vbi Cardinalis quæſt. 22. Vital.num. 31. dedecim. Abb. in cap. ex parte, il primo, n.4. eod.tit. Bertach. in tract.de Gabel. in 7.par.n.16.Ferret.cōl.102.n.13.Rot.deciſ.4.de priuil. in antiq. Et ad hoc ēt facit ſacit pro corroboratione deciſ. Rotæ 23. num. 6. par. 2. diuerſ. coram Cantucio, & coram bonæ mem. R. P. D. meo Bubalo, die 10. Decēbris 1578. in vna Cartaginen. decimarũ, qui omnes loquuntur in fortioribus terminis, nempè, quando onus eſſet adiectum ipſis fructibus, quia cum eadem exemptione tranſeunt, Decian. d.conſ.51.ſub nu 14. ne cauſa fructuum diuidatur à proprietate, vt tenuit Burſat. conſil. 25.num.7.lib.1. ex Alciato, quem citat conſ.266.nu 6.

N *Conſuetudo.* In ea ſe fundat Auctor, ergo aliter de iure communi, prout nos loquimur, & in regione, in qua illa nod adſit legitimè introducta, quæ nec poteſt introduci tanquam inferens præiudicium Eccleſijs, rebus, ac bonis earum; multo minus extendi de regione ad regionem, texus eſt apertus in c. primo, vbi Abb. & alij, de conſuetud. immò eam corruptelam potius dicit tex. in c. penult. eodem tit. in 6. & in c. quamquam, de cenſib. eod. lib.

O *Et tamen laici.* Et iure meritò laici Domini tenentur ad collectas, ratione prædiorum ſuorum, per iura ſupra allegata, quia ipſi ſunt ſub iuriſdictione, & poteſtate Dominorum temporalium, collectas imponentium.

P *Teneantur ad aliquid.* Quatenus ad aliquid tenerētur, pro fructibus ſibi in portionem prouenientibus, tenebuntur ad onera merè realia, vt ad gaballas, tributa, & decimas, vt explicat Natta d. conſ. 409. num. 9.

Q *Grauaretur Eccleſia.* Imo grauaretur Eccleſia, vel Clerici, vt ſupra diximus & not. Bart. in d. l. Placet, nu.27.& Doct. in d.c.non minus.

R *Prout eſt collecta.* Non reale dici poteſt, ſed mixtum, quia perſonis imponitur pro rebus. vt ſupra diximus, vnde de

Digitized by Google

munere reali merè ad mixtum non valet illatio, nec dicti termini diuerſi ſunt confundendi, Bald. in d.l.omnes, col. ſecunda.

S *Auctoritates*: Imò cum numero, & pondere plures ſint Doct. tenentes opinionem relatam ab Auctore in prima ma parte deciſ. quæ fundamentis etiam validioribus eſt eſt firmata, illa tenenda eſt, maximè cum ſit Eccleſiæ fauorabilis, l.ſunt pſonæ, ff.de reli.& ſump.fun. cū al.vulg.

14 *Bart. in loco.* Ibi firmiter tenet ꝓ colonis, & dicit, quòd

T ſi aliter fieret, eſſet inducta fraus legis.

V *Parpaleo.* Is ſequitur opinionem Bart. & argumentatur pro prima opinione auctoris, pro qua fuit allegatus, & licet videatur in fine dubitare propter d. conſ. Fed. tamen non reſpondet rationi adductæ in fauorem Eccleſiæ, & eius colonorum. Vlterius Feder. loquitur, vt diximus, in gabellis, & ita eum intelligendum dicunt, Natta, & alij allij allegati ab Auctore in prima opinione.

X *Abb.* Loquitur in fortioribus terminis, nempè de decimis prædialibus ſoluendis pro bonis acquiſitis per quoſdam Monachos, dicendo expreſsè, quòd eorum coloni non tenentur; & in conſ. 53. loquitur de priuileg. perſonalibus, & ſimiliter de oneribus perſonalibus, in quibus licet non determinet, tamen inclinat in fauorem Eccleſie.

Y *Gratus verò.* Hanc obiectionē proprij intereſſe tollit auctoritas Alciati, Bero. & aliorum, qui ſe d conſ. ſubſcripſerunt, ita tenentes eſſe de iure, & non ſunt minoris auctoritatis, quam ſit Feder. Quicquid ipſe dixerit de alio onere impoſito ipſis fructibus, vt diſtinguunt ferè omnes ſupra citati.

a *Gloſ. qudm.* Iſta gloſ. cōmuniter approbata optimè deſeruit caſui noſtro, in quo priuilegium exemptionis eſt reale, & competit prædijs Eccleſiarum, & onus collectæ, licèt imponatur perſonis, illud tamen eſt contemplatione prædiorum, & decimæ debentur ratione fructuū; collecta verò ratione prædiorum, vt ſupra dictum fuit.

b *Natta.* Hic loquitur ſimpliciter, & apertè, quòd coloni Eccleſiarum non tenētur ad collectam, adeò vt non

egeat

egeat aliqua gloſ. & in dicto caſu etiam fuerant propoſitæ huiuſmodi ſubtilitates conſiderationis fructuũ, & laborerij, vt videre eſt penes ipſum, & illis non obſtantibus contrarium verius eſſe de iure probauit, prout alij Doct. ab Auctore relati, idem tenuerunt.

c *Ratione rei, ideſt fructuum.* Hæc expoſitio eſt contra definitionem, ſeu deſcriptionem collectæ, datam ab omnibus Doctoribus in d.l.placet, & in d. c.Non minus. ideò non attẽdenda tanquam ſubterfugium ad colorandum adductum, quia collecta imponitur ratione rerum, ideſt prædiorum, ſiue alterius capitalis, producentis fructum; onus verò, quod merè ratione fructuũ imponitur, potius tributũ, quam collecta dicitur ex ſupra deductis.

d *Burſatus.* Ex allegatis apparet illius opinionem de iure veriorem.& fortioribus rationibus ſuffultam, atq; a pluribus, & grauioribus Doctoribus amplexã, quam etiam antea circumſcripta conſuetudine approbauit Senatus Pedemont. teſte Oſaſc. d. deciſ.83. per tot.

e *Iudicatum.* Optimè quoad famulos, colentes tamen agros Eccleſiæ expẽſis, & Bobus Eccleſiaſticorũ & tantorum Patrum digna concluſio, quam etiam tenuit antea Senatus Mediolani, teſte Boſſ. tit. de Principe, num.122.

Hæc omnia in his additionibus dicta, de plano procedunt in Regione, in qua vlterius adeſt conſuetudo non ſoluendi etiam à tempore immemorabili, quo caſu grauãtes colonos Eccleſiaſticos onere inſolito, & dubbio ꝑcul inciderent in excõmunicationem decimam quartam Bullæ Cœnæ Domini, vt ex ea patet; & licet prædicti tali onere inſolito grauantes videantur ſolis laicis directè, & immediatè onus huiuſmodi pro trafico, ſeu laborerio colonorum prędictorum imponere, mediatè tamen, & indirectè illud imponerent clero, & perſonis ipſis Ecclecleſiaſticis. Ita conſuluit Nauar. conſ.32. de ſent. excõ.

Onus verò, quod directè prohibetur, non debet indirectè concedi, ſeu permitti, ad l. Athletas, §. ſed, & qui, ff.de his, qui not. infam. gloſ. magiſtra, in § eſt autẽ caſus, in ver. habeatur, Inſtit. de hæred. inſtit. c.cum quid vna via, de regul. iuris in 6.

RESPONSVM IN HAC MATERIA

Illuſtris, & Excellentiſsimi I. C. D. Antonij Glauarini Bononien. Com. & Eq. ac in Gymnaſio dictæ Ciuitatis II. Horis veſper. Interpret.

SVMMARIVM.

1 *DE iure Diuino introductum eſt, vt perſonæ Eccleſiaſticæ, & earum bona ſint libera à quibuſcunq; tributis decimis, & oneribus.*

2 *Idque procedit etiam de iure canonico.*

3 *Semel Deo ſacratũ Sanctum ſanctorũ eſt, hoc eſt ſanctiſſimum.*

4 *Bona Eccleſiarum vſibus cæleſtium ſecretorum ſunt dedicata.*

5 *Non ſine Spiritu ſancto, & diuina ratione in teſtamento veteri. Principes infideles libertatem iſtam conceſſerunt Eccleſiæ, & eius bonis.*

6 *Argumentum à Principibus infidelibus ſumi poteſt ad eandem rationem pro Principibus Catholicis.*

7 *Omnes nationes habuerũt in pretio aliquam Religionem, licet falſam.*

8 *Religio vbi eſt, ibi etiam debent eſſe Sacerdotes.*

9 *Vno de correlatiuis tranſlato, transfertur & alterum.*

10 *Nomen proprium, quod conuenit immunitati Eccleſiaſt. eſt libertas, & quod bona ſint libera.*

11 *Liberum eſt, quod nulli oneri eſt obnoxium.*

12 *Leges ciuiles afficere non poſſunt bona Eccleſiaſtica ab earum iuriſdictione libera.*

13 *Libertas, ſeu exemptio competens bonis Eccleſiaſticis, realis eſt.*

14 *Libertas, ſeu exemptio realis cõpetens bonis, competit etiam quibuſcunq; colonis, & eſt communis, & vera opinio.*

15 *Præ-*

Digitized by Google

15 *Prædia indigent cultura ad fructus percipiendos.*
16 *Bona Eccleſiaſtica tenentur ad decimas prædiales.*
17 *Duplici onere coloni Eccleſiaſtici grauari non debent.*
18 *Bona, & res Eccleſiæ libera conſtituta, intelliguntur propter fructus.*
19 *Libertas, & exemptio, ſi reſpicerēt ſolam proprietatem, vana eſſent.*
20 *Et hoc, quia proprietas ſine vſufructu inutilis eſt.*
21 *Fructus exempti, intelligi debent de collectis, & ſeparatis à ſolo: quia dum pendent, ſunt pars fundi.*
22 *Si fructus conceſſi per Eccleſiam colonis pro eorum cultura, non eſſent liberi, pariter bona Eccleſiæ non eſſet libera.*
23 *Onera, quæ imponuntur, æqualiter imponi debent.*
24 *Onera imponuntur, habita ratione ad fructus, licèt proprietati annectantur.*
25 *Sterilia bona non æſtimantur, & alias æſtimata de libro æſtimi delentur.*
26 *Si fructus contingentes, colono collectis grauarentur, relatio haberetur ad bona, quæ ſunt in dominio Eccleſiæ, vnde Eccleſia ipſa grauaretur.*
27 *Hoſpitationes militum imponuntur, prout etiam aliæ collectæ, perſonis pro rebus ab ipſis poſſeſſis.*
28 *Coloni Eccleſiarum non habent dominium, aut poſſeſſionem in bonis Eccleſiæ.*
29 *Coloni non ſoluunt onera perſonalia, quādo impoſita ſunt perſonis pro rebus, ſi res non habent.*
30 *Clerici pro bonis ſuis non tenētur ad hoſpitationem militum.*
31 *Grammatici, Oratores, Medici, & Philoſophi pro ſuis bonis non tenentur ad hoſpitationem militum.*
32 *Fructus naſcentes ſingulis annis noui ſunt, & diuerſi, quandoque fertiles, quandoque ſteriles.*
33 *Coloni ſæpius migrare ſolent de vna colonia in alteram.*
34 *Hoſpitationes militum plerunq; fiunt, anteaquam fructus colligantur.*
35 *Concluditur huiuſmodi imponi non poſſe ſuper fructibus.*
36 *Collectæ hoſpitationis militum, quomodo imponatur prædijs ruralibus.*
37 *Item, quomodo perſonis, & dicitur capitatio.*

38 *Hoſpi-*

38 *Hoſpitatio militum, quantum ad caſum noſtrum deberet fieri in domibus, quæ ſunt iuris Eccleſiæ.*

39 *Colonus non habet dominium, vel poſſeſſionem prædij, vel domus, quia poſſidet non ſuo, ſed nomine Eccleſiæ.*

40 *Si non licet onus imponere ſuper re vniuerſa, ergo nec ſuper parte. Nec alicui licet hoſpitium prætendere in domibus Eccleſ.*

41 *Minor pars regulatur, ſecundum ius, & priuilegium maioris partis.*

42 *Domus non patitur conſiderationem ſeparationis dominij, & fructuum, ſicut prædia.*

43 *Colonus grauatus à Principe pro fructibus, ratione colonatus, poteſt repetere à Domino, ſeu ab Eccleſia.*

44 *Colonus non poteſt appellari fructuarius, ſed ille, qui habet vſufructum, vel fundum in emphiteuſim.*

45 *Colonus coactus ad hoſpitationes, & collectas repetit ab Eccleſia, & ideò Eccleſia non ſolum per indirectum, ſed directo grauatur.*

46 *Bona Eccleſiaſtica libera ſunt ab hoſpitatione, & collectis laicorum, quando Eccleſia colere facit proprijs expenſis, & inſtrumentis.*

47 *Colonus percipit partem fructuum pro ſuis expenſis, quas deberet ſuſtinere Eccleſia.*

48 *Subrogatum eodem iure cenſeri debet, quo res, in cuius locum ſubrogatus.*

49 *Pretium ſuccedit loco rei, & è contra.*

50 *Contractus initus cum colono partiario, eſt ſocietas.*

51 *Aes alienum, & expenſæ in primis deducuntur de ſocietate, etiam poſt diuiſionem lucri, vel ſocietatis.*

52 *Colonus grauatus in fructibus, neceſſario partem grauaminis partitur cum Eccleſia.*

53 *Impoſſibile eſt, quod omnes perſonæ Eccleſiaſticæ colant, vel coli faciant proprijs famulis, expenſis, & inſtrumẽtis prædia Eccleſiaſtica.*

54 *Prædia eccleſiaſtica per proprios ſeruos, & mancipia exculta, non tenetur ad collectas.*

55 *Omnes Eccleſiæ non poſſunt habere ſeruos, & mancipia*

56 *Non debet eſſe grauior conditio earum Eccleſiarum, quæ non ha-*

habent mancipia, & ſeruos, quam eorum, quæ habent.

57 *Serui poſt conuerſionem ad Fidem Catolicam de conſuetudine liberi eſſe debent.*

58 *Iniuriæ, & odia non debent proficiſci, vnde iura, & fauores naſcuntur.*

59 *Italia eſt Princeps Prouinciarum.*

60 *Prædia Italica immunia ſunt à tributis:*

61 *Bona Eccleſiarum antequam ad Eccleſiam peruenirent, libera erant.*

62 *Præſcriptio tanti temporis cuius initij non eſt memoria in contrariũ, in agro Cremonen. Eccleſiæ bona, & colonos tuetur.*

63 *Facere contra immunitates cõceſſas, vel præſcriptas, eſt imponere noua onera, & nouas gabellas.*

64 *& 68. Collectæ, & onera, etiam vrgente neceſſitate, non poſſunt imponi ſuper bonis Eccleſiæ, niſi de conſenſu Epiſcopi, & conſulto Rom. Pont.*

65 *Non eſt credendum Principem imponere collectas, niſi propter publicam vtilitatem, & neceſſitatem.*

66 *Hoſpitatio militũ debet fieri in locis, in quibus bellum viget. Neque Prouincia vna in hoc, propter aliam debet grauari.*

67 *Onera imponuntur pro vtilitate loci, in quo res eſt ſita.*

69 *Separatorum eſſe ſeparatam rationem, quomodo procedat in caſu noſtro.*

70 *Collecta, quomodo ſolui debeat pro fructu.*

71 *Mercimonia an debeant æſtimari remiſſiuè.*

72 *Mercimonij æſtimatio fit pendente negotiatione, non autẽ poſt perceptum lucrum.*

73 *Collecta non imponitur ſuper fructibus perceptis, ſed ſuper fundo ad menſuram perticarum.*

74 *In æſtimo pro hoſpitatione militum facto, non ſunt deſcriptæ omnes terræ, ſed tantum rurales.*

75 *Fructus, quandoque non poſſunt conſiderari vti ſeparabiles à ſolo, vt puta in paſcuis, & in habitationibus domorum.*

76 *Caſus fortuiti accidere poſſunt, propter quos fructus non colliguntur.*

77 *Argumentum de decimis ad collectas ineptum eſt.*

78 *Decima eſt onus reale, quod indifferenter ſoluitur ab omnibus, tam eccleſiaſticis, quam laicis de iure Diuino.*

79 Fru-

Digitized by Google

79 *Fructus, quos percipit colonus, non habent ſeparatam rationem à fundo Eccleſiæ.*

80 *Fructus, quos percipit colonus, habent rationem à contractu inito cum Eccleſia, & ideo gaudent eodem priuilegio.*

81 *Venditio fructuum per Eccleſiam, vel per colonum, non habet originem à primo contractu locationis, & ideo exempti non ſunt.*

82 *Colonus agit pro fructibus, & Eccleſia pro penſione, ratione contractus.*

83 *Fructus conſideratur non ſolum, quando ſunt percepti, ſed ēt quando ſeruentur, & curantur.*

84 *Colonus tenetur præſtare ex neceſſitate contractus, opera ruſtica ad colligendos fructus.*

85 *Idem iudicium eſt de coherentibus rei, quod de ipſa re, etiam ſi res ipſa ſeparetur.*

86 *Fructus pendentes, ſunt pars fundi.*

87 *Eccleſia pluris locaret bona ſua ſine onere coloni, quam cum onere.*

88 *Colonus pro laboribus, & expenſis percipit medietatem omnium fructuum.*

89 *Medietas fructuum cum aſſignetur colono pro ſuis laboribus, & expēſis, operatur, vt nihil aliud remaneat, pro quo collectari poſsit.*

90 *Fructus non poſſunt conſiderari vti patrimonium coloni, ſed vti patrimonium Eccleſiæ.*

91 *Super laboribus, & operibus pauperum non cadit iuriſdictio aliqua laicorum.*

92 *Tēporalitas conſiderata in fructibus coloni non procedit, cum omnes fructus, etiam Eccleſiæ, ſint temporales.*

93 *Parpal. conuincitur erraſſe in omnibus partibus ſuæ opinionis.*

94 *Alter non debet pro alterius debito grauari.*

95 *Emens fructus ab Eccleſia, illos non transferens, non ſoluit gabellas.*

96 *Fructus Eccleſiaſtici non ſoluunt gabellas*

97 *Priuilegia immunitatis ſtrictæ ſunt interpretanda.*

98 *Beneficium Principis latè eſt interpretandum.*

99 *Pacta in contractibus habentur loco pretij.*

100 *Conductio agrorum non dicitur negotiatio.*

Do-

DOMINE, qui dixiſti; Ego ſum via, veri-veritas, & vita, non permittas, vt auferatur ab ore meo verbum veritatis, quia in iuditijs tuis ſuper ſperaui.

Antiqua eſt quæſtio inter Iuriſconſultos, an coloni Clericorum, ſeu bonorum Eccleſiaſticorũ teneantur ad collectas, quæ imponuntur à Principibus ſæcularibus perſonis pro rebus, quas obtinent. Et hinc oritur alia ſpecialis quæſtio, vtrum dicti coloni teneantur ad hoſpitationem militũ pro parte, vt dicunt colonica in domibus, quæ ſunt iuris Eccleſiæ, vel ad contributionem expenſarum, quæ fiunt ratione præſcriptarum hoſpitationum: in qua controuerſia multi quidem multa ſcripſerunt, prout vnuſquiſq; ſtuduit inſeruire cauſæ, vel Principi, aut certè veritati, & iuſtitiæ.

Pro reſolutione igitur huiuſmodi controuerſiæ, iudicio meo, in primis quærendum eſt, quo iure immunitas competens Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis, & eorum bonis introducta fuerit, & quo nomine, ſeu vocabulo nuncupari debeat.

1 Quoad primum certum eſt, introductum fuiſſe de iure Diuino, vt Eccleſiæ Sacerdotes, & eorũ bona plena fruantur libertate à quibuſcunque tributis, & oneribus; legitur. n. Eſdræ 1. c. 7. Regem Artaxerſem tunc dominantẽ ſuper Hieruſalem decretũ ad fauorem Sacerdotum, aliorumq. Miniſtrorum in hæc verba promulgaſſe, videlicet; vobis quoq; notum facimus de vniuerſis Sacerdotibus, & Leuitis, Cantoribus, Ianitoribus, Nathineis, & Miniſtris domus Dei huius, vt vectigal, tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. Ecce igitur quomodo non ſolum præſeruantur Sacerdotes, & Miniſtri domus Dei, ideſt eorum perſonæ, ſed etiam bona eorum, pro quibus vectigal, tributum, & annona pendi ſolet.

Secundò, idem etiã probatur. Nã ante hæc tempora legitur Geneſ. 49. Pharaonem conſtituiſſe (cùm iam vniuerſam terrã Aegypti pro traditis cibarijs emiſſet, & ſuo ſubegiſſet Imperio, tributariamq. reddidiſſet) vt ab vniuerſis cultoribus tributa exigerentur, præterquàm à terris,

bonis, & cultoribus Sacerdotum. Per quod apparet Sacerdotes, & eorũ bona in ſua libertate dimiſiſſe, quòd etiam refertur in c. non minus, de immunit. Eccleſ. extracto ex
2 Concil. Lateranen. ſub Greg. huius nominis Pontifice IX. cuius verba hæc ſunt. Ille quidem (ſcilicet Pharao) qui diuinæ legis notitiam non habeat omnibus alijs ſeruituti ſubiectis, Sacerdotes, & eorum poſſeſſiones in priſtina libertate dimiſit, & eis alimoniam de publico adminiſtrauit. quo termino libertatis vtitur etiam text. Alex. PP. IV. in c 1. de immunit. Eccleſiæ, in 6.

Tertiò, facit, quòd legitur Leuit. 27. vbi ait Dominus:
3 quidquid ſemel fuerit Deo ſacratum, Sanctum Sanctorum erit, hoc eſt ſanctiſſimum, & amplius, ad alios vſus non reuocandũ, 2. quæſt. 2. c. ſemel Deo, de reg. iur. in 6. l. pla-
4 cet, C. de ſacroſ. Eccleſ. in qua dicitur bona Eccleſiarum eſſe vſibus cœleſtium ſecretorum dedicata.

Nec obſtat, ſi diceretur ex his auctoribus non probari hanc immunitatem eſſe de iure Diuino, cum Reges illi eſſent Gentiles.

Quia reſpondetur, quòd hæc exceptio non conuenit diſpoſitioni, d. l. placet, quia illa edita fuit ab Imperatorib. Chriſtianis, prout & multæ aliæ leges ad fauorem Eccleſiæ, & eius bonorũ pertinentes, & quantum attinet ad Reges, illos in veteri Teſtamento nominatos, dicimus in hoc
5 apparere eos fuiſſe Spiritu ſancto afflatos ad promulganda illa edicta ad fauorem Sacerdotum; vt in omni genere innoteſceret, Sacerdotum bona eſſe libera, c. tributum. §. quãuis, 28. q. 8. alias ſine particulari ratione, & monitione decreta illa tam pia, & religioſa, perpetuis ſcriptis demandata fuiſſent, vt hinc Principes Chriſtiani proponerent ſibi exempla Gentilium imitanda, quos nouiſſent erga religionem bene affectos.

6 Quinimò dici poteſt, ſumi poſſe argumentum de minori ad maius, quòd ſi Reges diuinæ legis expertes hanc libertatem in Sacerdotes, & eorum bona contulerunt, multo magis eandem præſtare debeant Reges Chriſtiani, quaſi quod eandem liberalitatem lex diu in Chriſtianis præcipiat, vt bona Clericorum libera ſint ab huiuſmodi oneribus,

ribus, quod ſanè colligitur ex eodem Concil. Lateranen: de quo in alleg. cap. non minus, vbi non ſine myſterio, & huius rei præcipuo argumento recenſetur Pharaonem legis Diuinæ fuiſſe neſcium, & tamen liberalitatem in Sacerdotes exercuiſſe, quaſi inferri debeat, quod ſi Diuinæ legis notitiam habuiſſet, multò magis liberalitatis donum preſtitiſſet, prout legimus, Dominum dixiſſe in Euangelio; ſi in viridi, quid in arido? videlicet, quòd ſi Pharao Diuini cultus ignarus talem prærogatiuam exhibuit, quid facere debent diuini cultus profeſſores?

7 Præterea facit, quoniam certum eſt, etiam ex ſola lege Naturæ, nullas vnqam fuiſſe nationes tam barbaras & indomitas, apud quas non fuerit in ſummo pretio Religio aliqua licet falſa, atque ideò nefas eſſe exiſtimauerint Religionem ipſam paruipẽdere, vnde recitata exempla Artaxerſis, & Pharaonis nos admonent, reuerentiam exhibitam Sacerdotibus cedere in honorẽ Religionis; nam vbi eſt lex, & Religio, ibi etiam debent eſſe Miniſtri, & Sacerdotes, quoniã huiuſmodi ſunt correlatiua, ita vt translato Sacerdotio, intelligatur etiam lex, & Religio translata, c. translato cum ibi not. de conſtit.

9 Cum igitur Reges præſcripti liberos eſſe voluerit Sacerdotes, & eorum bona, crediderunt ſine dubio ita cõuenire Religioni illi, cui Sacerdotes deſeruiebant, & ſic habemus talem pietatem eſſe de iure Diuino, vt in d. c. non minus, c. quamquam, de cenſib. in 6. & idem ſæpius repetit eruditiſſimus vir Card. Alban. eo conſilio, quod edidit ſuper immunitate Eccleſiæ, Pet. de Vbal. in conſ. 2. inſerto in ſuo tract. de collectio, num. 5. & Abb. in dicto c. non minus, num. 17.

Secundum conſiderandũ in hac cauſa illud eſt, quo termino Sacra pagina, & Canones vtantur, dum tractant de huiuſmodi ꝓgatiua perſonis, & rebus, ſeu bonis Eccle-
10 ſiaſticis cõpetenti, & inueniemꝰ vti termino valde amplo, & ſignificanti, videlicet bona ſint libera, vt d. c. geneſ. 47.
11 d. c. nõ minus, & d. c. 1. de immunit. Eccleſ. in 6. vbi dicitur Sacerdotes, & eorum bona in priſtina libertate fuiſſe dimiſſa, & quod liberũ eſt, nulli oneri, aut impedimento ob-

noxium eſſe debet, c.1. de offic. ord. in 6. in ver. liberè (vbi glo. Archid. & Ioan. Andr. dicentes liberè) id eſt ſine alicuius contradictione, c. 1. de regularib. in 6. vbi Io. Andr. & Gemin. Alex. conſ. 12. lib. 2. & conſ. 96. lib. 5. vbi perplures auctoritates probat hanc dictionem (liberè) importare ſine aliqua diminutione.

Siue igitur dicamus hanc eſſe immunitatem, ſiue priuilegiũ, quod pleriq; ad hoc propoſitũ vſurpant, certum eſt propriè, & verè eſſe libertatem competentem de iure Diuino perſonis Eccleſiaſticis, & eorum bonis.

12 Secundò, principaliter infertur, quod quidquid in contrarium allegari poſſet ex legibus ciuilibus, quæ fortaſſe viderentur huic veritati cõtrariæ, nihil nocere põt, ex eo, quod ſtante hac libertate, quæ de iure Diuino competit, non poſſumus dicere, quòd perſonas Eccleſiaſticas, aut eorum bona afficere poſſint, quia Principes ſæculares non habent iuriſdictionem in perſonas, & bona Eccleſiarum. vt notiſſima eſt concluſio per omnes Doctores in c. Eccleſia §. Mariæ. & c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. Doct. in d.l. placet, & d.c. non minus, Bald. in d.l. omnes, col. 2. nu. 8. poſt Hoſt. & Io. And. quos citat, C. fine cenſu, vel reliq.

Tertiò, principaliter facit, quoniam etiam aduerſantes fatentur bona Eccleſiæ eſſe libera, & excepta, ergo, & eorum coloni, Maſſarij, & fictabiles, quoniam exemptio iſta

13 competens bonis Eccleſiaſticis eſt realis, & ideò comprẽdit etiam quoſcunq; colonos, & laboratores, vt per Bart. in d.l. placet, in fin. & in l. hi pœnes, C. de Agric. & cenſit. lib. 11. vbi gloſ. in ver. recepta, quam ſequuntur And. de Baru. & Ioan. de Plat. idem Bartol. in l. 1. C. de annon. & tribut. vbi etiam Io. de Plat. Bald. expreſsè in l. ſi duobus, §. ſi in coeunda, ff. pro ſocio, dicẽs, quòd ſi coloni iſti grauantur, de facto grauãtur, non de iure, & in l. 1. C. de Epiſ. & Cleric. 3. not. Parpal. in d.l. placet, num. 15. dicens, hoc verum eſſe ſiue coloni ſint perpetui, ſiue temporarij. Ioan. Mau. in repet. l. vnicæ, C. de mulie. & in quo loco, gloſſ. in Clem. 1. de decim. in ver. excolendas, vbi Card. nu. 21. Imol. Stepha. & Vital. num. 31. qui aiunt ita fuiſſe concluſum Bononiæ, Barbat. in conſ. 49. lib. 4. Pariſ. conſ. 64. nu

6. lib.

6. lib. primo, Socin. conſ. 297. num. 5. lib. 2. Siluan. conſ. 9. in fin. & conſ. 32. Alb. conſ. 441. num. 14. in fin. Decia. conſil. 51. num. 14. lib. 3. Ruin. conſ. 157. lib. 3. Burſat. conſ. 25. lib. primo, Ferrett. conſ. 102. nu. 13. lib. primo, Grat. conſ. 130. num. 4. lib. primo, qui comprobat hoc fundamentum pluribꝰ rationibus, tum ratione ſocietatis initæ inter dominum fundi, & colonum; tum ratione neceſſitatis, qua dominus cogitur ad culturam, ſiue per ſeipſum, ſiue per partiarium, aut nummarium. Tum etiam, quia hæc immunitas potius vocari debet beneficium, quam priuilegium, cui conſil. Grat. ſe ſubſcripſerunt Alciat. Saluiol. Bero. & Auguſt. Iannettus; hoc etiam firmat Abb. in c. ex parte, de decim. Bertach. in tract. de gabell. par. 7. nu. 16. Aegyd. Thomat. de collect. § videndum, nu. 8. Nicol. Feſtas de Aeſtimo, nu. 50. Duen. de reg. iur. reg. 100. ampliat. 2. Rot. deciſ. 5. alias 363. de priuileg. in antiq. Olaſch. deciſ. 83. qui multos alios allegat, Rota in vna Caurien. coram Cantuccio deciſ. 26. n. 6. par. 2. Ita quod negari non poſſit
14 quin hæc ſit communiſſima opinio. Et ratio deciſionis eſt, quia immunitas conceſſa prędijs, cenſetur etiam conceſ-
15 ſa eorum colonis, aliàs immunitas eſſet ſuperflua; quia prædia indigent cultura pro fructibus inde percipiendis, vt per Pariſ. d. conſ. 68.

Quartò, ad hanc rem facit, quia prædia Eccleſiaſtica, & eorum coloni tenentur ad Decimas prædiales verſus Parochias, in quorum confinibus ſita ſunt prædia, quia eſt onus reale, quod imponitur ſuper ipſis fructibus, toto tit. de Decim. Adeoque etiam ſi quis eſſet priuilegiatus de non ſoluendis Decimis, ſi conduceret bona à laicis, teneretur ſoluere Decimas ꝓ fructibus perceptis ex bonis cõductis, cap. dilecti filij, de Decim. Quapropter ſi coloni bonorum Eccleſiaſticorum tenerentur ad onera collectarum, & ad hoſpitationes militum, duplici, imò triplici o-
17 nere pro eadem cauſa afficerentur: primò, pro laboribus, operibus, expenſis, ſeminibus, & alijs inſtrumẽtis, quæ neceſſaria ſunt ad culturã. Secũdò, pro dictis Decimis. Tertiò, pro collectis hoſpitationis militum, quod licere non debet, l. vxorem, §. in teſtamento, ff. de leg. 3. vbi Bart. &

alij l.honorem ſuſtinenti, cum gloſſ.ff.de mune.& hon.glo. in l.1. C.de mulier. & in quo loco Bart. in l. priuatè, C.de excuſat.muner. lib 10. Alex. ad Bar. in l.neq; ſtipendium, ff.de impen. in rebus dot. fac. Pet. de Vbal. d.conſ.2. poſt tract. de collect. num.4. Natta d.conſ.409.num.6.

Quintò, conſiderandum eſt, quomodo ſacri Canones,&
18 leges ciuiles intelligantur, dum diſponũt res,& bona Eccleſiarum eſſe libera: & certè principalis,& vera intentio eſt, vt ſint libera, & immunia in fructibus,qui exinde per-
19 cipiuntur: ſi enim libertas iſta deberet referri ad ſolam proprietatem, & ſuperficiem, non autem ad fructus vana eſſet libertas, eo quòd proprietas ſeparata ab vſufructu
20 inutilis eſt, l.3.§ ne autem, ff. de vſufruct. & quemadm. & Inſtit. de vſufru. in princ. ſi ergo volumus dicere iſto caſu bonorum appellatione intelligi (prout neceſſe eſt) etiam fructus collectos, & perceptos, non autem pendentes, q2 dum pendet, dicuntur pars fundi, l. fructus, ff. de rei vendicat. de neceſſitate ſequeretur, quòd etiã coloni, quibus
22 ratione culturæ Eccleſia cõcedit partem fructuum, etiam ipſi ſint immunes, & exẽpti ab huiuſmodi oneribus, alias bona Eccleſiæ non eſſent libera.

Sextò, etiam conſiderandum eſt dignum eſſe, vt in im-
23 poſitione onerum plura conſiderentur. Primò, vt æqualiter imponantur, l. forma, ff. de cenſibus, l. pen. C. de im-
24 munit. nem. conced.lib. 10.Innoc. in c. grauamen, de ſenten. excom. Pet. de Peruſ. d. tract. de collect. nu.8. Secundò, quòd collecta imponatur, ſecundum æſtimationẽ fructuũ,qui ex bonis percipiuntur,non autem iuxta proprietatem nudam, licet ſuper ipſa proprietate imponantur, quæ ponitur, & deſcribitur in æſtimo in perſona domini, non aũt coloni, & ideo bona ſterilia non æſtimantur, imò
25 alias æſtimata, dum eſſent fructuoſa,de libro æſtimi delẽtur, l.ſi pendentes, §.ſi quid cloacarij, ff. de vſuf. glo. in l. ſi fundus, ff. de impen. in reb. dot. fact. Bal. in l. ad inſtructionem, C.de ſacroſ. Eccleſ.& in authen. defuncto, C. ad Tertul. Imol.in l.apud Iulianum,§.hæres, ff de leg.primo. tex. eſt in l.qui ſimili, ff. de ceſſ. bonorum, Alba. d. conſil. num.45. Tertiò, quòd modus iſte æſtimandi principaliter

atten-

attendi debet, vbi agitur de oneribus imponendis. Sed ſi
26 pars coloni æſtimaretur, talis æſtimatio relationem habe-
ret ad bona, & fructus Eccleſiæ, quæ habet dominium in
fundo, ergo non poteſt dici, quòd talis æſtimatio in fundo
Eccleſiæ fiat pro parte coloni tantùm, non autem pro par-
te ipſius Eccleſiæ, cum tota æſtimatio referatur ad ipſam
Eccleſiam.

Septimò, principaliter facit, quia aut volumus, q̃ col-
27 lectæ iſtæ, & hoſpitationes militum imponantur perſonis
pro rebus, prout reuera imponuntur ad ſimilitudinẽ alia-
rum collectarũ, l.libertis, §.ſola, ff.ad municipal. vbi Bar.
l.cum neque, C.de incol. lib.10. glo. in l.2.C.de Annon.&
tribut. lib.10. l.munerum, §.patrimoniorum, & l.reſcrip-
to, §.fin.de muner.& honor.gloſ.in rub.de muner. patrim.
28 lib.10.Alexan.conſ.68.lib.2.in princ. & tunc coloni Eccle
ſiarum non tenebuntur, quia bonorum præſcriptorum nec
poſſeſſionem, nec dominium habent, authen. item nulla
communitas, & l. de his, C. de Epiſc. & Cleric. aut volu-
mus, quòd ſit onus perſonale, & tunc nullo modo Clerici,
29 vel eorum coloni tenebuntur ad huiuſmodi hoſpitationes
militum, l.prima, C.de Epiſcop.& Clerici, & c.iuxta, 16.
quæſt.prima, vbi etiam gloſ. Ripa reſponſ. 20. de reſcrip.
num.3.vbi decidit Clericos non teneri ad hoſpitationem
militum, nedum ratione bonorum Eccleſiæ, ſed nec etiam
patrimonialium.

31 Quod etiam confirmatur, quia ſi Grammatici, Orato-
res, Medici, & Philoſophi non grauantur onere hoſpita-
tionũ, quod intelligitur etiam pro prædijs, quæ poſſidet,
vt l.fin.§.fin.ff.de muner.& honor. multo minus teneri de-
bent Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticę, quandoquidem eo-
rum officium eſt ſeruire Deo omnipotenti authori, & lar-
gitori bonorum omnium in ſalutem animarum, pro quib⁹
nulla poteſt commutatio dari, iuxta illud Euangelicum.
Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, ani-
mæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit ho-
mo commutationem pro anima ſua?

32 Octauò, arguitur, qm̃ fructus naſcẽtes ex proprietatib.
ſingulis annis noui ſunt, & diuerſi, quandoq; fertiles, q̃nq;

ſteriles, l.ſi vſusfructus mihi, ff. de vſufruct. leg. l. prima, ff.
de vſufruc. accreſcen. Alba. dicto conſ. 441. nu. 49. & ple-
33 rumq; euenit, vt coloni migrent de vna colonia in alterã
maiorem, vel minorem. Imo plerunq; hoſpitationes mi-
34 litum fiunt, antequam fructus colligãtur, vt ipſa experiẽ-
za docet, quæ eſt rerum magiſtra, c. vbi periculũ, c. quam
35 ſit. de elect. in 6. Ergo non poteſt ſuſtineri, quòd graua-
uamen iſtud impoſitum ſit pro fructibus, cum ſint incerti
in quantitate, & in perſonis, quæ eos colligunt; licet te-
nentes contrariam opinionem, dicant, huiuſmodi fructus
tranſiuiſſe in dominium coloni, & ideò poſſe Principem ſę-
cularẽ colonis ipſis ſubditis pro dictis fructibus hoſpita-
tionis onus imponere: maximè verò, qa huiuſmodi col-
lectæ non euitantur etiam, ſi nihil fructuum perciperetur,
eo, quòd ſuper bonis ipſis non ſuper fructibus imponũtur.
vt declarat Alexan. d. conſ. 68. nu. 3. ergo verum eſſe non
poteſt, quod huiuſmodi collectæ cõſiderentur ratione fru-
ctuum, & ſic quòd coloni poſt perceptionẽm eorum ad ta-
lia onera teneantur.
36 Et pro declaratione pręſentis articuli ſciendum eſt du-
plex eſſe grauamen hoſpitationis: vnum, quod reſpicit
bona, ſeu prædia ruralia, ſcilicet quòd perticæ ducentum
37 quadraginta conſtituunt taxam appellatam vnius Equi
mortui: alterum, quod reſpicit perſonas, nulla habita ra-
tione rerum, & capitatio appellatur, Bart. in l. vnica, C.
de mulie. & in quo loco, Parpal. in d. l. placet, Soci. iunior
conſ. 49. lib. 1. num. 14. iſti enim non poſſident prædia ali-
qua, ſed duntaxat viuunt, laborando in campis cum pro-
pria perſona, & triginta capita hominum conſtituunt ta-
xam, appellatam vnius Equi viui, ita vt vnus homo, ſiue
vnum caput computetur pro octo perticis terrę, & trigin-
ta capita, ſiue triginta homines computẽtur pro perticis
ducentum quadraginta.

Stante igitur hac veritate, hoſpitatio militũ nullo mo-
do poteſt adaptari ad colonos Eccleſiæ. Neque ratione
fructuum, quia grauamen non eſt impoſitum fructibus, vt
ſupra dictum eſt, ſed perſonis, ratione prædiorum, quod
patet, quia ad conſtituendum vnum Equum mortuum, ha-

betur

betur reſpectus ad quantitatem, & numerum perticarum; non autem ad quantitatem fructuum, vt etiam conſiderãt Doct. maximè Grat. dicto conſil. ſiue reſp. 130. lib. 1. & Roland. à Val. conſ. 66. num. 15. lib. 1. ſed prædia Eccleſiaſtica non poſſidentur a colonis, vt infra patebit, ergo, &c. neque ratione perſonarum, quia Magiſtratus ſæculares contendunt dictum grauamen imponi ratione fructuum perceptorum per dictos colonos, quod non verificatur habità ratione ad ſolam perſonam, quæ pacta mercede dietim laborat in campis, nulla habita participatione fructuum.

38 Nono, hoſpitatio militum quantum ad caſum noſtrum debet fieri in domibus Eccleſiæ detentis ab eius colonis,
39 non autem ab eis poſſeſſis, quia colonus ſibi non poſſidet, ſed domino, l. ſi id, quod, §. & per colonos, & l. qui vniuerſas, §. ſi ego, ff. de acquir. poſſ. Aut igitur prętenſio partis aduerſæ fundatur ſuper vniuerſa re, ſeu habitatione, & iſtud de iure licere non debet; quia in domibus Eccleſiæ nemini licere debet prætendere ſiue de iure, ſiue de conſuetudine aliquod hoſpitium, vt not. Butr. in c. 1. de immunit. Eccleſ. num. 2. & Ioan. de Anan. num. 7. vbi dicũt gentes armorum non debere poni in domibus Eccleſiarũ, & ſubdunt in aliquibus locis id de facto non ſeruari, ſed malè: Aut non fundatur ſuper vniuerſa re detenta a colono, ſed tantum ſuper octaua parte, vt in publicis edictis ſuper id factis contineri dicitur, & tunc multo minus id li-
40 cere debet, tum quia vniuerſa re libera exiſtente quælibet illius pars libera eſſe debet, tũ quia domus in vniuerſum dicitur poſſideri, aut detineri, nõ autem per ſingulas res, vel partes, d. l. qui vniuerſas, in princ. & l. eum qui ædes, ff. de vſucapio. ſed ſi domus Eccleſiæ conducta a colono pro ſeptem partibus immunis eſſet ab hoſpitatione militum, octaua verò eſſet obnoxia huic hoſpitationi, diuerſo iure poſſidetur, & reputaretur, quod licere non debet, d. l. eum qui ædes, c. cognouimus, in fine. 12. q. 2. c. cum in tua. de dec. gloſ. in c. dilectus, el 3. de præben. imò ſi res ipſa conſideretur pro maiori parte, & domus, & fructus ſunt
41 Eccleſiaſtici iuris. Ergo minor pars debebit reputari ſub

M maio-

maiori, & potentiori parte, l. quæritur, ff. de ſtat. homin. quod procedit nedum in domo, ſed in re qualibet diuiſibili, l. quod pediculis, §. 1. in ver. (Margaritæ) ff. de aur. & argen. leg. c. quod in dubijs, de conſec. Eccl. vel Altar. Bald. in l. 2. C. cõia de leg. Præter id, quod in detentione
42 domus nulla poteſt conſiderari ſeparatio fructuum a ſolo, ita vt dominium aliquo tempore, vel in aliqua parte poſſit dici eſſe penes ipſum colonũ; Merito igitur ceſſat conſideratio hoſpitationis, reſpectu fructuum in domibus Eccleſiæ, & tamen milites hoſpitarentur in dictis domibus, non attenta ratione per aduerſantes allegata. Quæ ratio ſi poſtpoſito affectu pro veritate tantũ conſideretur, procedet etiam ad defenſionẽ coloni pro fructibus, quos percipit cauſa colonatus. eo quòd ſemper verum erit dicere,
43 quod colonus non poſſidet, ſed detinet, & ideò ſi grauetur a Principe propter fructus perceptos poteſt repetere illos a Domino prædij, prout declarat Alex. d. conſ. 35. nu. 12. lib. 4. & conſ. 4. lib. 5. allegans, l. ſi pendẽtes, §. ſi quid cloacarij, ff. de vſufruct. in qua deciditur fructuariũ teneri ad
44 tales collectas, nuſquam verò inueniemus colonum tẽporarium nummis, vel proprio labore colentem fructuarium dici, ſed vel habentem vſumfructum, vel perpetuam emphyteuſim, Bald. in l. 1. C. de iure emphy. & latè Alex. dictis locis, vbi plures alios allegat, maximè verò cùm ille, qui non poſſidet grauari non debeat, §. eos autem, verſic. Nullos, Authen. de collat. l. litibus, in fin. C. de agric. & cenſit. & l. 1. C. de annon. & tribut. intelligi debeat de poſſidente, cum loquatur in hærede, pœnes quem poſſeſsio, & dominiũ eſſe debet hæreditatis; prout declarat Thomat. in d. tract. de collect. §. pauperes, num. 21. & Petr. de Vbal. in d. conſ. 2. de collect. num. 4. vbi loquendo de emphyteuta, qui tenetur ad collectas, probat iſtud per rationem, & dictum præfatæ gloſ. Ergo neceſſarium erit dicere, quòd ſi colonus grauatus repeteret ab Eccleſia, collecta ipſa
45 fraudem legibus faciendo, per indirectum læderet ius ipſius Eccleſiæ. Sed fraus legi fieri non debet, vt per Bart. in d. l. placet, & in l. hi pœnes, & in l. colonos, C. de agric. & cenſit. vbi Alex. addit. ad Bart. Oſaſc. deciſ. 3. num. 83.
qui

qui omnes loquuntur in colonis non ſeruis, neque aſcriptitijs, ſed liberis.

Decimò facit, quia tenentes contrariam opinionẽ non negant bona Eccleſiarum eſſe libera, & immunia a colle-
46 ctis, & ab hoſpitationibus militum, quando perſonæ Eccleſiaſticæ proprijs expẽſis coli faciunt ſua prædia, vt p. Boſſ. in tit. de Princ. & priuieg. eiuſ. num. 178. quod pro reſoluto ponit etiam Theſaur. in fin. deciſ. 116. quod ſi verum eſt, prout eſt veriſsimũ, certè nulla ſufficiens ratio diuerſitatis reddi poteſt, cur in hoc caſu Eccleſia nõ teneatur, & tamen teneatur, quando coli faciat per nummarios, vel
47 partiarios colonos, qui pro eorum laboribus, & inſtrumẽtis lucrantur eam partem fructuum, quam Eccleſia tenetur expendere pro expenſis animaliũ, & famulorum, cum
48 quibus coli faceret ſua prędia: quandoquidem ſubrogatum in locum vnius debet cenſeri eiuſdem iuris, cuius eſt illud, in cuius locum ſubrogatur, l. ſi eum, §. qui iniuriatum, ff. ſi quis cautio, c. Eccleſia, el 1. vt lite pend. Bart. in l. 1. §. hi, quibus, ff. de leg. 3.

Et ſicuti Eccleſia colens ſua prædia proprijs nummis, cum quibus aleret famulos, & iumenta, ac ſemina emere cogeretur, eo caſu non ſuſtineret onus hoſpitationum, ita videtur dici poſſe, ſi prædia colono nummario concede-
49 ret, quia pretiũ ſuccedit loco rei, & è contra, l. ſi & rem, ff. de peti. hæred. l. ſi fundum, in princ. ff. de leg. 1. vbi glo.
50 Præterea contractus initus cum colono partiario, eſt cõtractus ſocietatis, vt not. Bart. in l. ſi merces. § vis maior, ff. loca. quia Eccleſia ponit prædia, colonus verò ſemina, animalia, & operas, vt per Abb. in cap. tuã nobis. el 2. de decim. Bald. in c. ex litteris. num. 7. de iureiur. & in l. 1. C. pro ſocio, in 7. quæſt. & in ſocietate in primis deducitur æs alienum, & expenſæ, quæ communes ſunt vtriq;
51 parti, antequam fructus diuidantur, l. fructus, ff. ſol. matr. Imò etiã ſi fructus eſſent diuiſi, adhuc vtraq; pars teneretur æqualiter concurrere ad huiuſmodi onera, l. omne æs
52 alienum, ff. pro ſocio. Bart. in conſ. 156. incip. Cucciarellus. Si igitur colonus teneretur concurrere pro ſua parte, neceſſe eſſet dicere, quòd grauamen iſtud redũdare etiam in damnum ipſius Eccleſiæ. M 2 53 Quod

53 Quod etiam alia ratione fulciri poteſt; quia impoſsibile eſt, quòd omnes perſonæ Eccleſiaſticæ facultatem habeant coli faciendi proprijs expenſis eorũ prædia, diuerſis rationibus. Primò, quia multi ſunt ex Eccleſiaſticis, qui exigua poſsident prædia, in quibus excolendis, ſi proprios habere vellent famulos, animalia, & inſtrumenta, neceſſe eſſet plus expẽdere, quàm fructus ipſi importarẽt. alij verò prout Monaſteria Monachorum, & Monialium, quæ poſsidẽt amplos fundos, nec poſſunt, nec debent exire de ſuis Monaſterijs, vt ſeruiant agriculturæ. alij præterea, qui curam exercent animarum, & aſsiduè die, noctuq; diuino cultui inſiſtunt, ac orationes, & preces apud omnipotẽtem Deum pro ſalute animarũ, ac pro vniuerſo populo Chriſtiano effundunt, quomodo poſſent hæc tam neceſſaria munera derelinquere, & iuri cõmorari, vt prædia laborare facerant? certè hæc ſunt adeò vrgentia argumenta, vt non ſine pudore videatur ſcriptum diſcrimen iſtud inter eos, qui partiarijs, vel nummarijs colonis laborari curant.

Vndecimò, ad hanc rem confert, quòd ijdem aduerſan-
54 tes fatentur, quòd ſi Eccleſiaſticæ perſonæ habent mancipia, vel ſeruos, per quos coli faciant agros ſuos, in totum fructus liberi ſunt, & immunes ab ipſis collectis, vt in c. 2. de foro compet. cum ſimilib. quod & ſi verum ſit, tamen non propterea dicendum eſt, quòd ſi non habeant mancipia, aut ſeruos, bona Eccleſiaſtica minus libera, & immu-
55 nia eſſe debeant, non enim omnes Eccleſiæ habuerunt talia mancipia, aut ſeruos; ſed illę tantum, quæ conſtitutæ ſunt in confinibus infidelium, quibus quaſi de neceſsitate expedit habere ſeruos. quòd ſi alię Eccleſię, quæ innumerę ſunt, non habent, nec habere poſſunt ſeruos, cur eis inuidendum eſt, vt magis grauari debeant, quam aliæ? Ma-
56 ximè verò, quia efficeretur durior conditio ſeruorum, & Eccleſiæ, ſi fortè ſerui effici vellent Chriſtiani, & permanere in agricoltura Eccleſiæ.

57 Tunc enim cum amplius ſaltem de conſuetudine, in noſtris partibus ſerui eſſe non deberent: aut etiam quouis alio modo libertate donarentur, non deberent eſſe dete-

rio-

rioris conditionis, vt per libertatẽ acquiſitam, vel per ſi-
dem Chriſtianam ſuſceptam, eſſent magis oneroſi ſibi ip-
ſis, vel Eccleſiæ contra pietatem, argum. c. cum Redem-
58 ptor, 12. quæſt. 2. Marquar. de Iudæ. par. 3. c. 5. num. 9.
alias fauor libertatis, & fidei Chriſtianæ conuerteretur in
iniuriam contra l. meminerint, C. vnde vi, & l. quod fauo-
re, C. de legibus.
Duodecimò, ad hanc rem facit, quòd & ſi dici poſſet p̃-
dia tributaria tranſire cum onere ſuo, etiam ſi transferãtur
in Eccleſiam, ſicuti nonnulli tenuerunt, quos eruditè
redarguit Card. Alban. in dicto ſuo tractatu, ſeu conſilio,
quod edidit de immunit. Eccleſ. & Caſtr. in l. 1. C. de Epiſ.
& Cleric. quia res tranſlata in priuilegiatum, quandoque
non tranſit cum ſuo onere, ſed vel extinguitur, vel immu-
tatur, l. cum quidam, §. ſi debitores, ff. de vſur. & l. fiſcus,
ff. de iure fiſci, idque operatur priuilegiũ ſucceſſoris, non
auctoris, qui non debet, vel poteſt transferre onus in pri-
uilegiatum, quod apud ſe erat. attamen quatenus hoc ve-
59 rum eſſet, non deberet procedere in prædijs Italiæ, quæ
cum ſit Princeps prouinciarũ, l. 1. & fi. ff. de cenſib. (cum ibi
not. eſt libera ab omnib. tributis, ſicuti & aliæ Ciuitates,
60 quæ donatæ fuerũt iure Italico, Salic. qui dicit hãc eſſe ve
ritatem in l. omnes, C. ſine cenſu, vel reliq. n. 3. Silueſt. in
ver. immunitas, primo num. 19. verſic. Fateor tamen. Er-
go multo magis Eccleſia debet eſſe immunis, & libera ab
61 iſto onere, quod imponitur perſonis, ratione rei, quoniam
prædia fuerunt libera antequã peruenirent in Eccleſiam,
prout Salic. declarat in d. l. oẽs, & Caſtr. in d. l. 1. qui dicit,
quod leges loquentes de tributis fuerunt antequã eſſent
Eccleſiæ Chriſtianorũ; & ideo ad ſeas non ſe extendunt.
62 Decimotertio accedat, quòd longiſsimo tempore, cu-
ius initij non eſt memoria in contrarium, Eccleſia, & eius
coloni ſunt in quaſi poſſeſsione libertatis, & immunitatis
in agro Cremonen. adeo quòd præſuppoſito ſine veri p̃-
iudicio, quòd coloni tenerẽtur ad hoſpitationẽ militum,
tamen ex conſuetudine excuſarentur, vt l. Dominicos, C.
de agric. & mancip. dominic. lib. 11. & multo magis, quã-
do prout in caſu noſtro, præſcripſiſſent dictã libertatem,
vt per

vt per Pariſ. d. conſ. 69. num. 7. lib. 1. qui allegat Bart. & Caſtren. in l. licitatio, §. earum, ff. de publica. Alex. conſ. 30. lib. 5. Corn. conſ. 20. lib. 1. cum ſimilibus. qui etiam
63 dicit, quòd facere contra immunitates conceſſas, vel pſcriptas nihil aliud eſt, quam noua onera, & nouas gabellas imponere, quod nullo modo licet. toto tit. C. noua vectig. impo. non poſſe. & quotannis publicatur in vrbe cōſtitutio Sum. Pontif. in die Cœnæ Domini, per quam ſub pœnis excommunicationis, latæ ſententiæ, populis prohibentur imponi noua vectigalia, & collectę, maximè verò ſuper bonis Eccleſiaſticis. Et hæc multo magis procedunt in caſu noſtro, quoniam etiam ſi ex aliqua vrgentiſſima cauſa, Eccleſiæ, & earum coloni deberent concurrere ad contributionem aliquorum onerum, tamen certè a
64 ſe ipſis non poſſent conſentire, niſi conſulto Romano Pōtifice, cap. non minus, vbi Ancha. & alij. Salic. in Authen. caſſa, C. de ſacroſan. Eccleſ. Ad idem facit gloſ. in c. placet, 16. quæſt. 1. dicens, collectas huiuſmodi imponi non poſſe Clericis, vel eorũ prædijs, niſi cōpellente Epiſcopo.
65 Decimaquarta, ratio eſt, quoniam præſumendum eſt, quòd Princeps non imponat onera ſimilia, niſi ob neceſsitatē, & cōmodum publicũ. vt per glo. in l. 1. § qđ ſi nemo. ff. qđ cuiuſq; quod in caſu nr̃o conſideratur pro arcendis, & debellandis hoſtibus: & ideò ſi Eccleſia ad hoſpitationem militum cogeretur ex eadem ratione poſſet vrgeri ferè ad omnia alia onera imponenda; quod ſanè iniuſtum
66 eſſet, maximè verò, quandō bellũ non imminet, aut viget in ea prouincia, in qua decernuntur hoſpitationes militũ,
67 vt alijs prouincijs deſeruiant; quādoquidem vulgaris eſt regula, onera debere imponi in loco, vbi res ſita eſt, & pro commodo eiuſdem loci, in quo perſoluit onera, l. formam, § illam, ff. de muner. & honor. vbi gloſ. & Bart. Et ſi Eccleſiæ, & earum bona tenerentur ad hoſpitationē mi-
68 litũ abſolutè, ſine conſenſu Summi Pontificis euenire poſſet, vt ſi fortè bellum eſſet iniuſtũ, vel quod abſurdius eſſet, moueretur contra Eccleſiam, ſequeretur quòd Eccleſia ſubminiſtraret opem, & auxilium contra Summum Pontificem, ità vt nihil magis impium conſiderari poſsit.
Mul-

Multa alia in hoc propoſito deduci poſſent, quoniam veritas vndique circumſepta eſt validiſsimis propugnaculis, & rationibus, ſed ne Lectores nimis grauentur, ſufficiat pro nunc ſupraſcripta propoſuiſſe. Per quæ quamuis pateat reſponſio ad illa, quæ allegantur in contrarium cumulata per Ant. Theſ. in ſua deciſ. Pedem. 116. attamen operepretium erit, ſi adhuc ſingulariter reſpondeatur.

69 Prima igitur ratio, quæ allegatur cõtra colonos, ea eſt, quòd ſeparatorum debet eſſe ſaparata ratio, & ideo collectam impoſitam colonis ratione fructuum ſeparatorum a ſolo, qui tranſeunt in dominium coloni, & ſunt quid tẽ-
70 porale, per ipſos ſolui debere, cum pro omni fructu ſoluatur collecta, vt per Alban. conſ. 40. num. 7. Rolan. conſil. 66. num. 29. lib. 1. Crauet. conſ. 497. num. 5. lib. 3.

Ad quam rationem in primis reſpondetur; allegatum conſil. Alba. non eſſe conſilium ſuum, vel alterius Doctoris, ſed dumtaxat quoddam motiuum, vt ibidem dicit ipſemet Alba. eo quia vertebatur lis, vtrum mercimonia
71 deberent æſtimari, vnde pro opinione affirmatiua adducebatur æſtimatio fructuum, licet Alciat. conſuluerit cõtrariũ, vt in eodem libro, conſ. 39. poſito ante dictũ conſilium allegatum pro conſilio Albæ, & quod ſit motiuum apparet, quia in fine dicitur. (Reſpondeatur tamen) quę verba ſolent apponi in fine motiuorũ, quæ dantur pro ratione dubitandi.

Secundò, quatenus eſſet conſiliũ faceret in contrarium, quia loquitur de æſtimatione mercimonij, prout etiam lo
72 quitur allegatum conſilium Crauet. quę æſtimatio fit non poſt perceptum lucrum; ſed dum pẽdet tempus negotiatiationis; idcò ſi trahahatur ratio ad caſum noſtrum, collecta, ſeu onus æſtimabitur ratione bonorum, & tempore fructuum pendentiũ, quo inſpecto, proculdubio ſunt pars fundi, & ſic in dominio ipſius Eccleſiæ, vt notiſſimum eſt ex ſupra dictis. Ergo, &c.

73 Tertiò, verum non eſt, quod collecta iſta imponatur ſuper fructibus perceptis, ſed imponitur ſuper ipſis bonis ad menſuram, ſeu ad quantitatem perticarũ: quod ex eo apparet, quia in impoſitione taxæ, computantur ducentum

qua-

vt per Pariſ. d. conſ. 69. num. 7. lib. 1. qui allegat Bart. &
Caſtren. in l. licitatio, §. earum, ff. de publica. Alex. conſ.
30. lib. 5. Corn. conſ. 20. lib. 1. cum ſimilibus. qui etiam
63 dicit, quòd facere contra immunitates conceſſas, vel p̄-
ſcriptas nihil aliud eſt, quam noua onera, & nouas gabel-
las imponere, quod nullo modo licet. toto tit. C. noua ve-
ctig. impo. non poſſe. & quotannis publicatur in vrbe cō-
ſtitutio Sum. Pontif. in die Cœnæ Domini, per quam ſub
pœnis excommunicationis, latæ ſententiæ, populis pro-
hibentur imponi noua vectigalia, & collectę, maximè ve-
rò ſuper bonis Eccleſiaſticis. Et hæc multo magis proce-
dunt in caſu noſtro, quoniam etiam ſi ex aliqua vrgentiſ-
ſima cauſa, Eccleſiæ, & earum coloni deberent concurre-
re ad contributionem aliquorum onerum, tamen certè a
64 ſe ipſis non poſſent conſentire, niſi conſulto Romano Pō-
tifice, cap. non minus, vbi Ancha. & alij. Salic. in Authen.
caſſa, C. de ſacroſan. Eccleſ. Ad idem facit gloſ. in c. pla-
cet, 16. quæſt. 1. dicens, collectas huiuſmodi imponi non
poſſe Clericis, vel eorū prædijs, niſi cōpellente Epiſcopo.
65 Decimaquarta, ratio eſt, quoniam præſumendum eſt,
quòd Princeps non imponat onera ſimilia, niſi ob neceſsi-
tatē, & cōmodum publicū. vt per glo. in l. 1. § qđ ſi nemo.
ff. qđ cuiuſq;. quod in caſu nr̄o conſideratur pro arcendis,
& debellandis hoſtibus: & ideò ſi Eccleſia ad hoſpitatio-
nem militum cogeretur ex eadem ratione poſſet vrgeri
ferè ad omnia alia onera imponenda; quod ſanè iniuſtum
66 eſſet, maximè verò, quando bellū non imminet, aut viget
in ea prouincia, in qua decernuntur hoſpitationes militū,
67 vt alijs prouincijs deſeruiant; quādoquidem vulgaris eſt
regula, onera debere imponi in loco, vbi res ſita eſt, &
pro commodo eiuſdem loci, in quo perſoluit onera, l. for-
mam, §. illam, ff. de muner. & honor. vbi gloſ. & Bart. Et
ſi Eccleſiæ, & earum bona tenerentur ad hoſpitationē mi-
68 litū abſolutè, ſine conſenſu Summi Pontificis euenire poſ-
ſet, vt ſi fortè bellum eſſet iniuſtū, vel quod abſurdius eſ-
ſet, moueretur contra Eccleſiam, ſequeretur quòd Eccle-
ſia ſubminiſtraret opem, & auxilium contra Summum
Pontificem, ita vt nihil magis impium conſiderari poſſit.
Mul-

Multa alia in hoc propoſito deduci poſſent, quoniam veritas vndique circumſepta eſt validiſsimis propugnaculis, & rationibus, ſed ne Lectores nimis grauentur, ſufficiat pro nunc ſuprascripta propoſuiſſe. Per quæ quamuis pateat reſponſio ad illa, quæ allegantur in contrarium cumulata per Ant. Theſ. in ſua deciſ. Pedem. 116. attamen operepretium erit, ſi adhuc ſingulariter reſpondeatur.

69 Prima igitur ratio, quæ allegatur cōtra colonos, ea eſt, quòd ſeparatorum debet eſſe ſeparata ratio, & ideo collectam impoſitam colonis, ratione fructuum ſeparatorum à ſolo, qui tranſeunt in dominium coloni, & ſunt quid tē-
70 porale, per ipſos ſolui debere, cum pro omni fructu ſoluatur collecta, vt per Alban. conſ. 40. num. 7. Rolan. conſil. 66. num. 29. lib. 1. Crauet. conſ. 497. num. 5. lib. 3.

Ad quam rationem inprimis reſpondetur; allegatum conſil. Alba. non eſſe conſilium ſuum, vel alterius Doctoris, ſed dumtaxat quoddam motiuum, vt ibidem dicit ipſemet Alba. eo quia vertebatur lis, vtrum mercimonia
71 deberent æſtimari, vnde pro opinione affirmatiua adducebatur æſtimatio fructuum, licet Alciat. conſuluerit cōtrariū, vt in eodem libro, conſ. 39. poſito ante dictū conſilium allegatum pro conſilio Albæ, & quod ſit motiuum apparet, quia in fine dicitur. (Reſpondeatur tamen) quę verba ſolent apponi in fine motiuorū, quæ dantur pro ratione dubitandi.

Secundò, quatenus eſſet conſiliū faceret in contrarium, quia loquitur de æſtimatione mercimonij, prout etiam lo
72 quitur allegatum conſilium Crauet. quę æſtimatio fit non poſt perceptum lucrum; ſed dum pēdet tempus negotiationis; ideò ſi trahahatur ratio ad caſum noſtrum, collecta, ſeu onus æſtimabitur ratione bonorum, & tempore fructuum pendentiū, quo inſpecto, proculdubio ſunt pars fundi, & ſic in domioio ipſius Eccleſiæ, vt notiſſimum eſt ex ſupra dictis. Ergo, &c.

73 Tertiò, verum non eſt, quod collecta iſta imponatur ſuper fructibus perceptis, ſed imponitur ſuper ipſis bonis ad menſuram, ſeu ad quantitatem perticarū: quod ex eo apparet, quia in impoſitione taxæ, computantur ducentum

qua-

quadraginta perticæ ad conſtituendum vnum equum mor tuum, pro quo ad ratam diſtribuitur onus hoſpitationis militum.

74 Quibus etiam additur, quod pro conſtitutione dictæ taxæ non grauantur indifferenter omnes terrę, ſed tantum, quæ ſunt ad æſtimum rurale deſcriptæ, quæ conſideratio nullo modo cadere poteſt in prædijs Eccleſiæ, & ſit verba impoſitionis non conueniunt fructibus; Ergo nec diſpoſitio, l.4.§.toties, ff.de damn. infect.

75 Quinetiam in facto ſæpius euenire poteſt, vt fructus nō poſſint conſiderari ſeparati a ſolo, vtputa in prædijs deputatis ad paſcua Pecorum, & in locationibus domorum Eccleſiæ.

76 Præterea poteſt contingere caſus aliquis fortuitus, vtputa grandinis, vredinis, incendij, ſeu malæ culturæ, & ſimilium, propter quos fructus non perciperentur, vt l. ex conducto, §. ſi vis, ff. locat. nihilominus tamen onus eſſet ſubeundum. Ergo non poteſt dici onus iſtud addictū fuiſſe ipſis fructibus a ſolo ſeparatis, qui nuſquàm leguntur aliquid ſoluere Principi ſæculari, niſi in trāslatione eorum ad Ciuitatē, vel ad alia loca. In caſu autem deciſio Theſaur. præſupponitur onus eſſe impoſitum fructibus, & ſic eſſe onus reale, quale non eſt iſtud, de quo agitur in caſu noſtro.

Minus obſtat conſ. Roland.*66*. quia loquitur in colonis
77 bonorum laicalium, non Eccleſiaſticorum, & arguit ineptè de ſolutione decimarum ad collectas; cum omnes teneantur de iure diuino Deo, & Eccleſiæ decimas ſoluere,
78 vt per Rebuf.in tract.de decim. nec ab iſto munere Eccleſiaſtici ipſi examinantur. Immo ſupra oſtenſum fuit iſtud arg. facere in contrarium; tum ne coloni Eccleſiæ duplici onere grauentur; tum etiam, quia munus perſoluendarum decimarum eſt merè reale ſuper ipſis fructibus, quod non eſt in caſu noſtro, quia collecta iſta eſt onus mixtum impoſitum perſonis pro rebus, vt ſupra dictum eſt.

Secundum argumentum, quod potius eſt ratio primi, eſt quod ſeparatorum ſeparata eſt ratio, & ideo cum fructus ſeparati ſint a ſolo, non ſunt amplius iuris Eccleſiæ;

ideò

ideò colonus non debet gaudere immunitaté, vt per Fe-
deric. de Sen. conſ. 211. quod omnes ad hoc propoſitum
79 deducūt, ſed certè nihil ad rombum facit; Nam in primis
negari poteſt, quod fructus iſti etiam ſeparati a ſolo, ha-
beant ſeparatam rationem a fundo Eccleſiæ, per conſiliū
Bald. 31. lib. 1. Statuto Ciuit. Aſten. vbi diſtinguit, quod
80 aut fructus habent originem a contractu celebrato cum
Eccleſia, & tunc gaudent eodem priuilegio, aut non ha-
81 bent originem a contractu, vt puta, quia Eccleſia, vel co-
lonus vendit fructus iam perceptos, vel deducit ad Ciui-
tatem, & ad alia loca, & tunc non ſunt exempti, & in hoc
caſu nos non loquimur, ſed in primo; nam certum eſt, qđ
fructus, qui percipiuntur a colono, ſiue partiario, ſiue
nummario, percipiuntur principaliter, & originaliter ra-
tione contractus locationis, aut ſocietatis, vt ſupra dictū
fuit, & tam Eccleſia contra colonum, quàm colonus con-
82 tra Eccleſiam agit ratione contractus, vt alter alteri præ-
ſtet, quod inter eos conuentum eſt, l. ſi tibi, l. ſi quis do-
mum, l. ſi quis fundum, §. Imperator, l. ex conducto, l. ſi
merces, §. conductor, & l. quæro, §. inter locatorem, ff. lo-
ca. cum ſimilib. Ergo fructus habent rationē perceptio-
nis ex contractu, vt etiam declarat Hier. Gab. conſ. 161.
lib. 2. & Menoch. latè in conſ. 136. num. 14. & 19. lib. 2.
vbi plures rationes, & auctoritates congerit. Imò etiam
fructus non ſolum conſiderantur, quando iam ſunt per-
83 cepti, ſed ēt quando ſeruntur, & colliguntur, ſeu curantur,
l. diuortio, §. non ſolum, verſ. Nam, & hic, vbi gloſſa in
verb. percipiuntur, vbi etiam Dyn. & Alberic. numer. 15.
ff. ſolu. matr. & in l. defuncta, ff. de vſufruct. & quēadm.
84 &c. vlterius cōductor tenetur ex neceſſitate cōtractus p-
ſtare opera ruſtica, & diligentem culturam ſuis opportu-
nis temporibus, d. l. ſi merces, §. conductor, & d. l. quæro,
§. inter locatorem, ff. loca. quæ cum ita ſint, quis audebit
negare fructus perceptos, a colono non habere originem,
& dependentiam immediatam a contractu, & non gaude-
85 re eodem priuilegio, quo gaudet Eccleſia? cum idem ſit
iudicium de re cohærenti rei eccleſiaſticæ; quod eſt de re
eccleſiaſtica, etiam ſi res cohærens eſſet ſeparata a re ec-

Digitized by Google

cleſiaſtica, l. quæ Religionis, ff. de rei vindic. vbi Bald. in ſummario, ſed fructus non poſſunt dici non cohærentes,
86 quandoquidem adhuc pendentes, cenſeantur pars fundi, l. fructus, ff. de rei vindic. Ergo, &c.
Secũdò facit ad hanc rem, quod ſupra ex communi, & receptiſſima opinione dictum fuit in libertate, & exemptione bonorum, venire etiam perceptionem fructuum, quam faciunt coloni, & idem quod ſi colonus grauatur de facto, reperit ab Eccleſia, ita vt neceſſe ſit fateri grauamen coloni redundare in grauamen Eccleſię: ſublato enim iſto
87 onere, quod eſt pecunia æſtimabile, nulli dubium eſt, quin Eccleſia pluris locaret bona, & prædia ſua; l. ſi venditor, ff. de ſer. export. Bald. d. conſ. 31. lib. 1. quem refert Ioan. de Amic. in conſ. 18. quod conſilium nõnulli allegant pro parte contraria. Sed longè diſtat a caſu noſtro, quoniam loquitur in oneribus realibus impoſitis ſuper ipſis fructibus. quod non eſt in caſu noſtro. It. loquitur in cauſa mercimonij, & negotiationis.
Ex his patet riſpõſum ad conſilium Feder. iudicio meo ad hanc rem violenter detortum. Nam Feder. loquitur in caſu ſeparato, vt dicit, quãdo colonus transfert fructus ad Ciuitatem, in cuius ingreſſu ad portas, quaſi ex tacito cõtractu coloni cum publicanis ſciẽs ſoluit gabellã, & hoc eſt, quid ſeparatũ à contractu locationis, & culturæ, inito cum Eccleſia: nam Eccleſia non locat bona ſua, vt colonus fructus vendat, vel ad aliquem locum conducat, & iſtud pendet a mera voluntate coloni; nil mirum igitur, ſi hac ratione fortè teneri debet ad ſolutionẽ gabellæ, alias ſi non tranſirent fructus per portas Ciuitatis, Publicanus nihil exigeret; ita concludunt Natt. d. conſ. 409. Aegyd. Thomat. in tract. de collectis, in §. ſi quiſpiam, num. 9. & Nicol. Feſtas de collect. par. 4. c. 2. num. 56. dicentes hanc eſſe veram opinionem, & ita ſeruari de conſuetudine; ad quæ cõferunt, quæ ponit Eugen, in conſ. 96. ſic intelligẽs dictum conſilium Feder. qui etiam ſeipſum declarat exẽplificando in gabellis, quæ ſoluuntur ad Portas, & exemplum declarat regulam, in quibus terminis loquatur, l. fin. §. cui dulcia, ff. de vino trit. oleoq. leg. & hæc eſt vera, &
ratio-

rationabilis conſideratio illius argumenti, quod ſeparatorum debet eſſe ſeparata ratio, non aũt cõſiderãdo dũtaxat, ſeparationẽ fructuũ a ſolo, qm̃, vt ſæpius dictũ eſt, fructus, præſertim colonici, non poſſunt conſiderari pro vera ratione fructuũ, niſi deductis expenſis,& alijs operi-
88 bus, quę computantur ad æſtimationem medietatis omnium fructuum in toto agro Cremon. qui percipiuntur ex fundo, ex deductis per Bart. in l. ſi apes, §. item conſtat, ff. de furt. vbi dicit partiarium colonum habere ius in fructibus pro dimidia: per Abb.& Bald. ſupra allegatos, imò & per ipſum Feder. qui in d. conſilio format caſum in colono, qui conducit ad medium. Ergo ſi expenſæ, & opera
89 computantur pro medietate fructuum, quos percipit colonus, nullum lucrum poteſt conſiderari in colono, vel in parte fructuum ſibi contingente, & ſic nulli ſunt fructus, qui collectari poſſint; Quinimò ſæpè euenit, vt medietas fructuũ non æquiualeat medietati laborum operum,& expenſarũ, quamuis, vt vitam ſuſtentent, ſupponant ſe fortunæ,& miſericordiæ Dei, vt latè per Oſaſc. dicta deciſ. 83.
90 Minus etiam poſſunt conſiderari huiuſmodi fructus vti patrimonium, quia ſunt in patrimonio Eccleſiæ. nec pôt
91 conſiderari aliqua iuriſdictio laicorum ſuper laboribus,& operibus pauperum, quibus ex neceſſitate ſibi parant alimenta. Neque etiam ex aliqua ſtipulatione, ſeu obligatione coloni, niſi fortè in fœlici aduentu Principis, l. nemi nem, C. de ſacroſ. Eccleſ. prout etiam declarant Innocen. & Abb. in c. non minus, de immun. Eccleſ.& cum caſus iſte ſolus ſit exceptus, ſequitur regulã eſſe in contrarium.
Illud etiam non eſt prætereundum, quod exaduerſo deducitur colonos teneri pro fructibus perceptis, quia con-
92 ſiſtunt in temporalitate, quod quam abſurdũ ſit, hinc colligi poteſt, quia non pro certa quantitate, videlicet octaua cuiuslibet centeſimæ teneretur, ſed etiam teneretur ꝑ omnibus fructibus, quin etiam ipſa Eccleſia teneretur, quoniam fructus contingentes Eccleſiæ, non minus conſiſtunt in temporalitate, quam illi, qui a colonis percipiuntur, & rurſus attenta hac ratione, colonus nummarius teneretur in totum, quod tamen valde iniquum eſſet.

93 Non obſtat etiam, quod perperam, dicit Parpal. in d. l. placet, num. 33. quoniam in eadem l. num. 15. tenuit colonos omnino nõ teneri, ſiue ſint perpetui, ſiue temporarij, licet d. nu. 73. videatur hæſitare, & inclinare in contrariam ſententiam. motus primo dicto conſilio Federic. ad quod ſatis fuit reſponſum ſupra. ſecundò, alia ratione fallaci dicens, quod ex quo colonis laicorũ non poteſt imponi collecta colonica per Dominum temporalem, eam imponi dominis prædiorum, & ſic eximit colonos ab hoc onere, quaſi quod Princeps non poſſit imponere collectas tam dominis, quàm colonis ſæcularibus, licet non debeat ſecundum iuſtitiã, innuens poſtea quod cum Princeps ſæcularis non poſſit imponere collectam perſonis eccleſiaſtici, poſſit illam imponere colonis laicis, quod quam ſit a
94 iuris æquitate alienum, nemo eſt, qui iudicare non poſſit, cũ alter pro altero grauari non debeat, l. vnica, C. vt nullus ex Vicar. pro al. Vicario debit. grauetur lib. 11. & l. non debet alteri, ff. de reg. iur. vbi Dec. quod etiam implicat quandam odij præſumptionem contra Eccleſiam, vt ex eius odio grauentur coloni, quod ſanè nefas eſt cogitare de bono, & Catholico Principe. Adde etiam, quod hoc modo Princeps laicus non valens grauare bona eccleſiaſtica, poſſet omnibus oneribus, quibus poteſt grauare laicos, grauare etiam colonos bonorum eccleſiaſticorum, & ſic nedum in octaua parte cuiuslibet centeſimæ, ſed et in totum. Apparet igitur, quod hæc ratio eſt verè parpaleæ, ideſt æqualis paleæ, quæ à vento rapitur, & ad nihilum valet.

Ad ſecundum argum. principale Theſ. quod emptores fructuum Eccleſiaſticorum tenentur ſoluere gabellas, vt per Archid. in c. fin. ſeu in c. pen. de cenſib. in 6. Bertachin. de gabell. par. 7. quæſt. 7. ideoque colonos teneri ad collectas pro rata fructuum ſibi contingentium.

Reſpondetur, quod Doct. illi loquuntur in caſu negotiationis, nec eſt bona illatio ad colonos Eccleſiæ, qui sũt immunes in fructibus perceptis. Vt enim dictum eſt, libertas conceſſa bonis Eccleſiæ, cenſetur etiam conceſſa colonis.

Præ-

Præterea argum. concludit ſuper oneribus, quæ imponũ-
tur pro tranſitu, vel ingreſſu Portarũ, quod pro nunc non
diſputamus, an ſcilicet colonus ad tales gabellas tenea-
tur. Et vlterius libenter ſciſcitarer à dicto Theſau. an ſi
emens fructus eccleſiaſticos ab Eccleſia dimitteret præ-
ſcriptos fructus penes Eccleſiam, abſque quod alio tran-
95 sferret, an talis emptor teneretur ad ſolutionem gabellæ
pro ingreſſu Portarum, certè crederem reſponſurum non
teneri, quòd ſi verum eſt, procedit etiam in colono non
transferẽte fructus de loco, in quo percipiuntur, ad alium
locum.

Poſtremò ponamus, quod perſona Eccleſiaſtica intro-
96 ducat fructus eccleſiaſticos in Ciuitatem, certè in ipſa in-
troductione nihil ſoluet, d. c. quamquam, & c. 1. de immun.
Eccleſ. in 6. & poſtea in eadẽ Ciuitate alicui vendat, cer-
tè emptor ille nõ tenebitur ad prædictas gabellas, ſaltem
Portarum, de qua loquuntur Doct. Meritò igitur funda-
mentum hoc corruit, tanquam ſuper arena fundatum.

Tertium principale argumentũ ipſius Theſaur. eſt: Pri-
97 uilegia concernentia immunitatem eſſe ſtricti iuris, atque
ideo ſtrictè interpretanda, c. priuilegia, & c. odia, de reg.
iur. in 6. vt, ſi concernant tantum perſonas eccleſiaſticas,
non autem colonos laicos, quia ſi ipſi eximerentur, illo-
rum eſſet principale commodum.

Ad quod reſpondetur, falſum eſſe aſſumptũ in omnibus
ſuis partib' quia in caſu noſtro non agimus de priuilegijs,
ſed de libertate, & immunitate prouenientè à iure Diui-
no, & Canonico in ipſa fundatione Eccleſiæ, ſimulq́. cum
ea naſcente, vt per Grat. allegat. conſ. 130. lib. 1.

Secundò reſpondetur, quod quatenus placuiſſet Princi-
pibus pijs, & Catholicis aliquid ſtatuere ad oſtendendam
eorum beneuolentiam erga Eccleſiam, prout quamplures
eorum conſtitutiones habemus in titulis, C. de ſacroſan.
Eccleſ. & de Epiſc. & Cler. tamen iſtud non deberet voca-
ri priuilegium, ſed potius beneficium, quod latè eſſet in-
98 terpretandum, eo quod ſolum Principis intereſſe concer-
neret, l. fin. ff. de conſt. Princ. & l. ſi quando, C. de bon. va-
can. l. 10. c. olim, de verbor. ſignif. vbi glo. Abb. & alij.

Et

Et mirandum eſt, quod Theſaur. alioquin vir doctiſs. allegauerit ad iſtud propoſitum dictum cap. odia, de reg. iur. in 6. quaſi quod ſtatutum in fauorem Eccleſiæ odium contineat. Nec credendum eſt Principem volentem vti liberalitate erga Eccleſiam, voluiſſe ſuam liberalitatem exinanire, illam reſtringendo ad limites. ſi Eccleſia ſuis ſumptibus prędia colere faceret, ſin minus ex ea parte tantũ, quæ concerneret Eccleſiam ipſam, non autem eius colonos, cum facilè iſtud exprimi potuiſſet, & ideò hæc interpretatio infringit munificentiam Principis, imò ad nihilum redigit, quandoquidem nemini dubium eſſe põt Principem laicã non poſſe Eccleſiam ipſam grauare in ea parte, quæ ſibi contingit in prædijs ſuis; ita.n. priuilegium redderetur omnino inane, ſi Princeps vellet donare, quod ſibi retinere non poſſet.

Minus verum eſt, quod dicit Theſ. quod ſi priuilegium iſtud extẽderetur ad colonos, commodum principale eſſet ipſorum colonorum, non Eccleſiæ, quia clarum eſt, ꝙ ſtãte hac exemptione, quæ reſpicit principaliter fauorem Eccleſiæ, ipſa Eccleſia locaret prædia ſua maiori pretio: ita Rolan. conſ. 61. num. 19. lib. 4. Menoch. d. conſ. 136.
99 lib. 2. & fauorabiliorib' pactis, quæ ſunt pars pretij, l. fundi partem, ff. de contrah. empt. & l. ſi venditor, ff de ſeruis export. vt ipſa experientia docet, & ex ſupra dictis patet.

Quartũ fũdamẽtum participat ferè de omnibus alijs argumentis ſupra confutatis. Adducitur.n. primò auctoritas Bald. in Authen. ſed & periculum, in fin. C. ſine cen. vel reliq. qui loquitur in prædijs tributarijs, quæ dicit trãſire in Eccleſiam ſum ſuo onere, nec allegat legẽ aliquam vel rationem, & hoc quoque ſupra confutatum fuit in 11. fundamento. Nec licet arguere de tributis ad collectas, quia diuerſi ſunt termini, diuerſas habentes rationes, & ideo non ſunt confundendi.

Allegat ſecundo loco Bertachin. de gabell. par. 7. quæſtio. 7. qui loquitur de colonis, conducentibus ad Ciuitatem, nec aliud allegat, quàm dictum conſ. Feder. Innoc. autem, & Abb. non loquuntur in terminis noſtris, ſed in angarijs, & perangarijs, vt ſupra dictum fuit. Gemin. vero

verò nihil dicit de ſuo, ſed tantum refert verba Federi.

Nec obſtat Ripa in tract. de peſte, vbi agit de remedijs ad conſeruandam vbertatem, num. 127. Nec Doct. per eum allegati in Clemen. præſenti, in ver. (negotiandi) de cenſibus: & in cap. quamquam, eod. tit. in 6. quia loquuntur in fructibus, qui emuntur, vel portantur cauſa negotiandi. Præterea Ripa loquitur in prohibitione reali. ſ. de ſtatuto prohibente frumentum portari extra territorium, quod poteſt ligare colonos pro parte fructuũ iam exiſtentium in ſua poteſtate, maximè, quia exportatio ſapit naturam negotiationis, ſecùs autem ſi vẽderet in territorio incolis, & terrigenis, vt ex pecunijs inde comparatis emeret neceſſaria ad ſuam, & familiæ ſuſtentationem.

Reſponſiones verò allegatæ per Theſa. ad rationes adductas in fauorem colonorum Eccleſiæ, non habent in ſe iuris fomentum; Namq; in eo cõſiſtunt, quod grauamen colonornm non redundat in grauamẽ Eccleſiæ, quod certè abſurdum eſt, cum toties id ſupra confutatũ fuerit, maximè verò, quia Doctores ferè omnes cõcludunt colonos grauatos poſſe repetere ab Eccleſia, quod ſanè tendit euitiſſimè ad onerandam Eccleſiam.

100 Quod autem dicit in ſecunda reſpõſione colonos teneri pro ſua negotiatione, non ſubſiſtit; quia non eſt negotiatio, l. fin. cum vilico, ff. de inſtit. act. Bart. in l. legatis, ff. de leg. 3. Alex. in l. diuortio, num. 26. ff. ſolu. mat. Crau. conſ. 6. num. 111. Abb. in conſ. 6. iuxta fin. lib. 1. vbi dicit eum dici negotiatorem, qui rem emit, vt integram vẽdat tanto magis, quia negotiatio ea dicitur, quæ fit quæſtus cauſa, ſed in caſu noſtro quæſtus non poteſt conſiderari, quoniam operæ, labores, & animalia, quæ ponit colonus ad colendum agrum, æſtimantur pro medietate fructuum vniuerſorum; qua æſtimatione ſtante, non poteſt dici, qđ lucrum aliquod faciat, ſed potius, quod ſit quædam neceſſitas, tum in vtilitatem publicam, propter agriculturam, cum etiam, quia neceſſarium eſt colono, vt victum ſibi, familiæ ſuæ, & Pecoribus, hoc exercitio prouideat, & ſi eſſet negotiatio, idem dicendum eſſet in Eccleſia, quando ſuis ſumptibus prædia coli facit, & tamen omnes Docto-

ſanguis eorũ eliciatur. Immò Alexan. Bald.& Parpal.ſupra allegati affirmant colonos laicorum non poſſe grauari; pro quibus tamen dicunt Principes grauare dominos prædiorum, quæ ratio multo magis debet concludere, vt coloni Eccleſiarum non debeant grauari, & quidquid faciat Princeps ſæcularis contra dominicos, in quos iuriſdictionem exercet, non debet tamen hæc conſequentia trahi è conuerſo, vt Princeps, qui non poteſt grauare perſonas eccleſiaſticas, grauet eorum colonos.

Ex his patet ſatis ſuperq. ſublata eſſe omnia, quæ cõtra colonos, vel certè contra Eccleſiam ipſam deducuntur, quamuis Theſau. excuſet deciſionem illam, dicens factam fuiſſe ratione conſuetudinis, de qua cum certum ſit non conſtare in agro Cremonẽ. & grauoſa ſit Eccleſijs, potius corruptela, quàm conſuetudo dici meretur; capit. de cõſuetudine, cum ſimilibus. Qua propter apparet nullam amplius de hâc re ſubeſſe dubitationẽ, maximè verò cum in dubio iudicandum ſit pro Eccleſia, l. ſunt perſonæ, ff. de relig.& ſumpt. fune. & hæc ſententia approbetur a maioris auctoritatis, numeri, ponderis, & veritatis Doctoribus Iuris Canonici, & Ciuilis, quidquid ad pauca reſpiciens dixerit Theſau. magis fortaſſe ſtudens in ſeruire cauſæ, quàm veritati.

LANCELLOTTI GALLIÆ I. C. ALEXANDRINI

CONSILIVM LIX.

ARGVMENTVM.

Munerum ſpecies variæ referuntur; & an Eccleſia, vel eius coloni onerum grauamine teneãtur, & quatenus laicorum ſtatuta cõtra libertatem Eccleſiæ non ſubſiſtunt. Circa quod declaratur conſtitutio Mediolani, tit. de onerib.

Digitized by Google

93 Non obſtat etiam, quod perperam, dicit Parpal. in d. l. placet, num. 33. quoniam in eadem l. num. 25. tenuit colonos omnino nõ teneri, ſiue ſint perpetui, ſiue temporarij, licet d. nu. 73. videatur hæſitare, & inclinare in contrariam ſententiam. motus primo dicto conſilio Federic. ad quod ſatis fuit reſponſum ſupra. ſecundò, alia ratione fallaci dicens, quod ex quo colonis laicorũ non poteſt imponi collecta colonica per Dominum temporalem, eam imponi dominis prædiorum, & ſic eximit colonos ab hoc onere, quaſi quod Princeps non poſſit imponere collectas tam dominis, quàm colonis ſæcularibus, licet non debeat ſecundum iuſtitiã, innuens poſtea quod cum Princeps ſæcularis non poſſit imponere collectam perſonis eccleſiaſtici, poſſit illam imponere colonis laicis, quod quam ſit a
94 iuris æquitate alienum, nemo eſt, qui iudicare non poſſit, cũ alter pro altero grauari non debeat, l. vnica, C. vt nullus ex Vicar. pro al. Vicario debit. grauetur lib. 11. & l. non debet alteri, ff. de reg. iur. vbi Dec. quod etiam implicat quandam odij præſumptionem contra Eccleſiam, vt ex eius odio grauentur coloni, quod ſanè nefas eſt cogitare de bono, & Catholico Principe. Adde etiam, quod hoc modo Princeps laicus non valens grauare bona eccleſiaſtica, poſſet omnibus oneribus, quibus poteſt grauare laicos, grauare etiam colonos bonorum eccleſiaſticorum, & ſic nedum in octaua parte cuiuslibet centeſimæ, ſed etiam in totum. Apparet igitur, quod hæc ratio eſt verè parpaleæ, ideſt æqualis paleæ, quæ à vento rapitur, & ad nihilum valet.

Ad ſecundum argum. principale Theſ. quod emptores fructuum Eccleſiaſticorum tenentur ſoluere gabellas, vt per Archid. in c. fin. ſeu in c. pen. de cenſib. in 6. Bertachin. de gabell. par. 7. quæſt. 7. ideoque colonos teneri ad collectas pro rata fructuum ſibi contingentium.

Reſpondetur, quod Doct. illi loquuntur in caſu negotiationis, nec eſt bona illatio ad colonos Eccleſiæ, qui sũt immunes in fructibus perceptis. Vt enim dictum eſt, libertas conceſſa bonis Eccleſiæ, cenſetur etiam conceſſa colonis.

Præterea argum. concludit ſuper oneribus, quæ imponũtur pro tranſitu, vel ingreſſu Portarũ, quod pro nunc non diſputamus, an ſcilicet colonus ad tales gabellas teneatur. Et vlterius libenter ſciſcitaret a dicto Theſau. an ſi emens fructus eccleſiaſticos ab Eccleſia dimitteret præſcriptos fructus penes Eccleſiam, abſque quod alio tran-
95 sferret, an talis emptor teneretur ad ſolutionem gabellæ pro ingreſſu Portarum, certè crederem reſponſurum non teneri, quòd ſi verum eſt, procedit etiam in colono non transferẽte fructus de loco, in quo percipiuntur, ad alium locum.

Poſtremò ponamus, quod perſona Eccleſiaſtica intro-
96 ducat fructus eccleſiaſticos in Ciuitatem, certè in ipſa introductione nihil ſoluet, d.c. quamquam, & c. 1. de immun. Eccleſ. in 6. & poſtea in eadẽ Ciuitate alicui vendat, certè emptor ille nõ tenebitur ad prædictas gabellas, ſaltem Portarum, de qua loquuntur Doct. Meritò igitur fundamentum hoc corruit, tanquam ſuper arena fundatum.

Tertium principale argumentũ ipſius Theſaur. eſt: Pri-
97 uilegia concernentia immunitatem eſſe ſtricti iuris, atque ideo ſtrictè interpretanda, c. priuilegia, & c. odia, de reg. iur. in 6. vt, ſi concernant tantum perſonas eccleſiaſticas, non autem colonos laicos, quia ſi ipſi eximerentur, illorum eſſet principale commodum.

Ad quod reſpondetur, falſum eſſe aſſumptũ in omnibus, ſuis partib' quia in caſu noſtro non agimus de priuilegijs, ſed de libertate, & immunitate prouenîente à iure Diuino, & Canonico in ipſa fundatione Eccleſiæ, ſimulq́. cum ea naſcente, vt per Grat. allegat. conſ. 130. lib. 1.

Secundò reſpondetur, quod quatenus placuiſſet Principibus pijs, & Catholicis aliquid ſtatuere ad oſtendendam eorum beneuolentiam erga Eccleſiam, prout quamplures eorum conſtitutiones habemus in titulis, C. de ſacroſan. Eccleſ. & de Epiſc. & Cler. tamẽ iſtud non deberet vocari priuilegium, ſed potius beneficium, quod latè eſſet in-
98 terpretandum, eo quod ſolum Principis intereſſe concerneret, l. fin. ff. de conſt. Princ. & l. ſi quando, C. de bon. vacan. l. 10. c. olim, de verbor. ſignif. vbi glo. Abb. & alij.

Et

SVMMARIVM.

1 Eccleſia, ſeu perſonæ eccleſiaſticæ, an, & ad quæ onera teneantur, & num. 3. 8. 10. 12. 13. 18. 20. 21. 22. 24. 25. 26. 28. 29. 37. 39. & per totum latè.

2 Munerum quædam perſonalia, quædam merè realia, quædam verò mixta reperiuntur.

4 Salarium Prætorum, Medicorum, ac cæterorum Officialium munus, perſonale dicitur.

5 Onus guaſtatorum, perſonale eſt.

6 Munera merè realia, quæ dicantur.

7 Prædia quæcunq; præter Italica, Romanorum tempore, tributo ſubiacebant.

9 Cenſus, & imbotatus, qui ſingulo anno Domino præſtatur, munus merè reale dicitur, & num. 32.

11 Munera mixta, quæ dicantur.

14 Res priuati, ſtatim quod tranſit ad Eccleſiam, à regiſtro an eximatur, & num. 38. 77.

15 Laici collectam à Clericis recipientes, duobus concurrentibus pœnam excommunicationis incurrunt.

16 Munerum ordinariorũ, & extraordinariorum diſtinctio, quoad ſolutionem ab Eccleſia fiendam, ſublata eſt.

17 Eccleſia, quod ad onera ordinaria teneatur, indiſtinctè verum non eſt, & num. ſeq.

23 Munus ordinarium ex quo dignoſcatur.

27 Tributa, quæ dicantur.

30 Munus merè reale, an deſcriptio rei in æſtimo cum diſtributione per æs, & libram conſtituat. & nu. 34. 36. 40. 41.

31 Munus merè reale ex quo diſcernatur, & nu. 35.

33 Munus merè reale triplex eſt.

42 Sermones circa vniuerſalia faciliores, circa particularia autem veriores ſunt.

43 Quæ generaliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, quaſi neglecta videntur.

44 Onera vniuerſitatis Boſchi ad ſex ſpecies reduci poſſunt, et quæ illorum ad Eccleſiã, ſeu eccleſiaſticas perſonas tranſeant, vel non, & num. 45. 46. 48. 51. 56. 59. 63. 65. 66. 68. 70. 71. 77. 78. 87. 111. 112. & 118.

47 Onus

47 *Onus ſalis, perſonale dicitur.*

49 *Coloni Eccleſiæ, & eccleſiaſticorum perſonarum, quamuis partiarij ab oneribus perſonalibus ſunt immunes, niſi vt nu. ſeq.*

52 *Eccleſia an ad onera publicam vtilitatem, ſeu imminentem neceſſitatem, ac promiſcuam laicorum, & eccleſiaſticorum vtilitatem reſpicientia teneatur, & nu. 53. 54. 55.*

57 *Onus taxarum equorum an ſit ordinariũ, vel extraordinariam, iuncto nu. 64.*

58 *Onus taxarum equorum, mixtum eſt.*

60 *Onus taxarum equorum, primæua cauſa inſpecta ex militum hoſpitatione prouenit.*

61 *Munus quale ſit, primæua cauſa, non autem præſens ſtatus, inſpici debet.*

62 *Munus ſubrogatum, ſecundum naturam eius, in cuius locum ſubrogatur regulatur.*

67 *Onus menſualis an ſit ordinariũ, vel extraordinar. ũ, & nu. 69.*

72 *Onus hoſpitandi milites inter extraordinaria, & mixta connumeratur, & nu. ſeq.*

74 *Eccleſia, ſeu eccleſiaſticæ perſonæ hoſpitari non tenẽtur. ampl. vt num. 75. & 76.*

79 *Bona ad hoc vt ſint tributaria, expreſſio legis decretiuè requiritur.*

80 *Conſtitutio Mediolani, ſub titulo, de oneribus, in princ. ad bona eccleſiaſtica non trahitur, & num. 88.*

81 *Diſpoſitio generalis ad ea non refertur, quæ ſpecialiter non veniunt.*

82 *Immunitati Eccleſiaſticæ in corpore iuris inſertæ per quodcũque ſtatutum, ſeu Principis decretum, derogatum non cenſetur, quantumcunq; generalis ſit derogatio.*

83 *Derogatio quantumcunq generalis, de priuilegio clauſo in corpore iuris, numquam intelligitur.*

84 *Legiſlator aliquid in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ, condere non poteſt, & num. 91.*

85 *Statuta, ſeu conſuetudines contra libertatem eccleſiaſticam, quænam eſſe dicantur.*

86 *Statuta cõtra libertatem eccleſiaſticam ſeruari facientes, ſunt excommunicati.*

88 *Decretum Mediolani prohibens non ſubditum poſſe immobilia*

acquirere, Eccleſiam, ac perſonas eccleſiaſticas non comprehendit,

89 *Quæ ſuperabundant, nocere non habent.*

90 *Litera indefinitè loquentes de oneribus, de his, quæ ad Eccleſiam tranſeunt, non autem alijs intelligi debent.*

92 *Intentio Principis, ſeu Senatus Mediolani in conceſſione facta Eccleſiæ, quoad acquiſitionem rei, ita vt res tranſeat cum oneribus ſuis, ex quibus arguatur, indiſtinctè Eccleſiā quoad quæcunq; onera comprehendere nolle, & nu. 94. vſque ad num. 105.*

93 *Iure aliquo vtens, cum omnibus ſuis qualitatibus, & circunſtantijs vtitur.*

94 *Legi loquenti de eo, quod gerit, quis ſe aſtringit.*

95 *Diſpoſitio qualibet interpretationem ſemper recipit ab eo, quod ſolitum eſt ſeruari, & in communi obſeruantia habetur.*

96 *Conſuetum fieri quis velle præſumitur, non è contra.*

67 *Conceſſio Summi Pontificis facta non præſumitur, nec de eius mente eſt, niſi prout conſuetum eſt reſcribere.*

98 *Cōceſſio rei in emphyteuſim à Prælato ſimpliciter facta, in tertiam genenationem intelligitur, vbi obſeruātia loci ita ſe habeat.*

99 *Conceſſio à Principe facta ad teſtandum, ſecundum quod eſt in loco conſuetum, intelligitur.*

100 *Mēs Superioris in gratia, ſeu conceſſione per eum facta, ex eo, quod ipſe conſuetus eſt facere, vel obſeruare, arguitur.*

101 *Verba, ſecundum conditionem eius, ad quem diſpoſitio confertur, intelligi debent.*

102 *Subiecta materia intellectum rei præſtat.*

103 *Verba, ſubiectæ materiæ ſeruiunt.*

104 *Diſpoſitio alicuius, in humaniorem, & benigniorem partē interpretanda venit.*

105 *Principis voluntas, iuri conſonans eſſe debet.*

106 *Factum adminiſtratoris Eccleſiæ collegiatæ ſine conſenſu Capituli, vel Collegij Eccleſiæ, ſeu eius ſucceſſori, etiam in iure quærendo, non præiudicat.*

107 *Dominus rei ſuæ onus, quod ſibi placet, adijcere poteſt.*

108 *Teſtator legato conditiones, & onera, quæ vult, adijcere pōt.*

109 *Eccleſia aduerſus præiudicium, quod ad quæcunque onera tenea-*

neatur, reſtitui poteſt. Ampl. num. ſeq.
113 *Cõſuetudo, ſeu obſeruãtia contra Eccleſiã non valet, & nu. ſeq.*
115 *Obſeruantia ſemel reprobata, de nouo induci non poteſt. Ampl. num. ſeq.*
117 *Obſeruantia ab aliquibus Religioſis tollerata, alijs, qui non conſenſerut obeſſe non debet.*
119 *Opinio in conflictu opinionum, ea tenenda eſt, quam loci, ſeu Prouinciæ conſuetudo, obſeruantiaue ſequitur.*

POterat Communitas Boſchi contentari, q̃d Reuerendi Monachi Cartuſiæ Genuæ ordinaria onera, quæ Regiæ, & Duc. Cameræ debentur, ſoluerent pro bonis nuper acquiſitis à Frãciſco Bottaccio, prout in dominio Mediolani, vt plurimum ſeruatur, quam ſolutionem citra vllam controuerſiam facere nunquã retractarunt, & ſi in ea ipſi Reuerẽdi Monachi de iure potius grauati, quàm exonerati reperirentur. Verùm poſteaquam Communitas rem ad iudicialem cognitionem perducere curauit, forſan talis ſui progreſſus pœnitebit, longè minus potitura, q̃ aliàs conſequuta fuiſſet.

Rem itaque per iuris tramites diſcutiendo, etſi illam vnica propoſitione nixa veritati diſſoluere poſſem, dicen-
1 do, † vt cum Eccleſia pro bonis ſuis, tam acquiſitis, quàm acquirẽdis laicorum oneribus grauari quouis modo non poſſit, ſed omnino immunis, & exẽpta præſeruari debeat, cuiuſcunq; generis ſint, etiam quod tributi nomine ſoluãtur, & per quamcunque ſęcularem authoritatẽ imponantur, vt de iure Diuino, Canonico, & Ciuili, per manifeſta fundamenta, ac ſolidiſſimas rationes, omnibus oppoſitis reſolutis, demonſtrat, & firmat Cardin. Alban. in tract. de immunt. Eccleſ. quem ſuper hoc articulo fecit, inſertum in princ. ſuorum conſ. quidquid alij ſcripſerint, & inter ſe controuertant: Nihilominus, quia hæc vniuerſalis reſolutio, quamuis iurididica, nimis dura, & aliorum traditionibus inter nos forſan magis receptis non correſpondens videri poterit, neque a communibus noſtrorum traditionibus deuiando, ij Reuerendi Monachi ſaltẽ eo mo-

do,

do, quo inſtar cæterorum laicorum præſupponitur, grauari nequaquam poſſunt.

2 Ad cuius reſolutionem conſiderandũ puto,† ꝙ munerũ quædam ſunt perſonalia, quędã merè realia, quędã verò mixta, vt l.reſcripto. §. ſciendũ, l.fi.ff.d mune.& hono. & habetur per Bar.Iaſ.& alios in l.placet,C.de ſacroſ.Eccl.

3 Et quoad perſonalia, dubium non eſt, † quòd ij Reuerendi Monachi ad illa aſtringi non poſſunt, cum ab huiuſmodi perſonalibus muneribus Eccleſia, & perſonæ eccleſiaſticæ penitus immunes,& exemptæ reperiantur, c. 2.de immun. Eccleſ. d. l. placet, & ibi Iaſ. ante num.4. Capra reg.96. num.15.& ſeq. Natta conſ.280.nu.5. Burſat.conſ.
4 42. col.1. & ſeq. & proinde, cum † prouiſio ſalarij Prætoris, Medici, & cæterorum Officialium munus perſonale reſpiciat, ſicq́. illius diſtributio per capita fieri debeat, pro tali onere Reuerendi Monachi grauari non poſſunt, cum exempti reperiantur, Bart. l.1. num.23. C.de mulier. & in quo loco lib. 10. Alex. conſ. 68. num.3. lib. 2. Ruin. conſ.111. ante num.12.lib.5. Bello.conſ.12.num.8. Ludo. Catt.conſ.740.num.12. inter conſ.Rimin. ſen. lib.4. Burſ.
5 conſ.16.num.17. 27. & 31. vbi idem dicit † pro onere, vt vulgo dicitur, Guaſtatorum, neque ad talia munera, puto Communitatem vllo modo aſpirare.

6 † Merè realia ſunt, quæ principaliter rei incumbunt,& iſtud eſt propriè tributum, ſeu cenſus,quod, vel qui, Prin-
7 cipi, ſeu Domino ſingulis annis præſtatur; Nam † Romanorum tempore in ſingulis Prouincijs omnia prædia deſcripta erant,vt ex quocuuque prædio tantum ſingulo anno Imperio præſtaretur, præterquam ex prædijs Italicis, quæ tributo non ſubiacebant, vt præcæteris tradit Iaſ.d.l. placet, num.5. in prima lectu & in 2. num.6. C. de ſacroſ.
8 Eccleſ. † & id onus ad Eccleſiã quidem tranſit,& per eam agnoſci debet,d.l.placet,& ibi Iaſ.in prima lectu num.17. & in ſecunda, num.20. vbi ait, in hoc neminem diſcrepare, quod onus prædiale dicitur, l. indictiones, C. de ann. & trib. lib. 10. Capra alleg. reg.96 nu.40 Bello.conſ.40. num.1. Burſ.conſ.42. num.7.& licet ſint, qui velint, vt de huiuſmodi muneribus merè realibus tractandum non ſit,

tum

tum quia de iure Italica prædia non ſunt tributaria, tum quia talia tributorum onera ceſſarunt, Romano Imperio ceſſante, & quæ ſuperuenerunt noua onera ſunt, licèt ad ſimilitudinem iſtorũ inuẽta ſint, vt docet Caſtren. in d. l. placet, num. 4. ad finem, cum ſeq. Abb. c. non minus, nu. 5. de immunit. Eccleſ. Alex conſ. 68. nu. 2. lib. 2. Io. de Amic. conſ. 146. num 5. Ruin. conſ. 117. nu. 3. lib. 4. conſ. 3. ante
9 nu. 7. lib. 5. † Nihilominus iſtud exẽplificari poteſt in cenſu, ſeu imbotatu, qui ſingulo anno Domino præſtatur, & ſeruatur (vt audio) in Oppido Boſchi, vt non obſcurè tradit Calder. conſ. 18. in fine, de regular. Iaſ. d. l. placet, 2. lect. num. 6. Alex. alleg. conſ. 68. nu. 2. Necnon reperitur in refectione itineris ante domũ; item in purgatione putei, qui eſt in vicinia, Abb. d. c. non minus, num. 5. & in conſ. 3. col. fin. lib. 1. vbi inquit, quòd communis theori-
10 ca Docto. vtriuſq; iuris vult, † quòd bona Eccleſiarũ non tenentur ad aliqua onera mundana, niſi prius facta fuiſſent tributaria, ſeu cenſualia, antequam ad Eccleſiam veniſſent: ita qđ ſoluiſſent certum tributum, vel cenſum; aliter nõ tenentur, quamquam priores poſſeſſores prius ſoluiſſent. Ludou. Catt. conſ. 740. num. 12. verſ. Aliquod, quod ſit, inter conſ. Rim. Senioris. Verum Reuerendi Monachi cenſum, qui Dño debetur, ſoluere nunquam recuſarunt: igitur Communitas Boſchi non habet, de quo circa hanc ſpeciem munerum conqueratur.
11 Mixta verò † munera ſunt, quæ partem capiunt a reali,
12 partem à perſonali, & cum † hæc imponantur perſonis, pro rebus, Eccleſiæ ab eis ſunt immunes, cum illæ, & earũ erſonæ laicorum iuriſdictioni non ſubiaceãt, vt hoc idem explicat Iaſ. d. l. placet, num. 4. & ſeq. in 1. lect. & nu. 20. in 2. Alex. alleg. conſ. 68. num. 2. Capr. d. reg. 96. num. 13. & ſeqq. Burſat. conſ. 42. num. 7. Bello. conſ. 40. num. 3. vbi
13 inquit, † quòd Eccleſia non tenetur ad aliquod onus mixtum, quia cũ imponatur perſonæ pro rebus, & perſona
14 ſit priuilegiata, ei imponi non poteſt; ſubijciens, † quòd ſi res priuati, quæ ſolita erat collectari, tranſeat ad Eccleſiam, efficitur immunis. Hinc Remig. tract. de charit. ſubſid. q. 66. ad ſi ex Antib. inquit, quòd hodie expeditum

eſt de

eſt de iure, quòd Eccleſia, & eccleſiaſticæ perſonę ad collectas, & exactiones etiam pro bonis, nouiter acquiſitis, non tenentur, Ludou. Catt. alleg.conſ.740. num. 12. Imò ſtatim quo res tranſit ad Eccleſiam, a regiſtro eximitur, Feſtas tract.collect.4.part.c.1.num.3.& ſeq. ac num.50.& ſeq. etſi ſint, qui contrarium velint; ſed (vt ipſe ait) ita tranſeunt Canoniſtæ, & Iuriſtæ: In idem Natta conſ. 280. num.5.& clarius cæteris Ruin. alleg.conſ.117.nu.3.& ſeq. lib.4. conſ.111. num.9. lib.5. Rip. in 1. reſponſ. num.1.& 2. de muner.& honor. Alba. conſ.8.num.1. & 6. Bero. cōſ. 31.ad fin. lib.1.& Euer. quoq; conſ.42. num.25. & ſeq. vbi inquit, quod licet olim laici recipientes collectam a clericis, etiam voluntariè ſoluentibus, pœnam excommunica-
15 tionis incurrerent, † hodie tamen non incurrũt, niſi duobus concurrentibus. ſ. quod ab inuitis petantur, & extorqueantur collectę, & moniti, vt deſiſtant, non obtemperent; ſubijcit tamen, vnicam monitionem ſufficere, extorqueriq. eo ipſo, quod præcedit laicorũ petitio, & ſubſequitur ſolutio Clericorum.

Et ſub hac tertia ſpecie omnia ferè onera continentur, quæ in Oppido Boſchi occurrunt, poſteaquam dempto cẽſu, qui Domino ſoluitur, aliqua non exiſtunt, quæ in vim tributi ſoluantur; & ſic quæ merè realia ſint. Et ſi dicatur, quod onera reperiantur, quæ perpetuã & vniformem præſtationem habent, & quæ a Principe dependent, vt potè, onera taxarum equorum, menſualis cum earum duplicatione, quæ ab antiquo inter ordinaria aſcripta videntur, necnon onus præſidiorum militum, quod ordinarium factum videtur, ad quæ per conſequens Eccleſia cenſetur obligata, d.l.placet, & ibi Bart.C.de ſacroſ. Eccleſ. Capra alleg.regul.96.num.40.& ſeq. Burſat.alijs relatis conſ.42. num.7.

16 Animaduertendum puto, † quòd primo loco diſtinctio hæc, quæ fit de ordinarijs, & extraordinarijs, ſublata reperitur per tex. in Authen. item nulla Communitas, C.de Epiſc.& Cler. vt poſt Bart.& alios animaduerterit Iaſ. in d.l.placet, num.17.in prima lect. & in 2. num.20. atteſtãs de communi Legiſtarum, & Canoniſtarum.

17 Item

17 Item † propoſitio illa, quæ fit, qđ Eccleſia ad ea onera
ordinaria teneatur, quę Principis authoritate indicta ſũt,
ac perpetuam, & vniformem præſtationem habent, quaſi
talia onera ex hoc rei ſint annexa, vt in eam trãſeant, ita
18 generaliter concepta, non eſt bona, nec recipienda, † niſi
ſint onera merè realia, veluti cenſus, & tributum, quæ ſo-
la ad Eccleſiam tranſeũt; ita ſanè tradit Euerar. in alleg.
conſ.42. ante finem, verſ. Ad ſecũdum verò, vbi huiuſmo-
di aſſumptum aduerſus Eccleſiam factum, vt illa ſolum
ab extraordinarijs muneribus ſit exempta, non ab or-
dinarijs, quæ Principis auctoritate indicta ſint, ac perpe-
19 tuam, & vniformem præſtationem habeant, † Reſpondet,
falſum eſſe aſſumptum, quod Eccleſia ab extraordinarijs
tantum ſit exempta, non ab ordinarijs; cum etiam ordi-
naria ſint munera, a quibus Eccleſia reperitur exempta,
vt ab angarijs, & perangarijs, & ab alijs, vt ipſe probat:
ſubijcens, vehementer errare, qui illam vniuerſalem ſu-
ſtinent, quod Eccleſia ad omnia ordinaria obligata repe-
20 periatur, † cum ſolũ aſtricta ſit ad tributa, & cenſum, quæ
merè realia ſunt, & ab ipſis rebus, ac nullo modo a perſo-
nis debita: ad alia autem onera nequaquam reperitur o-
bligata, niſi in ſubſidium; Et proinde vult ipſe Euerar. ꝙ
Doct. in c. non minus, de immunit. Eccl. & alibi hanc qui-
21 dem vniuerſalẽ ſteram ponunt, † quod Eccleſiæ, & earum
Clerici ab omnibus oneribus ſunt exempti, demptis caſi-
bus in iure expreſſis, ab eo ibidem annotatis. In idem cõ-
uenit Abb. in conſ.3. col. fin. in prin. lib.1. vbi inquit, qđ
22 communis theorica Doct. vtriuſq; iuris vult, † quod bo-
na Eccleſiarum non tenentur ad aliqua onera mundana,
niſi prius facta fuiſſent tributaria, ſeu cẽſualia, antequam
ad Eccleſiam veniſſent, quia ſoluiſſent certum tributum,
vel cenſum; aliter non tenetur, licet priores poſſeſſores
ſoluiſſent. Hoc idem ſentit Capr. alleg. reg.96. num.37.
& ſeq. vſq; ad 50. exemplificando in tributis, quæ ſingu-
lis annis indicuntur, ac in decimis prædialibus, quæ one-
ra prædialia dicuntur; ſubiungens id procedere, vbi talia
onera a lege, vel a Principe impoſita eſſent. Ecce, quomo-
23 do Capra, vltra quod ſint ordinaria † (quę ex eo fiunt, ꝙ

a lege, vel a Principe veniunt, Bart.l. 1. C.de vacat. mun. pub.l.vnic.num.40.C.de mulier.& in quo loco,lib. 10.& in
24 l.ſi qui, nu.5.ff de iure immunit.) † vult requiri, quod ſint merè realia, ſicq; tributaria, vel cẽſualia, ad hoc, vt ad illa teneatur Eccleſia. Hoc quoq; ſentit Vaſc.de ſucceſ. cre
25 at. lib. 1. §. 10. num. 652. & ſeq. † vbi poſteaquam firmauit Eccleſiam, & Clericos pro eorum bonis ab omni munere eſſe immunes, ſubiungit, id intelligendum eſſe, niſi onus rei annexum eſſet, adeo quod, & ipſe de onere merè reali loquutus eſt; ſic ēt de onere merè reali ordinario iam impoſito, antequam prædium ad Eccleſiam tranſiret, loquitur Burſat. qui nonnullos ex præalleg. citat conſ. 47 nu. 7.
26 ſed ante eos, † vt ad onera merè realia, & tributaria Eccleſia tantum teneatur, explicitè de re iam deſcripta in cataſtro, loquitur Bart. in conſ. 180. ad finem, vbi omnia contraria, per quæ videtur, vt Eccleſia teneatur, vult reſolui, vt loquãtur in prædijs tributarijs, & oneribus merè realibus. Hoc idem non obſcurè prodit Bald. in l. fin. numero 2. C. ſine cenſi. vel rel. dum loquendo de ordi-
27 narijs, dicit, † eſſe pẽſitationes, quę prædijs imponuntur, quæ propriè tributa dicuntur: animaduertens, non omnia quoque dici tributa, niſi quæ præſtantur ex re, propter rẽ; quæ verò p̃ſtantur a perſona propter perſonam, vel a perſona propter rem, licet ex generali ordinatione, quandoque veniant, ſicut ordinaria, non tamen ſunt tributa, ſed vel perſonalia, cum a perſona propter perſonam, debentur, vel mixta, cum debentur a perſona propter rem: Ecce quomodo ſunt onera ordinaria præter merè realia, vt ſunt tributa, veluti mixta, & perſonalia, ad quæ Eccleſia
28 non tenetur, vt ſupra diximus. † Hoc itidem, vt Eccleſia teneatur, debeat onus ordinarium eſſe merè, ſeu totaliter reale, tradit, & obſeruat. Parpal. in alleg. l. placet, nu. 102, & ſeqq. vbi etſi dicat, ordinarium eſſe, quod a ſuperiore venit, & eſt vniforme, & perpetuum, ad illudq́. Eccleſiam tenetur; vult tamen illud de merè realibus eſſe, atque vocari tributum. Iſtud idem vult Alba conſ. 8. num. 2. quatenus concluſionem firmando, Eccleſiam teneri ad tributa, & ad omnia onera perpetua, & vniformia, quæ affixa

ſint rei, contentus non fuit, vt ad onera perpetua, & vniformia (quæ ordinaria dicuntur, vt Parpaſ. vbi ſupra animaduertit) Eccleſia teneatur; ſed adiũxit, quæ affixa ſint
29 rei, quæ merè realia ſunt. † Demum, quod non ſufficiat, vt munus certam, & perpetuam præſtationem habeat, ad hoc vt tranſeat iñ Eccleſiam, ſed opotteat, quod ſit ordinarium, & merè reale, ſicut tributũ, quale in prædijs Italicis non reperitur, non obſtante, quod onus ſit perpetuum, & vniforme, & res aſcripta in æſtimo, & conſueta colllectari pro ſolido, & libra; etiam ſtãte ſtatuto, quòd omnia bona ſint tributaria, vel pro onerib. obligata, necnon ſubſiſtente conſuetudine, vt bona poſita in æſtimo ad Eccleſiam, ſeu eius Clericos, cum onere tranſeant, vt in pleno conſ. tradit Ruin. 117. lib. 4. vbi hæc omnia reſoluit, cuius dicta tranſcribere non expedit, cum apud eum videri poſſint, vt illa in effectu repetit conſilio 4. num. 9. 12. & ſeqq. lib. 5.

Et ſi dicatur, vt omni occurratur difficultati, quod ex eo, quod bona, de quibus agitur, antequam ad Eccleſiam peruenirent, antiquitus allibrata, & deſcripta reperiebãtur in perpetuo æſtimo Communitatis Boſchi, ſecundum quod per æs, & libram ſit munerum diſtributio, tanquam affecta, & hippothecata hiſce oneribus vti merè realibus tranſire debeant, ad quemcunque vadant, vt conſequentiam hanc feciſſe videtur Bero. conſ. 150. num. 29. & ſeq.
30 lib. 3. † Reſpon. (vt etiam ex ſupra relatis conſtat) quod onus verè reale, quod ad Eccleſiam tranſit (cũ aliud non concedatur poſſe tranſire) non dignoſcitur ex ſimplici deſcriptione in æſtimo, ſeu cataſtro, & ex illius diſtributio-
31 ne per æs, & libram, † ſed ex eo quidem diſcernitur, quod
32 ipſis reb. principaliter indictũ ſit, † ſicut eſt tributum, ſeu cenſus, vel quid aliud ſimile, vbi reperiatur, quod pręſtetur ex eo, quod percipitur ex ipſa re, veluti eſt imbotatus, vt magiſtraliter declarat Bart. in l. 1. num. 37. C. de mulie.
33 & in quo loc. lib. 10. vbi ait, † illud tripliciter contingere; Quia quandoque inducitur ipſi rei de eo, quod faciendum eſt in ipſa re, ſeu de re ipſa, vt quod nauis, vel ſeruus, aut equus in Reipubl. ſeruitium vadat, hoc. n. ſit de re ipſa.

 Nec-

Necnon quod milites hoſpitetur in domo, hoc enim fit in ipſa re. Quandoque munus imponitur ſuper eo, quod ex re percipitur, vt quod detur tertia pars fructuum. Quandoque imponitur ipſi rei de eo, quod non fit ex ipſa re, nec in re, nec de eo, quod percipitur in re, ſed eſt omnino extra rem, vt quando certa penſio pecuniæ annuatim præſtatur; & cum hac Bart. Doctrina omnes tranſeunt, in d. l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. Abb. & alij in c. non minus, col. 4. de immunit. Eccleſ. Sic in ſpecie Bart. in repet. d. l. placet, nu. 29. quærens quomodo merum a mixto cognoſcatur, reſpond. ex qualitate muneris, cum munus eſt intrinſecum ipſius rei, non a re. In idem Bald. in l. fin. nu. 2. C. de cenſib. cuius ſupra meminimus, Ruin. d. conſ. 3. n. 7. lib. 5. Silua. conſ. 32. nu. 13. & licet materialiter onera realia ſint, cum pro modo facultatum imponuntur, formaliter tamen ſunt onera perſonarum, Natta conſ. 149. nu. 4.

34 Vnde † vera nequaquam eſt cōcluſio illa, quod deſcriptio rei in æſtimo onus merè reale conſtituat, quod rem ſequitur, cum ad Eccleſiam tranſit, quod demonſtratur ex Bart. in alleg. repet. l. placet, num. 29. vbi in dignoſcendo merum a mixto, vult, ex forma iuriſdictionis tunc cognoſci mixtum eſſe, quando ſtatutum diceret, vt omnes Comitatiui ſoluant decem pro ſuo æſtimo, cum ex ſui forma non niſi ſubditis ſit indictum, & ſic Bart. permittit munus eſſe mixtum, non obſtante, quod ad eſtimum diſtributio
35 fiat. † Immò, vt ſubijcit, ex muneris qualitate dignoſcitur merum, quando eſt munus intrinſecum ipſius rei, non
36 autem ex re, † igitur non eſt vera concluſio, quod deſcriptio in perpetuo æſtimo vnà cum diſtributione per æs, & libram faciat onus merè reale. In idem magis explicitè
37 Barb. conſ. 180. † vbi in ſpecie loquens de prædio in æſtimo deſcripto, ſeu allibrato, determinat, quòd eo ad Eccleſiam translato, illa non tenetur, niſi ad onus merè reale, vt eſt tributum, ad reliqua onera nequaquam: Vnde Bart. ſuper deſcriptione vim non facit, vt res cum onere ad Eccleſiam tranſeat, ſed tantu, quod onus ſit merè reale, Bald. d. l. placet, nu. 5. Immò ſunt, qui referendo Bart.
38 dicunt, † quòd eo ipſo, quo res æſtimata tranſit ad Eccle-

ſiam,

ſiam, ab æſtimo communis eximitur. Felyn. c. Eccleſ. S. Mariæ, num. 77. de conſt. Bello. conſ. 40. num. 3. Feſtaſ. tract. collect. 4. par. c 1. nu. 5. 52 & 53. referens, ita a patribus vtriuſque iuris eſſe receptum, Balb. in conſ. inſerto poſt deciſ. 68. Cacher. nu. 24. D. Surd. conſ. 262. nu. 35.

39 † Sic etiam, quòd res deſcripta in æſtimo, pro ſolido, & libra, ad Eccleſiam cum onere ſuo non tranſeat, poſt antiquos obſeruat Capra alleg. reg. 96. nu. 60. & ſeq. vbi vult, id quoque procedere, etiam quod ſtatutum dicat, vt pro collectis bona remaneant obligata, quia Eccleſia adhuc non tenetur, niſi pro præteritis nondum ſolutis, quod venit ex vi ſtatuti, & deſcriptionis, alioquin etiam pro præteritis Eccleſia non teneretur. In idem Siluan. loquens de re æſtimo deſcripta, vt ex eo ſolo Eccleſia non teneatur, conſ. 32. col. 1. 3. & 5. necnon Natta conſ. 149. num. 4. quatenus ex Bald. refert, etſi collectæ, quæ pro modo ſubſtãtiæ imponuntur, & vulgares appellant, per ſolidum, & libram, materialiter ſint realia: ſunt tamen formaliter onera perſonarum ſubiectarum, ſicq́. mixta. Ita etiam, quòd res deſcripta in æſtimo, & conſueta dari pro ſolido, & libra ad collectas, in Eccleſiam non tranſeat, niſi cum onere tributi merè reali, etiam quod onus collectarum ſit ꝑpetuũ, & vniforme, explicitè tradit, & obſeruat Ruin. alias relatus alleg. conſ. 117. ferè per tutum, lib. 4. & non nihil etiam conſilio tertio, nu. 8. & ſeq. lib. 5. vbi nonnulla oppoſita tollit, & in ſpecie vim ſtatuti tacitè, vel expreſsè diſponentis, quòd bona pro oneribus cenſeantur obligata, & conſ. 117. nu. 8. circa medium, aſſerit, pro tempore, quo res apud Eccleſiam reperitur, contra eam non habere locum hypothecã, cum ſtatutũ videatur factum in fraudem:

* licèt ſint, qui contrarium velint, ſed communis * opinio

40 ſic ſe habet, & ita etiam ex Ruin. & alijs † deſcriptio, ſeu regiſtratio bona oneri reali non afficiat, ita vt ad Eccleſiam cum onere illo ambulent, obſeruat Crauet. conſ. 642. num. 4. Teſſaur. deciſ. 134. num. 5.

Ex quibus conſtat, non curandum de illo generali dicto Beroi conſ. 150. num. 29. & ſeq. lib. 3. dum voluit bona deſcripta in æſtimo adeo affecta, & hypothecata eſſe, quòd

cum

cum annexo onere, quando eſt perpetuum,& ordinarium, ad quemcunque tranſeant, etiam quod ſit Eccleſia, vt ſupra dixit, num. 19. Quia Bero. in hoc inconſideratè (pace eius dixerim) loquutus eſt, vt ex traditis per Ruin. cum alijs ſuperius adductis eſt videre. Vltra quòd Bero. loquitur in caſu oneris merè realis, & rei affectæ tributariæ ex ſtatuto, vel ordine Principis, cuiuſcemodi caſus noſter nō exſtat, cum nullus ordo, nullumuè decretum hic adſit, quo res facta reperiatur tributaria, quæ expreſsè facta ẽẽ debet. Alba conſ. 8. num. 5. etſi talis expreſſio nullo quoque præiudicium Eccleſiæ afferret, vt ibi etiam docet Alba, & Silua. conſ. 32. num. 11. prout nec ordinem habemus, qui hypothecã inducat, quæ & ipſa expreſſã eſſe debet, vt tradit Crauett. conſ. 872. num. 4.

41 Sed quicquid ſit in laicis, de quibus conſuluit Bero. † in Eccleſia, & perſonis ei ſeruientibus; deſcriptio, & diſtributio oneris, etiam perpetui, & ordinarij rem non afficit, vt cum onere tranſeat, niſi ſit merè reale eo modo, quem iam retulimus, vt ex Bar. Ruin. & alijs tradidimus, vt caſum laicorum, ab Eccleſia diſtinxit ipſemet Bero. vbi ſupra, num. 38. & ita etiam in caſu ciuium laicorum loquitur Feſtaſ. de collect. 4. par. c. 3. num. 26. & ſeq. cum in Eccleſia, & eius perſonis, idem Feſtaſ. in præced. c. num. 50. & ſeq. iam firmaſſet, ſecundũ Canoniſtas, & Legiſtas cõmuniter, bona deſcripta non ita oneribus affecta, vt cum eis ad Eccleſiam tranſeant, & ita etiam contra Eccleſiam non audet firmare Natta conſ. 515. vt monet etiam Teſſa. deciſ. 254. nu. 15. qui & cum hac opinione vti communiori, & tutiori tranſit, dicens etiam tranſiuiſſe Senatum, & rationẽ diuerſitatis inter Eccleſiã, ſeu eius Clericos, & laicos, aſſignat Euer. conſ. 42. num. 56. & ſeq. quia in laicos, etiam quod ſint forenſes, ratione bonorum Domini temporales iuriſdictionem poſſunt habere, declarandi, & ordinãodi talia onera fore ordinaria, & rei affecta, ad quẽcunque traſeant: at ſecus in Eccleſiam, ſeu eius Clericos, aduerſus quos nullam habent iuriſdionem. Eandem quoque rationem tradit Bero. d. conſ. 150. num. 38. & quidem magis explicitè Card. Alban. allegat. tract. de immunit.

Eccl.

Digitized by Google

Ecclеſ. num. 82. & ſeqq. & num. 91. & ita etiam ipſemet Berõ. de magis cõmuni pro Eccleſia ſupra atteſtatus eſt, num.5. vt verè ſe habet, prout ex ſupra relatis eſt videre, & prout idem quoque Bero. alibi voluit conſ.31. num.10. & 29. lib. 1. quatenus hic non contentatur, vt onus ratione rerum impoſitum eſſet, antequam ad Eccleſiam perueniſſet: ſed requirit, quod merè ſit reale, impoſitum rebus pro ipſis rebus, iuxta allegatam doctrinam Bart. in d.l.vnic.&c.

Adeoquod cũ dempto cenſu, qui Domino ſoluitur, non appareat, quod onera, quæ per Cõmunitatem Boſchi prętenduntur, merè ſint realia, ad modum per Bart. relatum, Eccleſia Cartuſiæ Genuæ, ſeu eius Reuerẽ. Monachi pro bonis nunc acquiſitis grauari non poſſunt; ſed immunes præſeruari debent: immò bona ab æſtimo, quo deſcripta reperiuntur, leuari debent, & benè facient Boſchenſes ita acquieſcere, vt mulctã tripli, & damnum Imperiale, quibus ſubijciũtur, euadant, Auth. item nulla Communitas, C.de Epiſc.& Cler. & obſeruat Feſta.de collect.4. par.c.1. in princ.

42 Sed magis ad indiuidua deſcendendo, † cum ſermones (vt inquit Philoſ. apud Aret. conſ. 13. in princ.) circa vniuerſalia ſint faciliores, circa particularia autem veriores: Immò, vt ait I. C. in l. item apud Labeonem, §. hoc

43 edictum, ff.de iniur. † quæ generaliter fiunt, niſi ſpeciali-

44 ter notentur, quaſi neglecta videntur; † omnes præſtationes, quas Boſchenſes ſibi deberi prætẽdere poſſunt, ad ſex, ni fallor, ſpecies reduci poſſunt.

Aut enim illæ ex ſoluendo ſalario Prætoris, & aliorum ſeruientum prouenjunt.

Aut pro buccis, ſeu capitationibus diſtribuuntur.

Aut ad occurrendum contingenti Reip. neceſſitati indicuntur, quæ nullam certam, perpetuamq. formam habeat, ſed quandoque plus, quandoque minus, vt imminẽs neceſſitas fert, exiſtunt.

Aut pro onere taxarum equorum.

Aut pro Menſuali.

Aut pro militum hoſpitatione, eorumuè impedimẽtis, vul-

vulgò, *Bagaglijs*, conducendis prouenire poſſunt.
45 Primam ſpeciem capiendo, † iam ſupra ab initio diximus, verſ. Et quo ad perſonalia. cum huiuſmodi onus ſit perſonale a quo Eccleſia, & eccleſiaſticę perſonæ omnino ſunt immunes: nam cum illius diſtributio per capita fieri debeat, Communitas hac de cauſa a Reuerendi Monachis nihil prætendere poteſt, Bar.d.l.vnica, num.23. C.de mulier. & in quo loc.lib.10.Alex.conſ.68.nu.3.lib.2.cum alijs ſupra deductis.
46 † Eodem iure, & regula continetur ſecunda ſpecies o-
47 neris buccarum, ſeu capitationis, † quale extat onus ſalis, quod pro qualibet bucca, ſeu capite perſonarum, aut animalium diſtribuitur, vt dicit Boſſ. tit. de Principe, ante
48 nu. 101. † vt cum tale munus ſit perſonale, non ſubijciatur ei Eccleſia, nec eius perſonæ, quæ liberæ ſunt, l.ſacroſan. Eccl. Cald. conſ. 2. col. 2. de cenſib. Burſat. conſ. 42. num.5.& 6. Remig.de charit. ſubſid.q.61. Ab hac ſpecies
49 oneris liberi quoque, & exempti remanent coloni, quamuis partiarij, cum non minus, quàm eorum domini.l.Eccleſia,& eccleſiaſticę perſonæ ab oneribus perſonalib. ſint exempti, Burſat.conſ.25.col.1.& ſeq. & conſ.42.num.14. 16.& ſeq. Alba conſ.441. num. 14. Pariſ.conſ.25. num.10. lib.1. Eugen.conſ.96. Decia. conſ.51. num.42. lib.3. Caroc. de locat.& cond.4.par.tit.de collect. nu.40. Io.Botta conſ.87. num.2.24.25.& ſeq. inter conſ. Rimin.Sen. lib.4. & Lud.Catt.conſ.74 num.5. & ſeq. & clarius, nu 12. & 13.
50 inter ead.Rim, conſilia. † Præterquam in aduentu Principis, vbi angarias,& perangarias ſubire debent, & non vltra, Abb. poſt Innoc.& Butr. in c. non minus, num. 14. de immunit. Eccleſ.cum quo tranſit Natta conſ.409.num.8.
51 Remig. de charit.ſubſid.q.59. nu. 26. vero. † Quo ad tertiam ſpeciem eorum, quæ pro imminenti neceſſitate, ſecundum caſum contingentes, imponuntur, quæ extraordinaria dicuntur, ad hæc quoque dubio procul Reuerendi Monachi non tenentur, quæ propriè collectæ appellantur, quia cum cauſa iſtorum onerum eueniat tempore, quo res facta Eccleſię, a iuriſdictione imponentis libera reperiatur, grauari non poteſt, Bart. l.reſcripto, §.ſciendum, nu. 4.ff.

4.ff.de mun.& honor.conſ.180.per totum, lib.1. Abb. d.c. non minus, num.16. de immun. Eccleſ. conſ.53. in 1.dub. lib.1.conſ.13.col 2.lib.2. Cald.conſ.18.ad fin. de regular. Ang.conſ.24.Fel.in c.Eccleſia S. Mariæ, num.77.de conſt. Ial.d.l.placet, in 2.lect. num.5. Alex. conſ.68. col.1. lib.2. Io. de Amic.conſ.146. Pariſ. conſ.25.num.5. lib.1. Bello. conſ. 40. num. 3. vbi atteſtatur de communi Nicol. Euer. conſ. 30. in 4. dub. & conſ. 42. per totum, Siluan. in pleno conſ.32. Alba conſ.8 col.1. Feſt.tract.collect.4.par.c.1 in princ.& circa finem, & c.2.nu.87. & ſeq. vbi inquit, quòd cũ hæc opinio ab oĩbus ſit recepta, de ea hæſitandũ nõ eſt; Ru n. alleg. ſæpè conſ. 117. per totum, lib. 4. conſ. 111. num.8. & ſeq. lib.5. Natta conſ.280. num.5. ab his quoq; non diſſentit Bero.alleg.conſ.150.ante num. 20. 31.44. & ſeq.lib.3. & magis apertè conſ.31.num.15.& ſeqq. lib.1.& vix reperitur, qui ab hac concluſione diſſentiat. Sub qua quidem ſpecie comprehẽditur onus, ſeu collecta, quę imponitur pro mittẽdis operarijs, vulgò, Guaſtatoribus dictis, ad exercitũ, ſeu ad Ciuitatis foſſas reficiendas, Burſ. conſ.16.num.17. & 27. & ſupra etiam diximus.

51 † Et licet inter hæc onera, aliqua forſan occurrere poſſent, ad quæ Eccleſia, ſeu Reuerendi Monachi prætendi poſſent obligari, vtpotè impoſita, ſeu imponenda ob publicam vtilitatem, ſeu vrgentem neceſſitatem, quæ cum promiſcuam vtilitatem concernant, tàm perſonarum Eccleſiaſticarum, quam laicarum, ad illa omnes tenentur, tàm Eccleſiaſtici, quàm ſæculares; veluti eſſe poſſunt, quę vt plurimum fiunt in excauatione, & purgatione foſſarum Ciuitatis Alexandriæ, & in reſtauratione pontium, & viarum, & in purgandis aquæductibus, vt l. ad inſtructionem. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. ad reparationem, C. de aqueduct. lib.11. Alex conſ.68. num.13. vbi atteſtatur de magis cõmuni, lib.2.Rip.tract.de peſtis, tit.de muner.& hono.in 2. dub. vbi poſteaquam retulit, Eccleſiam teneri ad impenſam, quæ in reſtaurationem murorum, pontium, viarum, ſimilium fit; concluſionem generalem ponit, quòd vbicũque de vtilitate Clericorum, & laicorũ ſimul, & æquè principaliter tractatur, Eccleſia, & eius Clerici contribuere

Q tenen-

Digitized by Google

tenentur. Idem alijs relatis firmat Feſtas alleg.c.1.4.par. num.15.cum aliquot ſeqq.vſque ad 46. Cacher. re ad partes diſcuſſa, deciſ.68. in 1.artic Regim. de charit. ſubſid. q.62. nu. 36. cum infinitis ſeqq. vbi num. 119. dicit, hanc communiorem, & æquiorem.

53 † Nihilomagis Eccleſia,& eius Reuerendi Monachi,ad huiuſmodi impenſas grauari poſſunt: quoniam in primis Eccleſia,& eius Sacerdotes de iure ciuili, & magis de iure Canonico ad huiuſmodi impenſas reſtaurationis murorũ, pontium, viarum, & ſimilium aſtringi non poſſunt, c.non minus, loquens in ſpecie de foſſatis, de immun. Eccl. cum alleg. l. ad inſtructionem, remaneat correcta per Authẽ. item nulla Communitas, C. eod. de ſacroſ. Eccleſ. vt ibi ob ſeruant. glo.& Bart.& in pleno conſ.tradit Abb.3.lib.1. vbi firmata concluſione iuribus, & authoritatibus; ſubijcit, quis ergo auderet oppoſitum conſulere, contra Religionem, cum non modica ſit ratio,quæ pro Religione facit? Caſtr. conſ. 423. col.2. verſ. Quædam aliæ, lib. 2. vbi ait, hanc partem ſecuriorem, Ruin.conſ.111. num.16.lib. 5. Euer.conſ.30.quæſt.4.poſt princ.& conſ.42.n.41. & ſeq. Burſat. conſ. 42. num.11. vbi refert in practica tutum non eſſe ab hac opinione recedere, maximè contra Religionem, cum non ſit parua ratio, quæ pro Religione facit.

54 Et vbi etiam contrariam opinionem ſequi velimus, illa non ita indiſtinctè locum habet, ſed tunc demum,quando huiuſmodi omnino neceſſaria eſſent,& ex facultatibus laicorum huic neceſſitati commodè ſuccurri non poſſet: & hoc etiam in caſu non propria laicorum authoritate, ſed conſulto Romano Pontifice fieri deberent, vt difficultatem reſoluendo tradit Euer. d. conſ. 30. ad fin.& conſ.42. in reſp. ad primum obiectum, verſ. Et ſuppoſita veritate:
55 ſubijciens. ab hac opinione non eſſe recedẽdum: † In idẽ conuenit Burſat. conſ.42. num.3. & plenè conſuluit Bero. conſ.31. lib.1. vbi num.13.& ſeq. vult, plura concurrere debere, ad hoc, vt Eccleſia, ſeu Eccleſiaſtici ad reſtaurationem murorum, pontium, viarum, & ſimilium teneantur. Primum,quòd adſit magna neceſſitas; ſecundũ, communis vtilitas, vel ſaltem pietas; Tertium,quòd ad huiuſ-

modi

Digitized by Google

modi onus laici non ſufficiat; Quartum, quòd ad hoc onus imponendũ totus Clerus vocetur, vt conſentiat. Quintum, quod imponatur Summo Pontifice conſulto. Sextũ, quòd Eccleſia, ſeu Clerici ad onus ſoluendum a ſolo Epiſcopo, aut ab alio ſuo Eccleſiaſtico ſuperiore cogantur. In idem concurrit Cap.reg.96.num.76.& ſeq. licet ad quattuor ſe tantum reſtringat, & Alb.conſ.8.num.22. Rip. vbi ſup. num.236. Quinetiam nec omnis neceſſitas ſufficit, ſed eſſe debet euidens, præciſa, & imminens, & talis, vt non aliter Status conſeruationi, atque diſcrimini prouideri, & occurri valeat, Burſ.conſ.16. num.76.& ſeqq. cui adiungi poteſt Crauet.conſ.603.num.2. & latius conſ.702. nu.23. & ſeq. vbi vult, de hoc aliter, quam Principis teſtimonio conſtare debere, & Ludo. Catt. conſ.740. num.7.& ſeq. & to.11. inter conſ. Rim.Sen. lib.4. prout etiam in caſu extremæ, & imminẽtis neceſſitatis, & vbi aliunde citra Reipub. diſcrimen prouideri non poſſit, neque laicorum facultates ſuppetant, vt loquitur Cacher. alleg. deciſ. 68.& ibi ſæpè commemoratio habetur, & in conſ. ſeq. in 2.& 7. artic.

56 † Quo verò ad quartã ſpeciem oneris.ſ.taxarum equo-
57 rum, † etſi illud inter munera ordinaria aſcribi poſſe videatur, ſicq́. patrimoniale, perpetuumq́., & vniforme, ac
58 Principis authoritate inductum, † nihilominus cum merè reale non ſit, ſed mixtum perſonæ indictum pro rebus, vt nuncupatim obſeruat Bello.conſ.12.num.3.9.10.& 15.ad fin. & mixtũ quoque appellat Crauett. conſ.972. ante nu.
59 7. † Reuerendi Monachi huic mixto muneri ſubijci non poſſunt, a quo Eccleſia, & eius Clerici omnino ſunt immunes, præterquã a merè reali, vt ſupra, circa hanc eandem munerum mixtorum ſpeciem diximus, verſ. Mixta verò.

60 Quod adhuc clarius demonſtratur: † nam onus taxarũ equorum illius primæua cauſa inſpecta, ex militum hoſpitatione prouenit: cum.n.olim per loca Status Mediolan. diſtributi eſſent equi, & milites, vt inde alimenta, & fortè etiam ſtipendia acciperent, idq́. moleſtũ eſſet incolis, trãſactum fuit, vt tantum pecuniæ erogaretur, atque omnia ſibi ipſis ſubminiſtrarent, vt prodit Bello. conſ. 12. nu.3.

& Plot. cum eo in l.ſi quando, nu.27.C.vnde vi, vt ex cauſa etiam militum, & equorum tollendorũ; hoc onus profitetur. Grau. conſ.972. nu.7. quod & apud omnes paſſim receptum eſt. Sed ſi prima huius muneris origo,& cauſa,
61 ex militum hoſpitatione prouenit, † quæ eſt illa, quæ inſpici debet ad cognoſcendum quale ſit munus. non autem
62 præſens Status, † in tantum, quòd illud regulatur, ſecundum naturam eius,in cuius locum ſubrogatum fuit, Bart. l.vnica,nu.30.C.de mulie.& in quo loc.lib.10.l.4.§.actor, ff.de re iud. Bald.l.etiam, ad fin.C.de execut. rei iud. cõſ. 408.ad fi. lib.5. & cõmunem Doct.Theoricam dicit Bello. d. conſ. 12. num. 4. ita vt ad illud teneantur omnes ij, qui eo onere, in cuius locum ſucceſſit, grauari poterant,Rip. in 1.reſp.tit.de muner.& honor.nu.3.& 4.& d.l.4.in princ. num.30.31.ff.de re iud. & è conuerſo, qui grauari non poterant, non etiam teneantur, Rip.vbi ſup. Boſſ.tit.de Princip. & eius priuil. num. 101. Plot. in Indice ad d.l.ſi quando, ſuper Decreto, de onerib. ad fin. In idem explicitè Bero. conſ.150.num.50.lib.3. Burſat. conſ.16. num.75. & ante iſtos Neuiz. conſ.66.num.33. vbi ex Bald. & alijs inquit, quod ad hoc,vt cognoſcamus, vtrum poſſimus imponere collectam aliquibus, debemus inſpicere cauſam, propter quam imponitur: Adeo quod in facultate imponentium non eſt, illam ad eorum libitum imponere. Eccleſia autẽ cum ab onere hoſpitãdi milites fit immunis, l.1.C.de Epiſc.& Cler.c.1.de immunit. Eccl. Rip.alleg.1. reſp. nu.3. & infra etiam circa vltimam ſpeciem dicemus,
63 † non debet Eccleſia, vel eius clerici hoc onere taxarum equorum loco muneris, milites, & equites hoſpitãdi ſubrogari, grauari, prout ad milites, & equites recipiendos, hoſpitandoſuè Eccleſia, & clerici grauari non poterant, neque poſſunt. A quo principali onere hoſpitandi milites, ſi Eccleſia exempta eſt, ab eius quoque augumento præſeruãda venit, l. ſi ex toto, vbi Bar. Iaſ. & Rip. de leg. 1.& Plot.vbi ſupra, Alba conſ.62. nu.28. & Io.Botta conſ. 87.num.50.& ſeq.

Quinimò ex eo, quòd hoc munus auctũ, & duplicatum fuit, & ſperatur deficientibus oneribus illud minuendum

fore,

64 fore, † potius extraordinarium, quàm ordinarium cenſe-
65 ri debet, † ad quod Eccleſia citra difficultatem non tene-
tur, vt Euer. reſoluit, alleg. conſ.42. ad finem, verſ. Secū-
66 do ſuppoſito. † Quod adhuc comprobatur, quia cum hu-
iuſmodi augumentum ex neceſſitate, qua tunc Status Me-
diol. ſæuiente bello præmebatur, prouenerit, dicitur ſu-
perindictum, a quo, vt ab onere extraordinario, Eccleſia,
& perſonæ eccleſiaſticæ ſunt immunes, Bald. l. fin. nu. 4. C.
ſine cenſu vel rel. Roy. c. non minus, col. fin. de immunit.
Eccleſ. Abb. conſ. 13. col. 2. lib. 2. Iaſ. in repetit. l. placet,
num. 9. C. de ſacroſ. Eccleſ. Euer. d. conſ. 42. num. 15. Be-
conſ. 31. nu. 15. lib. 1. cum alijs ſupra adductis ad tertiam
ſpeciem, & in ſequenti quoq; dicemus.
67 Circa autem quintam ſpeciem oneris, ſcilicet, † men-
ſualis, cum ſit extraordinarium, & ita inter extraordina-
ria computandum eſſe, iam declaratum fertur per Quæſto-
res Ordin. redd. teſte Franc. Mar. Plot. in Scholijs ad Mar-
ti. Garr. Laud. conſ. 63. num. 13. nulla ſubeſt difficultas,
68 quin † Reuerendi Monachi eo nequaquam grauari vale-
ant, cum Eccleſia extraordinarijs muneribus non graue-
tur, vt iura ſunt manifeſta, & conueniūt Scrib. in l. placet,
C. de ſacroſ. Eccleſ. c. non minus, de immu. Eccleſ. c. cle-
ricis laicos, eod. in 6. Clem. 1. eod. & vtrobiq; ſcrib. Bart.
conſ. 180. num. 3. lib. 1. Abb. conſ. 53. vbi atteſtatur de cō-
muni vtriuſque iuris, lib. 1. & conſ. 13. col. 2. lib. 2. Ruin.
conſ. 117. num. 3. & ſeq. lib. 4. Alba conſ. 8. num. 1. Feſta.
tract. collect. 4. part. c. 1. num. 52. Euer. alleg. conſ 42.
ferè per totum, Bero. d. conſ. 31. num. 15. lib. 1. Natta
conſ. 203. num. 1. conſ. 280. num. 5. atque ita in ſpecie
69 obſeruat Franc. Mar. Plot. vbi ſupra. † Et vbi etiam ve-
limus, hoc onus naturā ordinariorum ſapere, ob certam,
& perpetuam præſtationem, quæ in eo eſſe videtur, adhuc
Eccleſia ab eo immunis præſeruari debet, Salic. d. l. pla-
cet, num. 5. Ruin. cum eo, d. conſ. 117. nu. 4. & conſ. 111.
num. 9. circa medium, lib. 5. & quia eſto, quòd id munus
naturam ordinariorū ſortitum dici poſſit, ex aſſumptio-
ne tituli perpetuæ præſtationis, quem accepiſſe videtur;
non tamen naturam merè realis conſequutum eſt, vt re-

qui-

quiritur ad hoc, vt Eccleſia teneãtur, vt ſupra abundè pbatum fuit. Minusq́. illius naturam conſequi potuiſſe dici poteſt, attenta primæua cauſa præſtationis illius, quæ fuit pro manutenẽdo exercitu extra Statum, ſicq́. temporalis, & ex militum hoſpitatione prouenienſ, a quo onere Eccleſia præſeruari debet immunis, vt ſupra ad quartam ſpeciem diximus. Neque etiam illius natura, in præiudicium Eccleſiæ mutata dici poteſt, Bald. l.fin. nu.8. C.ſine cenſ. vel reliq. Tanto magis, cum rebus pacatis, cauſa huiuſmodi muneris ceſſauerit, vt argumentum ita diſſoluunt Crau. conſ. 631. ante num.8. & Brrſat. conſ. 16. numero 76. quod.n. atrocitas, ſeu calamitas belli introduxit, pacis lenitas ſubire debet, l. vnic. in prin. C. de cad. tollẽ.

70 † De ſexta ſpecie oneris, videlicet hoſpitationis militum, nulla fieri controuerſia debet, quin Reuerendi Monachi pro eo moleſtari non debeant, ſed in pace dimitti, cum de hoc tex. ſit apertus in l. 1. C. de Epiſc. & cler. vbique gloſ. in 3. ſolut. cum qua vti vltima, omnes tranſeunt, Bart. & Plat. in l. qui immunitatem, C. de mune. patrimo. lib. 10. quæ lex, cum difficultatem facere videretur, d.l. 1. C. de Epiſc. & cler. ij reſoluendo aiunt, quòd etſi quis alias immunis ab onere recipiendi milites vti patrimoniali excuſatus non ſit, Eccleſia tamen, & eius perſonæ præſeruãdæ ſunt exemptæ; ex quo eis ſpecialiter conceſſum reperitur, ne hoſpites recipere teneantur, d.l. 1. dicens Bar. id ſæpè de facto occurrere, quando ſuperueniunt milites, & multitudo equitũ, & peditum in Ciuitate. Cum quo trãſit Marc. deciſ. 458. num. 10. par. 1. Ad idem Iaſ. d. l. placet, vtraque lect. 2. notab. ponderando tex. illum, dum vult, Eccleſiam non teneri ad ſupradictum, quod eſt illud, quod a Principe imponitur propter ſuperuenientem belli neceſſitatem, tex. quoq; iuris Pontificij non obſcurus habetur in alleg. ſæpè c. non minus, de immun. Eccleſ. quatenus ibi prohibetur foſſata, & expeditiones fieri, ex collatione Eccleſiarum; ponderando tum verbum illud, Expeditiones. vt Ioan. Andr. facit, ideſt caualcatas: tum ẽt verbum, Foſſata, quæ non niſi ad Ciuitatis cuſtodiam cõtra hoſtes fiũt, ad quæ cum ex diſpoſitione illius Canonis,

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſia non teneatur, manifeſtè conſtat, illam ad onera bellica non teneri; quem tex. ita expedit Natta conſ.203. nu.2. conſ. 88. col. pen. verſ. Quo verò ad hoſpitationem, quam expoſitionem ante eum habuit Corn. conſ. 72. nu. 16. lib. 4. & hoc veriſſimum dicit Rip. in alleg. 1. reſpon. num. 3. de mune. & hono. Euer. conſ. 42. ad fin. in reſpon. 5. dub. n. 61. & ſeq. Lud. Catt. cōſ. 740. n. 12. inter cōſ. Rim. Iun.

Etſi quis diceret, quòd licet Eccleſia, & eius clerici, a militum hoſpitatione ꝑ nuda habitatione ſint immunes, non tamen ab alijs ſumptibus, qui pro militibus plerumq́. fiunt, & ſubminiſtrare neceſſe eſt, exēpti præſeruādi ſunt.

71 † Reſpond. quòd neque ad hos ſumptus Eccleſia, & eius clerici aſtringi poſſunt: quia cum ab oneribus belli ſint immunes, vt iam probatum fuit, nedum a nuda militū hoſpitatione præſeruandi ſunt, ſed etiam a quibuſcunq; ſumptibus ipſis militibus ſubminiſtrandis, vt quo ad hoſpitationem, & ad militum cibaria, & ſtipendia in ſpecie loquitur, Natta alleg. conſ. 280. col. fin. verſ. Quo verò, & reſpectu collectæ, quæ pro ſtipendijs militum in Ciuitate retentorum pro eius defenſione imponitur, loquitur Caſtr. conſ. 423. col. fin. lib. 2. & ita etiam nedum de nuda hoſpitatione, ſed de militū expenſis, ac de alijs ex cauſa eorum impoſitis in eādem ſentētiam concurrens, loquitur Burſ. conſ. 16. nu. 27. iuncto 6. Et ratio eſt manifeſta, quia cum ad huiuſmodi militum ſumptus, cōtributiones uè deueniatur, non de iure, ſed occaſionaliter, ſeu (vt plurimū) caſu inopinato, per vim, aut in defectum ſtipendij Principi, iuxta l. 1. C. de ſalg. hoſpit. non præſt. lib. 12. Cotta in Memo. verb. militibus. Ploc. l. ſi quando, num. 27. C. vnde vi, quod ſuperindictū dicitur,

72 † per conſequens extraordinarium, vt in ſpecie obſeruat Iaſ. in d. l. placet, 2. not. & ibi quoque ſentit Parpal. num. 105. ad fin. & Natta vbi ſupra, non debent, neq; poſſunt Reuerendi Monachi, qui a quocunq; onere extraordinario ſunt immunes, grauari ex ſupra deductis.

73 † Facit, quia militum hoſpitatio, & omnis earum alimonia inter onera mixta connumerantur, vt alibi in ſpecie obſeruat Natta conſ. 409. nu. 3. ſed cum ab hiſce oneribus Eccleſia, & eius clerici ſint immu-

nes.

nes, vt ſupra diximus, verſ. Mixta verò, pro ſumptibus, q̃ militibus præſtantur grauari non poſſunt.

74 Et quod diximu, † vt Eccleſia, & eius clerici a militum
75 hoſpitatione ſint immunes, † idem intelligi debet, vt pro eorum Bobus, alijsuè animalibus, & plauſtris, ad conducendum militum impedimenta, vulgo, *Bagaglia* dicta, ſeu: ſeu ad alia opera complenda grauari non debeant, etiam in aduentu Principis, Abb. d.c. non minus, num. 14. ad finem, niſi mixta vtilitas verſetur, tàm Eccleſiæ, quàm laicorum, Remig. de charit. ſubſid. q.63. num. 5.& 6. Ludo.
76 Catt. loco infra alleg. † & in hiſce quoque grauari non poſſunt eorum coloni, prætarquam in aduentu Principis, Abb. d.c. non minus, nu. 14. ad fin. Natta conſ. 409. nu.8. cum coloni non minus, quam eorum domini præſeruandi ſint immunes, Eugen. conſ. 96. Decian. conſ. 51. num.42. lib.3. Vbert. Zuch. conſ. 739. num 6. & ſeq. inter conſ. Rimin. Sen. lib.4. Ludo. Catt. conſ. 740. nu.5. & ſeqq. nu. 12. & 13. inter ead. conſ. Rim. Ioan. Botta conſ. 87. num. 2. 24. & ſeqq. qui in ſpecie loquitur de Bobus, plauſtris, & iumentis, prætcrquam in aduentu Principis, & ſupra diximus circa ſecundam ſpeciem. Quod expedit Eccleſiæ, vt facilius, cõmodius, & melioribus conditionibus inueniat, qui ſua prædia colant, vt per ſe patet; & quia Eccleſia multum pateretur, vbi eius coloni in corũ Bobus, & plauſtris ad huiuſmodi expedienda grauarentur, nimium ſe diuiantes a colendis bonis, & plerumque cum perditione Boum, vt fieri videmus; & in effectu per indirectum grauata remaneret Eccleſia, & eius exemptio diminuta; qđ permitti non debet, vt Auth. caſſa. C. de ſacroſan. Eccl. Felyn. c. Eccleſ. S. Mariæ, num. 69. de conſtit. Alba. cõſ. 8. num. 3. facit Deci. conſ. 48. num. 5. Port. Iun. conſ. 184. num. 10. Burſat. conſ. 25. num. 1. & 4. & conſ. 42. num 16. & ſeq. Caroc de locat. & cond. 4. par. de collect. n. 34. & 45. Io. Botta conſ. d. 87. num. 3. & 26. Vbert. Zuch. vbi ſup. num. 8. ad fin. cum ſequent. & eſt tex. in l. ſemper, § coloni, ff. iu. immun. ibi, vt idoneiores prædijs fiſcalibus habeantur.

Et licet ex prædictis ſatis, ſuperque in contrarium excita-

citatis pateat reſponſum; nihilominus ad maiorem claritatem adhuc ſpecialius reſpondetur. Et dum primò dicitur, Reuerendos Monachos teneri ad ſolutionem onerum cum Boſchi Cõmunitate, ex eo, quod bona erãt laicorum, & in æſtimo deſcripta, atque effecta tributaria, & ſic tamquam obnoxia muneribus, ad Eccleſiam tranſire debent cum onere ſuo, Bart. l.reſcripto, §.fin.ff.de muner. & hono. de quo etiam extat Conſtitutio in tit. de onerib. in princ. diſponens,quòd acquirentes bona quocũque titulo, teneantur ad ſolutionem onerum, his modo,& forma, prout tenebatur ille, cuius erant bona, & in loco, vbi ſolui conſuetum fuerat, etiam quòd acquirentes ſint
77 immunes, & exempti,&c. † Reſpondetur, eſto quod bona eſſent laicorum, & in eorum æſtimo deſcripta, non ꝓpinde facto tranſitu ad Eccleſiam ad onera teneri debent, neque cum eis translata cenſeri, præterquam cum onere merè reali: ad reliqua autẽ munera Eccleſia nequaquam tenetur. eſto quod aliàs laicorum eſſent, & in eorum æſti-
78 mo deſcrita reperiretur,† cum ſtatim, quò facta ſunt Eccleſiæ, ab æſtimo leuari debeant, ſecundum magis receptam ſententiam, vt ſupra abundè probauimus, poſt princip. neque curandum eſt de dicto Bart. in allega. l.
79 reſcripto, §.fin. cum eius ſectatoribus, † tum quia nulla lex, nullumuè decretum extat, quo bona facta ſint tributaria, vt expreſsè requiritur ſecundum quod docent Alba conſ. 8. num.5. & Crau. conſ.872.num.4. tum etiam, quia vbi ita expreſsè cautum eſſet, talis diſpoſitio nullum adhuc Eccleſię præiuditiũ afferret, vt improbata ſimili cautela ſtatuti, facientis prædia tributaria, quæ fuit Bart.vbi ſup. tradit Abb. in c.vlt. ad fin. de vita, & honeſt. cleric. Bald. Auth. item nulla, C.de epiſc. & cler. Ang. conſ. 24. Iaſ. in repet. d.l.placet, num.21. vbi inquit, dictum Bart. falſum,& damnatum per omnes,& ibi etiam Parpal.num.
* 77. qui hanc veriorem,& communem * dicit, Felyn.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.76.de conſtit. Capra regula 96. nu.42. & ſeqq. & tutiorẽ fore alibi dixit Bal.conſ. 280. ad fin. lib.2. cum(vt is ait) periculoſum ſit in iſtis loqui con-Eccleſiam, & clericos, Alba d. conſ.8. num.4.& 5. vbi in-
 quit,

quit, omnes reprobare opi. Bart. contrariũ tenentis, Sil-
* ua, * atteſtãs pariter de communi, * conſ. 32. nu. 11. Buin.
dicens & ipſe communem conſ. 117. num. 8. lib. 4. & conſ.
111. ante num. 15. lib. 5. Teſſaur. deciſ. 234. num. 5. atte-
ſtans, & ipſe de magis communi: & propterea durum eſ-
ſe, in iudicando ab ea recedere propter etiam periculum
excommunicationis in dictæ in c. 1. de immun. eccl. in 6.
80 Nec conſtituenda eſt vis ſuper † conſt. de onerib. Quo-
niam conſtitutio vti generalis ad bona Eccleſiaſtica non
81 trahitur; † cum ſimplex, & generalis diſpoſitio, nunquam
referatur ad ea, quæ ſpecialiter non veniunt, l. oblgatio-
ne generali, ff. de pigno. Crauet. conſ. 106. num. 6. Rimi.
Iun. conſ. 10. ad fin. & in ſpecie obſeruant Ang. conſ. 24.
* ad fin. Dec. conſ. 496. nu. 11. Ruin. alleg. conſ. 117. * nu. 8.
82 Euerar. conſ. 42. num. 54. Alba conſ. 8. nu. 18. † Tanto ma-
gis, cum immunitas, quam habet Eccleſia, inſerta repe-
riatur in corpore iuris communis, vt ſupra probatũ fuit,
vnde ei per quodcunque Principis Decretũ, ſeu ſtatutum
derogatum non cenſetur, quantũcunque generalis ſit de-
83 rogatio, † cum talis derogatio nunquam intelligatur de
priuilegio clauſo in corpore iuris communis, niſi expreſ-
ſè ſit dictum, Iaſ. l. fin. nu. 6. C. de inoffic. teſta. l. 1. nu. 16. ff.
de conſt. Princ. & in materia obſeruat Alba conſ. 8. nu. 22.
in fin. cum ſeq. Idem pulchrè Ludo. Catt. conſ. 740. num.
14. int. conſ. Rimi. Sen. & in ſimilibus terminis cõſtat tra-
dit Plot. in Indice ad l. ſi quando, C. vnde vi, ſuper conſtit.
de immunit. & iure duodecim liber. Quinetiam vbi cõ-
ſtitutio hæc in ſui generalitate, vel ſpecialitate de bonis
84 Eccleſiæ ſentiret, adhuc nõ ſubſiſteret, † ex quo Imperat.
vel quilibet alius legiſlator authoritatem non habet ali-
quid cõdendi in præiuditiũ libertatis Eccleſiaſticæ, Auth.
caſſa, & irrita, C. de ſacroſa. Eccleſ. Auth. item nulla, C.
de Epiſc. & cler. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. vbi
85 Scrib. † & illa ſtatuta, ſeu conſuetudines dicuntur eſſe cõ-
tra libertatem Eccleſiaſticam, quæ veniunt contra priui-
legium conceſſum Eccleſiæ vniuerſali a Deo, vel a Papa,
ſeu ab Imperatore, Clar. atteſtans de communi in praxi
crim. in. §. fin. q. 77. col. penul. verſ. Facientes, vbi inquit,
† quòd

86 † quòd facientes talia ſtatuta ſeruari ſunt excommunicati, ex c. nouerit, de ſenten. excom. ac not. in ſpecie Euerard. d.conſ.42.ante num.54 Ruin.d.conſ.117.num.8.Alba d. conſ. 8. in 4. 5. & 6. concluſ. vbi, & num. 12. rationi eorum occurrit, qui æquiſſimum eſſe dicunt, Eccleſiam ſimili decreto remanere comprehenſam; ne ſcilicet contingat, laicos nimiũ grauari ad onera ſuſtinẽda, vbi facul-
87 tates eorum diminuantur; † & in terminis huius noſtræ conſtit. de oneribus, vt illa non noceat Eccleſiæ, nec clericis bona acquirentibus, nec eorum Eccleſiaſticæ libertati, ex quo Imperator, & ſtatuentes auctoritatem non habent aliquid condendi in præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ, ex quo immunitas hæc, a iure Diuino, Canonico, ac ciuili prouenit, obſeruat Fanc. Mar. Plot. in Scholijs ad conſ. Martini Garr. Laud. 63. nu.10.& 12. & non longè quoque Decian. conſ.51.num.41.lib.3.

Neq; nobis negotium faciunt litteræ patentes Senatus Excellentiſſimi, Reuerẽdis Monachis conceſſæ, cùm clauſula illa conſueta, vt bona tranſeant cum ſuis oneribus,& ſine præiudicio iurium tertij: quoniam in primis he litteræ patentes diſpenſantes, quod Reuerẽdi Monachi vti forenſes in dominio iſto acquirere poſſent, abundanter obtentæ fuerunt, cum abſque illis tutò acquirere potuiſſent,
88 † non obſtante decreto prohibente, non ſubditum poſſe immobilia acquirere, attento quòd decretum non cõprehendit Eccleſiam, nec perſonas Eccleſiaſticas,& quatenus reſultat in earum præiudicium non valet, ſecundum receptam ſententiam firmatam per Felyn. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 89. de conſtit. Plot. conſ. 19. num. 11. & 12. Clar. in praxi crim. quæſt. 82. ad 5. ſtatutũ, verſ. Sed quæ-
89 ro, † Quare tanquam litteræ ſuperabundantes Reuerendis Monachis nocere non debent, ex vulg. regul. quæ ſuperabundant, non nocent, l. teſtamentum, C. de teſtam. l. quæ dubitationis, ff. de reg. iur.
90 Inſuper † hæ litteræ indefinitè loquuntur, cum ſuis oneribus,& ideò vbi indefinitè, vel generaliter, de his oneribus tantùm intelligi debent, quæ ad Eccleſiam tranſeunt & ad quæ Eccleſia de iure tenetur, non autem generali-

Digitized by Google

91 ter, de † omnibus, ſtante, quod concedens facultatem aliler diſponendi non habet, præcipuè in derogationem priuilegij conceſſi a iure cōmuni, vt mox dicebamus ad euadendam difficultatem conſtit. de oneribus. Argumentum
92 hoc inualeſcit, † nam ſi Princeps, ſeu Excellentiſs. Senatus (quod & aduerſa aduocatio pro ſe aucupat) in ſua conceſſione his verbis concepta, Ita vt res tranſeat cum ſuis oneribus; diſpoſitionē conſtitutionis ſequi voluit, atque in illius obſeruationem, conditionem hanc appoſuit: conſtitutio autem ipſa, vt mox diximus, Eccleſiam non comprehendit, neque eam in aliquo afficit, præterquam in caſibus, quibus a iure communi remanet aſtricta, luce clarius deprehenditur, quòd mens, & intentio Principis, ſeu Senatus, ſub his verbis, Vt res cum oneribus ſuis tranſeat: non fuit, velle afficere Eccleſiam ad quæcunque onera, ſed ad ea dumtaxat, ad quę eam afficere poteſt, & ipſa tenetur, & non vlterius, quam conſtitutio, cuius obſeruatio-
93 nem ſequutus eſt, diſponat, & valeat. † Nam iure aliquo vtens, cum omnibus ſuis qualitatibus, & circunſtantijs vtitur, l. fin. §. & ſi præfatam, & §. ſinautem hoc, C. de iu-
94 re delib. † & qui aliquid gerit, legi ſe aſtringit de illo loquenti, Bald. Caſtr. & alij in l. ſi duo, ff. de acquir. hæred. Quinimmò ſi mens, atque etiam virtus conſtitutionis hiſce amplis, & generalibus verbis conceptę, Vt acquirentes bona quocunque titulo, etiam quod immunes, & exceti eſſent, ad ſolutionem omniū onerum teneantur, his modis, & formis, prout tenebatur ille, cuius erant bona; q̃a bona tranſire debent cum onere ſuo; non fuit, neque eſt indiſtinctè comprehendere Eccleſiam, neque affatim ad illam ſe protrahere: Multo minus id concedere debemus in hac diſpenſatione concepta verbis ſimplicibus, atquę indefinitis, vt bona tranſeant cum oneribus ſuis. Idque adhuc apertius demonſtratur; nam ſi in Dominio Mediolani ſeruatur, quòd Eccleſia tantum pro ordinarijs oneribus tenetur, pro extraordinarijs autem etiā reſpectu bonorum nouiter acquiſitorum non ſolet grauari: & ita tam Excell. Senatus, quàm Illuſtr. Magiſtratus ordinarius, & extraordinarius ſolent ordinare, declarando, quod ad ex-

traor-

Digitized by Google

traordinaria Eccleſia , & eius eccleſiaſticæ perſonæ non
teneantur, vt de huiuſmodi obſeruantia , & declaratione
atteſtatur Franc. Plot. ad alleg. conſ. Mart. Garr. 63. nu.
13. & 14. vbi id tanquam iuſtè factum ſummè laudat di-
gnum Excellentiſs. Senatu, in quo ſedent tot viri Illuſt. &
Catholici, zelatores, & obſeruatores Fidei Chriſtianæ, &
Eccleſiarum defenſores, fide, ſapiẽtia , & integritate cla-
riſſimi . ſecundum hanc communem obſeruantiam, com-
munemq; declarationem, & Senatus , & aliorũ ſupremo-
rum tribunalium, hæc ipſiuſmet Senatus conceſſio ſub il-
lis verbis, Cum ſuis oneribus, intelligi, & declarari debet.
95 † Cum in iure concluſionem habeamus, quamcumque di-
ſpoſitionem recipere ſemper interpretationem ab eo, qđ
ſolitum eſt ſeruari, & in communi obſeruantia habetur, l.
quod ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de edil. edict. c. cum M. de
conſt. vbi præ cæteris Dec. 5. not. id generaliter ad quã-
96 cumque diſpoſitionem trahit: † quia, vt inquit Bald. in l.
fideicommiſſa. §. ſi ſeruo , de leg. 3. non præſumitur quis
velle id , quod non eſt conſuetum fieri , licet ſit poſſibile,
ſed quidem , quod eſt conſuetum , videtur quis velle.
97 Vnde infert, † quòd conceſsio Summi Pontificis , etiam
motu proprio facta, non preſumitur, nec de eius mẽte eſt,
niſi prout conſuetum eſt reſcribere , cuius dicti meminit
98 Felyn. in d. c. cum M. 4. notab. poſt prin. † Sic etiam ſi Præ-
latus concedat ſimpliciter rem in emphyteoſim, intelligi-
tur concedere in tertiam generationem , vbi obſeruantia
loci ita ſe habeat. Idem Felyn. paulo infra, vbi etiam in-
99 fert, † quod conceſſio a Principe facta ad ſtandum , intel-
ligitur, ſecundum quod eſt conſuetum in loco: & alia ſimi
lia adducit ad idem Aret. conſ. 11. ante nu. 6. Dec. cõſ. 65.
100 num. 3. ad fin. † Et magis propè , quod mens ſuperioris
in gratia , ſeu conceſſione per eum facta, ex eo, quod ipſe
conſuetus eſt facere, vel obſeruare, arguatur, notat Alex.
conſ. 75. num. 15. lib. 5. & meminit Crauet. conſ. 548. nu. 4.
conſ. 702. num. 49. prout ab obſeruantia, ſeu conſuetudi-
ne nolle Senatum ipſum recedere, demonſtrant verba illa
in conceſſione adiecta , quibus derogare nõ ſolemus. Idẽ
quoq; ſenſus dignoſcit, inſpecta conditione Eccleſiæ, quæ

taliſ eſt, quòd ad ordinaria tantum onera aſtringi poteſt,
101 & ſuppoſita reperitur, cum habeamus, † quòd verba intelligi debent, ſecundum conditionem eius, ad quem diſpoſitio confertur, l. plenum, §. equitij, ff. de vſu, & habit. quod & in conceſſione gratioſa procedit, l. ex militari, vbi Baid. ff. de milit. teſtam. Felyn. c. cauſam quæ, num. 17. in 5. declar. de reſcript. Iaſ. Auth. ingreſſi, num. 35. & 36. C. de ſacroſ. Eccleſ. Crauet. conſ. 465. num. 4. quod & ſubiecta materia, agendo. ſ. de oneribus transferendis Ec-
102 cleſiæ ſuadet, † cum & ſubiecta materia præſtet rei intel-
103 lectum, Felyn. vbi ſupra, verſ. Sic etiam rei, † quia verba ſubiectæ materiæ ſeruiunt, Barba. conſ. 33. nu. 6. lib. 1. qui dicitur intellectus rei aptior, Dec. in l. quoties idem ſermo, in princ. ff. de regul. iur.
104 Demùm, ſi verum eſt, † quòd in interpretanda diſpoſitione alicuius, ſemper in humaniorem, & benigniorem partem interpretari debemus, l. ſi vno, ff. locat. & probat Soci. Sen. conſ. 22. num. 18. lib. 1. cui dubium, quin humanior, & benignior ſic interpretatio, vt conceſſio iſta non omnibus oneribus, ſed tantum de his, ad quæ Eccleſia te-
105 netur, & cogi ſolet, intelligere, & ſentire voluerit: † cum & id iuri ſit conſonans, qualis voluntas Principis eſſe debet, l. ex facto, vbi Bal. & alij ff. de vulg. Crauet. conſ. 411. num. 40. alioquin eſſet Senatum iniuſtitię, & improbitatis incuſare, quod nefas eſt, l. vnica, ff. de offi. Præfect. Pręto. ac not. Crauet. conſ. 355. num. 6.
Sic etiam, & non aliter, fuiſſe intentionem impetrantis, & nomine Eccleſiæ acceptantis, deprehenditur, quòd in precibus nulla de oneribus habetur mentio, neque veriſimile eſt, quod diſpēſationem acceptans tam grauiter voluerit Eccleſiam onerare, ſed duntaxat prout, & quemadmodum de iure tenetur, & ex obſeruantia dominij onerari ſolet, ſumpto argumento ab eo, quod ſolet, vt mox dicebamus. Stante etiam, quod Imperator, a ſeipſo aliter efficere non poteſt, niſi cum conſenſu Summi Pontificis, vel ſaltem Generalis ipſius Religionis, ſeu ad minus Capituli D. Bartholomæi, cuius Eccleſiæ nomine acquiſitio facta fuit, vt per Euer. conſ. 42. num. 59. ad fin. & num. 64. cum quo ſentit Burſat. conſ. 25. num. 17. Neque

Neque ponenda eſt difficultas, quòd cum acquiſitio ſub hac conditione facta fuerit, debeat ab Eccleſia cum tali onere appoſito acceptari, per ea, quæ not. Tiraq. de retract. conuent. ad fin. num. 1. & ſeq. iuncto 14. quoniam primum negatur, quod acquiſitio ſub vniuerſali onere, ſed duntaxat ſub ordinario facta fuerit, vt ſupra abundè demonſtratum fuit.

Præterea, quicquid ſit in minore, & in alijs priuatis, qui per adminiſtratores gubernantur, vt in acquirendis poſſit eis præiudicari, ita vt geſtis per eorum adminiſtratores cum pactis, & conditionibus in eis inſertis, ſtandum ſit, vt
106 ex relatis per Tiraquel. eſt videre; † Nihilominus quoties ſumus in Eccleſia, quæ habet Capitulum (vt hic) factum Prælati in alio conſiſtens, quam in negligentia, ſine conſenſu Capituli, ſeu Collegij, non præiudicat Eccleſiæ, vel eius ſucceſſori, etiam in iure quærendo, Alex. conſ. 5. num. 15. iuncto 19. lib. 5. cuius opinionem communem dicit, & tenendam in praxi Iaſ. in l. 2. nu. 130. C. de iur. empḥ. Cæpol. conſ. ciuil. 46. num. 3. Dec. conſ. 329. num. 3. Bero. loquens in Eccleſia regulari, vt ſic Sindicus, & eius Prælatus Eccleſiæ non præiudicet, conſ. 102. num. 57. lib. 1. & Burſa. loquens & ipſe de Monaſterio Capitulũ habente, conſ. 26. num. 23. lib. 1. quia, vt is inquit, in arduis ſemper Capituli conſenſus requiritur, licet in leuiorib. conſilium.

Cum itaq; neque Principis, vel Senatus cõcedentis, neque acceptantis conſenſus, ſimulq́. nec poteſtas interuenerint, vt ad extraordinaria onera Eccleſia teneretur, reſultat, non obſtare deciſionẽ Felyn. poſt Ancha. in c. cum Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 77. de conſtit. cum alijs ex aduerſo relatis; cum Felyn. & cęteri omnes loquantur in caſu, quo manifeſtè, & expreſsè conuentum erat, vt Eccleſia ad onera teneretur, vt primò loco Anchar. & Felyn. loquuntur, cum quis teſtando legat Eccleſiæ fundum, expreſſa conditione adiecta, quod ſoluat onera, & collectas: nam teſtator hoc modo diſponendo enixam voluntatem demonſtrat, vt Eccleſia ad onera omnino teneatur; & proinde non mirum, ſi Eccleſia vult acceptare legatum, quod debet ad onera concurrere, impoſita ab eo, qui cum libe-

Digitized by Google

107 tæ voluntatis eſſet, & rei ſuę arbiter, & moderator, † vti Domino licuit rei ſuæ onus adijcere, quod ſibi placuit. Ita argumentum ſumit Anch. conſ. 217. adeò quod eo in caſu nedũ expreſſa voluntas ita relinquentis, ſed etiam poteſtas ſic diſponendi concurrunt; quorum vtrunq; in caſu noſtro deeſt. Inſuper deciſio Anchar. fundata eſt in eo,
108 quod legatum ſit quædam donatio, cui donans, adijcere poteſt conditiones, & onera, quæ ipſe vult, & Eccleſia tenetur illa ſeruare, c. verum, de condit. appoſ. at nos ſumus in caſu non lucratiuo, ſed oneroſo; & certum eſt, a b' vno ad alium vti diuerſo nõ dari illationem, l. Papinianus exuli, ff. de mino. cum ſimilibus. Vltra quod deciſio Anchar. admodum tuta non reperitur, vt eam in ſpecie improbat Remig. tract. de charit. ſubſid. q. 61. nu. 19. & ſeq. vbi poſt Maur. vult Eccleſiam potiri legato, reiecta oneris conditione, vti contraria iuri.

Sic etiam, quando interpoſitũ reperitur pactum expreſſum cũ Eccleſia, explicitè loquitur Iaſ. in repet. l. placet, adfi n. C. de ſacroſ. Eccleſ. Idẽ quando interuenit pactum expreſſum, loquitur Aegyd. Thomat. de coll. fol. 110. vt ibi eſt videre. Itẽ præſupponit ipſe, quòd obligatio ſemper ſit contracta per tacitam hypothecam; quod tamen, ſecundum communem traditionem, eſt falſum, vt ſup. diximus, vnde Aegyd. erroneo nititur fundamẽto; & propterea corruit eius dictum, c. cum Paulus, 1. q. 1.

Feſtaſius verò ad idem ex aduerſo allegatus, tract. de collect. par. 4. num. 46. & ſeq. in longè diuerſis terminis, à noſtro loquitur, nempè cum Eccleſia laicorum ſtatuta approbauit, ac in loco ſuo ſeruari mandauit, qui caſus nobis in aliquo non correſpondet, cum nullibi de huiuſmodi ſtatutorum laicorum approbatione, & ſte mandato ad illa obſeruanda conſtet. Similiter idem Feſtaſ. infra in cap. ſeq. qui eſt ſecundus, num. 31. loquitur in caſu, quo Eccleſia conuenit de ſoluendis oneribus, ſicq. vbi expreſsè ita conuentum extat: quæ expreſſa conuentio in caſu noſtro deeſt, vt iam ſæpè dictum fuit. Sic etiam de conuentione inita, per quam bona conuentionata cum Communitate dicuntur, loquitur Bell. conſ. 40. nu. 5. de qua conuentio-

nè cum Communitate inita nullibi conſtat, quare nec talis traditio caſui noſtro confert. Prout etiam de promiſſione ſoluendi onera facta pro ſe, & hæredibus, loquitur Teſſaur. deciſ. 234. num. 9. ſequutus Bald. Bello. & alios idem loquentes, qualis promiſſio in caſu noſtro non affertur. Idem de re ex pacto oneri affecta loquitur Silua. cõſil. 66. num. 6. & 7. Eodem modo de expreſſa promiſſione præcedente loquitur Natta conſ. 515. num. 14. quinetiam nec ipſe contra Eccleſiam reſeruauit, vt per eum eſt videre, & in ſpecie obſeruat Teſſaur. alleg. deciſ. 234. nu. 5. ad fin. Poſtremò Alba conſ. 8. num. 21. nedum aliquid, qđ caſui noſtro contrarietur, dicit, ſed in toto illo conſilio partes Eccleſiæ omnibus viribus tuetur. Vnde allegatæ ex aduerſo traditiones, diligẽter trutinatæ ad caſum noſtrũ nihil conferunt.

Demum, vbi velimus (citra veritatis præiuditium) ꝙ per allegatam Principis, ſeu Senatus conceſſionẽ, ſub cõditione, Vt res cum ſuis oneribus tranſiret, & per adminiſtratorem Eccleſiæ acceptatam, præiudicatum eſſet Ec-
109 cleſiæ, vt ad quæcunque onera obligata fuiſſet, † aduerſus tale præiuditium allatum Eccleſiæ, per reſtitutionem in integrum ei ſuccurri poteſt, c. 1. & 2. de reſtit. in integ.
110 in 6. Alex. conſ. 5. num. 16. & conſ. 115. num. 5. lib. 5. † pront aduerſus quemlibet actum præiuditialem ſibi, Eccleſia reſtituitur, Sfort. Odd. tract. de reſtit. in integ. quæſt. 51. num. 2. & 3.

Itidem, vbi quis citra onera legitimum intellectũ vellet haſce litteras ea omnia onera comdlecti, ad quæ dator tenebatur, ob conſenſum præſtitum per eos, qui illas impetrarunt, illæ nocere non debent Monaſterio, cuius nomine acquiſitio hæc facta fuit, neq; alijs præter impetrãtes obeſſe poſſunt; præcipuè non accedente conſenſu Sũmi Pontificis, vel ſaltem Generalis Religionis Cartuſienſis, vt per Euerar. alleg. ſæpè conſ. 42. num. 59. ante fin. & num. 64. & ſentit Burſat. conſ. 52. num. 17.

Cæterum, ſi fortè Communitas pœnitentia ducta, ad
111 ſola ordinaria ſe reducat, † prout ſeruari videtur in hoc Dominio, ita annuentibus ſupremis Tribunalibus, vt re-

ſert Franc. Maran. Plot. in Scholijs ad Martinum Garr. conſ.63. num.13. vbi inquit, quòd in Mediolani Dominio ſeruatur, quod Eccleſia ꝑ bonis antiquitus acquiſitis nil ſoluit cum ſæcularibus, nec Principi ſæculari; ſed pro bonis nouiter acquiſitis per Eccleſiam a ſæcularibus ordinari ſolet per ſuprema tribunalia, quòd Eccleſia, & perſonę Religioſæ pro oneribus extraordinarijs non moleſtentur, etiam quod ipſa bona cum ſæcularibus ſint æſtimata, & pro eis alienantes ſoluiſſent onera.

112 † Non proinde (poſteaquam res per iuris tramites cognoſcenda, & decidenda venit) erit ponere os in cœlum, aſſerendo Reueren. Monachos ad aliquod de iure aſtringi non poſſe, quàm ad onus merè reale, ſicq. ad ſolum cenſum, qui ſoluitur Domino, cæteris alijs dimiſſis, cuiuſcũque ſpeciei ſint, ac qualitercunque connumerata reperiãtur, ordinaria, ſeu extraordinaria, ſecundum magis receptas, & tutas ſcribentium traditiones, vt ſupra demõſtratum fuit; nulla habita ratione allegatæ obſeruantię, quæ (vltra quod non facilis probationis extat, vt in ſpecie obſeruat Ioan. Botta conſ.87. num. 33. & ſeq.) tanquam iuri contraria non ſubſiſtit, niſi quatenus de facto tollerata
113 ſit, & in iudicium deducta non extet. Cum talis conſuetudo, ſeu obſeruantia contra Eccleſiam, quicquid ſit contra Laicos, expreſsè a iure improbata reperiatur, vnde ſubſiſtere non poteſt, Auth. caſſa, & irrita, C. de ſacroſan. Eccleſ. iuncta Auth. item nulla, C. de Epiſc. & cler. c. quãquam, de cenſib. in 6. Abb. c. Maſſana, num. 6. de elect. c. non minus, nu. 17. de immu. Eccleſ. Ant. Imol. & cæteri
114 in c. 1. de conſuetud. vbi ij omnes ſcribunt, † talem conſuetudinem non valere, neq; aliquod ius tribuere, Ruin. conſ. 117. ad fin. lib. 4. Bero. conſ. 31. nu. 17. lib. 1. Rim. iun. cõſ. 35. num. 23. Io. Botta d. conſ. 87. num. 37. & clarius cęteris Euer. alleg. ſæpè conſ. 42. nu. 31. verſ. Hinc etiam rectè, & latius num. 48. verſ. Secundò reſpondetur, & num.
115 ſeq. vbi probat, & vult, † quòd cum ſemel huiuſmodi obſeruantia ſit reprobata, non poteſt de nouo induci, reſi-
116 ſtente lege, quæ ſemper loquitur, ſubijciens, † nec tollerantiam Summi Pontificis eam conualidare, & alia tradit

ad

ad corroborationem huius concluſionis, vt apud eum. Et
117 vbi velimus, ab aliquibus, † vel Eccleſijs, vel Religioſis
perſonis hanc obſeruantiam fuiſſe toleratam, non tamen
alijs, vel toti Clero, qui non conſenſerunt, obeſſe debet:
vt hoc idem obſeruat Euerar. d. conſ. 42. num. 59. verſic.
118 Ad tertium verò, & num. 64. † verum non proinde a decretis maiorum noſtrorũ diſſentio, quæ nec mihi pro ordinarijs vſque nunc a iure diſcrepare videntur, tum quia cum ordinaria merè realia ſint, atque ſortita nomen tributi, etiam iuxta communes traditiones, ad Eccleſiam traſire debent, vt reperio, ita re ad partes diſcuſſa, firmaſſe, Cæpol. conſ. 3. in 2. & 4. dubio, lib. 2. & cum eo in eadem facti contingentia, Bart. conſ. 1. lib. 3. Marcobrun. conſil.
119 nu. 30. cum ſeq. nu. 37. & ſeq. ac num. 185. † tum etiam, quia in conflictu opinionũ, ea tenenda eſt, quam loci, ſeu Prouinciæ conſuetudo, obſeruantiaue ſequitur Remig. de charit. ſubſid. q. 61. num. 37. & ſeqq. Duen. reg. 100. 1. limit. & Couar. pract. qq. c. 31. ad fin. de quibus latius dicturi ſumus in noſtro tract. de re ruſtic. lib. 1. c. de Presbyt. ſeu Parocho villę, §. ....

Hæc dicta ſint, ſecundũ terminos iuris communis, cæterum vbi etiam velimus manum apponere ad ampla priuilegia ſacræ, & piæ Religioni Cartuſienſi, tum per Summos Pontifices, tum per Imperatores, & Duces Mediolani conceſſa, comperiemus, Reuerendos Monachos hoc eodem fauore, & gratia decoratos eſſe, & ita omnino immunes fore præſeruandos, quæ pro nunc attingere non expedit.

§

IO. BAPTISTÆ TROTTI I. C. MEDIOLANENSIS, POSTEA SENATORIS.

ARGVMENTVM.

Eccleſiam non teneri ad onera extraordinaria pro bonis, quæ acquirit, non obſtante Conſtit. Mediol. & Statuto Nouariæ.

QVicquid controuertant Doctores in terminis onerum ordinariorũ, & merè realiũ, cõmuniter cõueniũt, vt quo ad munera extraordinaria Eccleſia,& eccleſiaſticæ pſonæ immunes ſint præſeruãdæ: cum nec illa,nec eius res, nec perſonæ laicorũ iuriſdictioni ſubiaceant.ita ſanè probat tex.& ibi omnes ſcribẽtes notant in l.placet,C.de ſacroſ.Eccl.in c.non minus de immunitate eccleſiaſtica, in cap.clericis laicos, eodem in ſexto, Bart. in l.reſcripto, num.4. de muneribus, & honoribus, & plenius in conſ. 180. per tot. lib. pri. Bald. in celebri conſ.246.lib.3. Abbas conſ.53.vbi teſtatur de cõmuni vtriuſque iuris lib. 1. & plenè Feſtaſ. de collect. par. 4. c. 1. num. 52. vbi non ſolum teſtatur hanc opinionem communiter eſſe receptam, ſed etiam dicit de ea non eſſe hæſitandum: accedit Euerar. in conſ. 42. ferè per totum.

Adeoq́. vera eſt hæc opinio, vt procedat etiam quo ad bona in æſtimo deſcripta, ſeu cataſtrata, quæ a laicis in eccleſiaſticas perſonas translata ſint. Quia licèt regulariter bona tranſeant in quemcumque cum ſuo onere: fallit tamen hæc regula fauore Eccleſiæ, ratione onerum extraordinariorum, quæ pro tempore futuro, non præterito, imponuntur, ſecundum magis receptam,& veram opi

nio-

nionem, quam tenuit Bart. in conſ. 180. & in repetitione dictæ l. placet, num. 29. ibidem Bald. ſub verſ. Quæro iuxta hoc, Areti. num. 3. Caſtr. nu. 8. Specul. de cleri. cõiug. §. pri. verſ. At huiuſmodi, pulchrè, & plenè Ruin. conſ. 117. lib. 4. & conſ. 111. lib. 5. & latiſſimè poſt plures alios, quos ipſe allegat Theſſaur. deciſ. 234. vbi dicit, cum hac opinione vti communiori, & tutiori tranſiuiſſe Senatum Pedemontanũ; ratio eſt, quia laici nullam habẽt iuriſdictionem in Eccleſiam, nec in clericos, & obligatio ſoluendi reſpicit perſonam, licet quantitas impoſitionis reſpiciat rem, & eius æſtimationem, ſecũdum Bald. in Auth. defuncto, C. ad Tertul. Aret. conſ. 133. Et quamuis Bero. in conſ. 150. num. 5. lib. 3. contradicat, quando bona cataſtrata tranſeunt in laicos immunes: fatetur tamen hanc eſſe magis communem opinionem, quando tranſeunt in Eccleſiam, aut eccleſiaſticas perſonas, & latiſſimè Gallia conſ. 59. a num. 30. vbi refellit omnia obiecta; & teſtatur quoq; de magis communi, & veriori. Et confirmari etiam poteſt, quia allibratio non afficit prædium, niſi poſtquam impoſita eſt collecta, vt not. in l. incola, ff. ad municipa. Caſtren. in d. l. placet. Nec poſſunt dici bona hypotecata pro ſolutione onerum, antequam collecta imponatur, quia obligationi incertæ hypoteca non accedit; l. inter debitorem, ff. de pact. Neguſan. de pigno. par. 2. mem. 4. num. 125. caſu 10.

Nec in hac opinione cõprobanda vlterius inſiſtendum eſt, cum in hoc Mediolanenſi Dominio iamdiù hæc ſententia vſu recepta ſit, & ad fauorem eccleſiaſticarum perſonarum ſæpè, ac ſæpius ita iudicatum fuerit, tùm ab Illuſtribus Magiſtratibus, tùm etiam ab Excellẽtiſs. Senatu, vt atteſtatur Plot. ad conſ. Martini Garat. 63. num. 13. 14. & vbi huiuſmodi obſeruantiam magnoperè commendat, & comprobatur etiam ex quamplurib⁹ exemplis, ſeu declarationibus; quæ in ſimilibus caſibus factæ fuerũt, tàm a Senatu, quàm a Magiſtratibus, quę exhibentur, necnon & ex inſtructione, quam Magiſtratus anno 1541. 4. Auguſti, dedit Alexandro Graſſo pro

ſo pro reformatione compartiti taxarum agri Papienſis. Item ex litteris Ducis Sueſſæ, tunc temporis Gubernatoris, datis, die 22. Martij 1559. quibus mandauit, vt ad ſolutionem impoſitionis ſcutorum quinquecentum mille omnes compellerentur, præterquam eccleſiaſtici, loca pia, immunes ob numerum duodecim liberorum, & ex titulo oneroſo. Item ex ordinatione Don Iohannis Figaroæ, qui vt teſtatur Magiſtratus Ordinarius in quibuſdam eius litteris diei 14. Decembris 1558. ordinauit, quod Reuerē. Patres S. Bartholomæi de Cauacurta Laudenſes, non moleſtarētur pro aliquo onere extraordinario ſpectante eorum æſtimo. Neque enim eſt, qui dubitet; quin conſuetudo, & cōmunis obſeruantia ſit attendenda præſertim in materia onerum, Alex. in conſ. 52. num. 4. & 5. lib. 5. Socin. Iun. conſ. 49. num. 16. lib. 1. & conſ. 75. nu. 6. & 17. lib. 4. Oſaſc. deciſ. 43. in fine, cum alijs apud Dida. practica quæſtio. cap. 31. circa fin. Duen. regula 100. in prima limitatione, & Remig. de carita. ſubſid. quæſt. 31. a num. 67. vbi ait, quod in cōflictu opinionū, ea ſemper tenenda eſt, quam loci, ſeu Prouinciæ cōſuetudo, & obſeruantia ſequitur.

De cōſtitutionib. Mediol.

Et ex his patet nullam vim fieri poſſe in diſpoſitione nouarum conſtitutionum, quibus in titulo de oneribus in principo cauetur, quod acquirentes bona quocunque titulo, & quauis cauſam, etiam priuilegiata, etiam priuilegiata, etiam ſi exempti, & immunes ſint, teneantur ad ſolutionem omnium onerum, ijs modo, & forma, prout tenebatur ille, cuius erant bona, & in eo loco, vbi ſolui conſuetum fuerat, & quibus etiam in titulo de emptione, & venditione cauetur quemlibet Dominio Mediolani, ſubditum acquirere poſſe in quibuſcunque locis Dominij, & ipſorum locorum Territorijs, etiam quod non ſit ſubditus iuriſdictioni eorum locorum, in quibus bona acquiruntur, non obſtantibus diſpoſitionibus iurium municipalium earum Ciuitatum, & locorum, bonis tamen ipſis tranſeuntibus cum onere ſuo.

Nam ex obſeruantia ſubſequuta hæc diſpoſitio eam interpretationem recipit, vt comprehendat ſolos lai-

cos,

eos, non etiam eccleſiaſticas perſonas, quo ad onera extraordinaria, vt ſupra probatum eſt, & in ſpecie loquẽtes de his noſtris conſtitutionibus poſt Plot. ad dictum conſil. Martini Gara. & Decia. in conſ. 51. lib. 3. obſeruauit Gallia in d. conſ. 59. num. 87. Quamquam ſi etiam Nou. conſtit. hanc interpretationem iam ex longo vſu non recepiſſent; deberent tamen omnino ita intelligi, & practicari, per ea, quæ mox ſubijciã circa ſtatuta, in quibus magnum quoq; fundamentum ex aduerſo conſtituitur.

Quamobrem non immorãdo in ijs, quæ neceſſaria non ſunt, reducitur tota difficultas in caſu noſtro ad ſtatuta Ciuit. Nouariæ, ſub Rubr. Quod bona cuiuslibet ſint oblihata pro fodris, taleis, & oneribus, lib. 1. ex quibus prætenditur bona omnia, exiſtenti in Territorio Nouarienſi, effecta fuiſſe tributaria, & ideò locum habere cautelã traditam per Bart. contra Eccleſias, in l. reſcripto, §. fin. ff. de muneribus, & honoribus, & ad qualitatem onerum, ad quorum ſolutionem Ciuitas Nouariæ petit, vt condẽnetur Venerandum Collegium S. Marci illius Ciuitatis pro bonis, quæ a laicis in illud peruenerunt, vt. ſ. videamus, an illa ſint ordinaria, vel extraordinaria. *De Statuto Nouaria.*

Quod igitur attinet ad ſtatuta, exiſtimo ea non derogare diſpoſitioni iuris communis, nec immunitati eccleſiaſticæ, nec conſequenter aliud eorum cauſa ſtatuendum eſſe in Prouincia Nouarienſi, quàm hactenus ſeruatũ fuerit in alijs partibus hujus Dominij.

Primò, quia generalis eſt eorum diſpoſitio, nec vllam ſpecialem mentionem faciunt de Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis, & ex generali diſpoſitione nunquam cenſetur derogatum priuilegio conceſſo a iure communi, niſi expreſsè dictum ſit. Iaſon in l. fin. num. 6. C. de inoffic. teſtam. l. pri. num. 16. ff. de conſtitut. Princip. & in hac materia ita concludit Alba conſ. 8. à nu. 22. Rim. Sen. conſil. 740. nu. 14. Plot. in indice ad l. ſi quando, C. vnde vi, ſuper cõſtitutione de immunitate, & iure duodecim liberorum. Neque etiam generalis diſpoſitio vnquam refertur ad ea, quæ ſpecialiter non veniunt, l. obligatione generali, ff. de pignoribus, Angel. conſ. 24. circa fin. Dec. conſ. 496. nu.

11.

11. Ruin. conſ. 117. num. 8. lib. 4. Alba d. conſ. 8. num. 18. Rimin. Iun. conſ. 10. circa fin.

Secundò, quia aliud eſt, quod bona fiant tributaria, vt conſuluit Bart. exaduerſo allegatus, aliud, quod decernantur tantum obligata, vt in caſu noſtro, ſicut obſeruauit Caſtren. in d. l. placet, nu. 7. in fine, verſ. Si autem ſtatutum, C. de ſacroſ. Eccl. Natta conſ. 1. nu. 8.

Cautela Bart. de efficien. bonis tributarijs reprob.

Tertiò, quia communiter eſt reprobata dicta cautela Bartoli de efficiendis bonis tributarijs per ſtatuta, ratione euitandæ fraudis, vt poſt Bald. in eadem l. placet, fatetur ibi Caſtr. num. 7. Iaſ. in prima lectura num. 17. verſ. Secundus caſus, & num. 18. & in ſecunda lectura num. 21. & 22. Parpal. num. 77. Roma. in l. ſi publicanus, §. 1. nu. 7. de publica. vbi etiam reprobat aliam cautelam, obligandi. ſ. bona pro futuris collectis, Abbas in cap. fin. de vita, & hon. clericor. Fely. in c. Eccleſ. S. Mariæ, in 5. quæſt. nu. 47. verſ. Sed contra dictam, vbi inquit hanc opinionẽ eſſe retinendã pro veriori, & ſuſtentabiliori, prout etiam ibidem admittit Deci. ante num. 53. verſ. Et iſta opinio, Salicet. in Authen. item nulla, in pri. quæſt. in fin. C. de Epiſc. & cler. Ioannes de Plate. in l. fin. C. de exactoribus tributo, lib. 10. num. 3. Silu. conſ. 32. num. 11. Purpurat. conſ. 483. num. 6. in fine, & ſeq. Ruin. d. conſ. 117. num. 3. & 8. Natta conſ. 1. num. 7. in fin. Alba d. conſ. 8. a num. 4. Capra in regula 96. nu. 43. Theſſaur. in d. deciſ. 234. nu. 5. verſ. Sed aduerte, vbi teſtatur de magis communi, & quod durũ eſſet ab ea in iudicando recedere, propter periculum etiam excommunicationis indictæ, in d. c. 1. de immunit. eccleſ. lib. 6. & in terminis ſtatutorum Nouarienſiũ idem affirmat Ploc. in dicta addit. ad vltimum conſilium Martini Gara. num. 13.

Quartò, quod non ſint attendenda huiuſmodi ſtatuta, etiam ſi in ſpecie faciant bona tributaria, aut alio modo derogent immunitati eccleſiaſticæ, comprobatur ea ratione, quia nullus legiſlator laicus, nec etiã ipſemet Imperator habet auctoritatem aliquid diſponendi in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ, Authen. caſſa, & irrita, C. de ſacroſ. Eccleſ. Authen. item nulla, C. de Epiſc. & cler.

c. Eccl.

c. Eccl. S. Mariæ, de conſtit. & ibi omnes Scribentes. Dicuntur autem ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam, quando aliquid diſponunt contra priuilegium conceſſum Eccleſiæ, & iure communi, vel a Deo, vel a Summo Pontifice, vel ab Imperatore, Clar. qui de communi atteſtatur in praxi criminal. §. fin. quæſt. 77. col. pen. verſ. Faciendas, Rui. in d. conſ. 117. num. 8. Alba d. conſ. 8. nu. 4. 5. & 6. concl. 1. vbi num. 12. occurrit rationi eorum, qui dicunt æquiſſimum eſſe, vt Eccleſia ſubiaceat cenſuræ ſimilium ſtatutorum, ne contingat laicos nimium grauari in ſuſtinendis oneribus, vbi eorum facultates diminuãtur. Et priuilegiũ immunitatis Eccleſiæ competit non ſolum de omni iure humano, ciuili, & canonico, ſed etiam de iure Diuino, vt latè probat Abbas in c. peruenit, & in d. c. non minus, de immunit. Eccleſ. & ibidem alij Scribentes communiter, & in d. c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitutionibus, in c. quamquam, de cenſibus, in 6. in d. l. placet, C. de ſacroſ. Eccl. & alibi ſæpè.

Quod verò pertinet ad qualitatem onerum, & ad quæſtionem, an ſint ordinaria, vel extraordinaria, cõtrouerſia reducitur (vt video) ex ijs, quæ mihi in facto propo nuntur, ad onera, quæ imponuntur, ratione hoſpitationis militum ordinariorum, ad onus menſualis, taxi equitatus, & quatuordecim regalium. *Onera, quæ ordinaria & extraordinaria.*

Verum, quod attinet ad primam ſpeciem, dubitandum non eſt, quin onera, quæ imponuntur propter militũ hoſpitationem, inter extraordinaria connumerãda ſint, cum occaſionaliter, ſeu caſu inopinato, & in defectum ſtipendij Principis imponantur, vt in ſpecie obſeruauit Iaſon in d. l. placet, in 2. notab. Parpal. ibi nu. 105. & Natta in conſ. 280. circa fin. & in ſpecie, qđ clerici ab omnibus oneribus hoſpitationis militũ omninò excuſandi ſint, tex. eſt apert. in l. 1. C. de Epiſc. & cleric. & ibi gloſ. in tertia ſolut. ita affirmat, cum qua ibi tranſeunt omnes, & idem quoq; tenuerunt Bart. & Ioan. de Plat. in l. qui immunitatem, C. de oneribus patrimonialib. lib. 10. Iaſon in d. l. placet, in vtraq; lectura, in ſecundo notabili, & alij, quos ſequitur Gallia in d. conſ. 59. num. 70.

Punctus itaque eſt videre, quid dicendum ſit, reſpectu menſualis, & aliorum onerum, in quibus aliqua dubitandi, ratio ſubeſſe videtur, cum habere videantur certam præſtationem, & a Principe hæc onera impoſita fuerint.

Sed tamen verè,& propriè non poſſunt hæc quoq; onera ordinaria appellari, nec magis eis prægrauari debent eccleſiaſticæ perſonæ,quam onere hoſpitationis militum, & alijs extraordinarijs oneribus.

Primò, quia & hæc onera introducta fuerunt pro militum hoſpitatione, atque ita regulari debent, ſecundũ naturam illius oneris, ad not. per Bart. in l. vnica, num.30. C.de mulieribus, & in quo loco, lib.10. in l.4. §.acto.ff.de iudic. Bald. in l. etiam, in fin. C. de executione rei iudic. Bello. in conſ.12, num.4. Ripa reſpon.1. tit. de oneribus, & honoribus, num.3.& ſeq.

Secundò, quia non habent hæc onera perpetuam præſtationẽ, cum fuerint indicta ex cauſa belli, & propter neceſſitatem Cameræ, quæ cum iamdiu ceſſauerit, ceſſare quoque deberet ipſum onus, Crau. in conſ.631. ante nu. 8. Burſat. conſ.16. nu.76.

Tertiò, quia quicquid ſit in alijs terminis, in ſpecie noſtra, ad hoc, vt onus ordinarium dicatur, non ſufficit, qđ habeat certam, & perpetuam præſtationem, ſed neceſſe eſt,quòd ſit etiam merè reale, & non mixtum, prout ſunt hæc, de quibus loquimur, vt ſenſit Aretin. conſ.133. Capra in allegata regula 96. a num.37. Eucrar. in conſ.42. circa fin. verſic. Ad ſecundum, Vaſch. de ſucceſſ. creatio, lib.1. §.10. a num.652. plenè Ruin. d. conſ.117. lib.4. & conſ.111.lib.5.& alij plures, quos refert Gallia in d.conſ. 59. a num.17.vbi latè hanc concluſionem exornat,& ideò concludit Eccleſiam non teneri ad aliquod aliud onus, q̃ ad cenſus, & tributum, cum hæc ſint merè realia. Nam quotieſcũque onus ſit mixtum, & imponatur perſonis pro rebus, conſequens ſit, vt non poſſit imponi in ſubditis, et pro rebus pro eos poſſeſſis in loco. Bart. in d.l. reſcripto, §.fin. de munerib.& honor. & communiter not. in dicta l. placet, Petr. de Vbald. conſil.1. poſito poſt tract. de collect. num.6.

Quar-

Quartò, quia in ſpecie, quòd onus menſualis ſit extra ordinarium, non ordinarium, affirmauit Plot. in dicto conſ. Martini Gara 63. num. 13. & Gallia in alleg. conſil. 69. num. 67. & D. Alexander Rauden. de analogis lib. 1. cap. 40. vbi latè inſiſtit, & reprobat contrariam opinionem eius, Plot. in conſ. 41. nu. 2. & 3. qui viſus eſt affirmare contrarium, ea motus ratione, quod hoc onus menſualis incerta, & perpetua quantitate imponatur. Mēſuale.

Quintò, q. a licet menſuale impoſitum ſit ex ordine Principis, & in certa limitata quantitate, quoad totum dominium, & repartitum ſuper ſingulis Ciuitatibus, & Terris dominij: Ciuitates tamen, & Terræ ipſæ illud ſemper repartierũt ſuper æſtimo ſimul cũ alijs extraordinarijs impoſitionibus, & collectis, & ſic modo in vna quantitate, modo in alia, ſecundum caſuum contingentiam: quæ res facit, vt idem ſit de hoc onere iudicandum, quòd de alijs oneribus extraondinarijs, ſicut in ſimilibus terminis conſiderauit Corne. in conſ. 24. col. antepen. lib. 3.

Sextò, vbi etiam his non obſtantib. dubitari adhuc poſſet de qualitate horum onerũ; ceſſare tamen deberet omnis dubitatio apud nos, cum ex communi conſuetudine, & obſeruãtia hæc onera ſemper habita fuerint pro extraordinarijs, & ab ipſomet quoque Principe pluries ita declaratum fuerit, cui ſine dubio licet, quodlibet onus de ordinario extraordinariũ facere, & è contra; ſicut & ad eum ſpectat onera indicere, l. 1. C. de indictis, lib. 10. Calder. conſ. 2. de cenſib. col. penult. verſ. Nata etiam, & ſequẽti, & plenius in conſ. 7. per tot. de conſtitutionibus, Alexand. conſ. 52. num. 7. lib. 5. Idq́. probatur imprimis ex litteris Cæſareis die 10. Decẽbris 1547. quibus hoc onus impoſitum fuit, nam in eis aſſeritur hoc onus de nouo indictum fuiſſe ex præciſa neceſſitate, quæ tunc ſuberat, licèt alias impoſitum fuiſſet, & poſtea ſublatum. Deinde probatur, quia ſingulis annis ſemper dantur litteræ ad ſingulas Ciuitates, vt perſeueretur etiam pro illo anno in eius ſolutione; Et quia quando emerſerunt nouæ maiores neceſſitates, quandoque auctum fuit in ſeptima parte, quandoque etiam duplicatum, & ſemper in omnibus ſcripturis

appellatum fuit onus extraordinarium, & commiſſum curæ rationatoris onerum extraordinariorũ; qui alias erat Auguſtinus Putheobonellus. Et quia, quando actum fuit de reuocandis exẽptionibus tit. gratuito conceſſis, ſub p̃textu, quod onera extraordinaria impoſita ex cauſa belli, & conſeruationis Status in tantum creuiſſent, vt earum ſolutioni, nec ęrarium Principis, nec facultates non exẽptorum ſufficerent, imprimis actum fuit de onere mẽſualis, ẽt in executione litterarum Regiarum diei 13. Octobris 1560. in quibus inſeritur relatio, & calculus impoſitionum extraordinariorum, & ab eis Rex iuſſit, vt nullus immunis præſeruaretur, niſi, qui de iure præſeruari deberent, & ibi fit mentio de onere menſualis, & taxi equitatus, ſub nomine onerum extraordinariorum. Accedit ordinatio Excellentiſs. Senatus diei 23. Ianuarij 1561. & altera diei 27. Ianuarij 1554. iunctis quibuſdam alijs, quę exhibentur, factis etiam in contradictorio iuditio, quibus declaratum fuit exemptionem ob numerum duodecim liberorum, extendi etiam ad onus menſualis, taxi equitatus, hoſpitationis militum, contributionis præſidiorum, æqualantijs, & quatuordecim Regalium, & quarumcumque aliarum collectarum, quæ ſuper æſtimo exigi conſueuerant, quippequæ hæc omnia onera extraordinaria ſint, cum & ipſi immunes ob duodecim liberos exempti ſint ſolum ab oneribus extraordinarijs, & hoc idem declaratum quoque fuit anno 1559. die primo iunij, ad fauorem Venerandi Hoſpitalis magni Mediolani, & eius colonorum, ac fictabilium.

Ex quibus omnibus luce clarius intelligimus iuſtiſſimã, & æquiſſimam eſſe ſententiam, quæ ab Illuſt. Magiſtratu lata fuit ad fauorem dicti Venerandi Collegij, ideoq; malè ab ea appellatum fuiſſe per agentes Ciuitatis, & conſequenter nullo modo hanc ſententiã reuocandam, ſed omninò confirmari debere, cum condemnatione Ciuitatis in omnibus damnis, & expenſis, prout petitur, & ſperatur, &c.

F A-

FABRITII ZVMALLI
I. C. LAVDENSIS.

QVæ nunc vidi deducta in hoc articulo, An bona, quæ per laicum poſſidebantur, & collectis ſuppoſita erant, etiam præuia deſcriptione in æſtimo alicuius cõmunis, ſi tranſlata fuit in aliquam Eccleſiam, aliquodue Monaſterium, vel per vltimam voluntatem, vel per contractum inter viuos, poſſint adhuc collectari pro onere menſualis, alijsq. oneribus, quę ad eandem ratam diſtribuuntur, & exiguntur pro rata æſtimi, quæ vulgo appellantur, & cenſentur extraordinaria, licet ea omnia eſſent prius impoſita ex ordine Principis, ſæpè ego deduxi, dum eſſem Orator Ciuitatis Laudæ, per quamplures annos ante an. 1570. & vidi ab alijs Oratoribus deduci; nec tamen vnquam obtinere potui, vel obtentum vidi cõtra Eccleſiam quantacuuq; inſtantia fieret, tàm apud Excellentiſs. Senatum, quàm apud Illuſt. Magiſtratum ord. ſed ſemper vidi obſeruari litteras ab Ill. Magiſtratu dari ſolitas ad Eccleſiæ fauorẽ iam ab antiquo tempore, quarum extant exempla, & quæ contra nos Laudenſes, præſertim erant datę pro Monialib. S. Pauli conuerſi, & ꝑ Monialib. S Redegũdæ, & hoc, quia ꝑ abſoluto ſẽper, & habitum fuit, & vſu receptum, quicquid aliqui reclament, qđ Eccleſia pro bonis ſuis ſit immunis a collectis, & omnibus oneribus extraordinarijs, vt probant c. non minus, verſ. Siue quidem, & verſ. Quo circa, & c. aduerſus, in priuc. ext. de immu. Eccleſ. confirmata in c. 1. de immu. Eccleſ. in Clem. & omnino c. loquens de bonis, tàm nouiter acqſiris, quàm in poſterũ acquirendis, in c. 1. quia nonnulli, verſ. Sanè, & verſ. volentes, de immu. Eccleſ. in 6. l. placet, ibi nil extraordinarium ab hinc ſuperindictumuè flagitetur, C. de Epi. & cler. §. ad hæc ſancimus, ibi neque ſordidas functiones, neque extraordinarias deſcriptiones ſuſtinere, in Authen. de Eccleſ. tit. Bartol. in l. reſcripto, §. ſciendum, ver. collectæ verò, num. 4. de mun. & hono.

qui

Digitized by Google

qui tamē licet loquatur in clericis, tamen I. apparet eum ſemper parificare bona Eccleſiarum, & clericorum, vt & factum erat in d. Auth. item nulla; nam & ij de iure Codicis ab omni extraordinario erant immunes, vt in l. 2. verſ. Itaque extraordinariorum, C. de ſacroſ. Eccl. & rurſus, ac plenius Bart. in conſ. 180. incip. Si aliqua poſſeſſio æſtimata, & allibrata, ſeu appretiata in libro communis, nunc deueniat in aliquem clericorum, lib. 1. num. 3. & 4. & per to. in l. placet, in prima lect. nu. 3. & in ſecunda lect. nu. 1. & nu. 35. verſ. Sed poſtquam, & num. 37. verſ. Ego ſuper, C. de ſacroſ. Eccl. & Bald. in vulgato conſ. 246. Antiqua querela laicorum, lib. 3. & Gemin. conſ. 116. col. 2. verſ. Quoad ſecundum, & Abb. in d. c. non minus, col. 5. verſ. Ad alia autem onera, & verſ. Tertium fuit, & Iaſon in d. l. placet, in 1. lect. in 2. not. num. 13. & num. 18. in 2. lect. num. 7. verſ. Ideo no. & num. 10. & 13. & ſub num. 20. & Abb. conſ. 8. num. 1. & omnino Saly. idem tradens de oneribus impoſitis perſonæ pro rebus, vt quilibet ſoluat tantum pro libra æſtimationis bonorum, ſiue ſapiant naturam ordinariorum, puta ſi ſingulis menſibus ſolueretur certum quid ſine temporis præfinitione, ſiue ſint merè extraordinaria, puta ſi ex caſu repentino imponatur collecta, in d. l. placet, col. 2. in fine, ſub ver. Aut propriè non ſunt realia, Ruin. conſ. 117. num. 3. lib. 4 vbi etiam num. 4. de dicta parificatione clericorum, & Eccleſiæ, & Feſtaſ. in tract. de collect. p. 4. c. 5. vbi & dicit hanc opinionem ab omnibus recipi, & ideo de ea non eſſe hæſitandum, & alij alibi, & præſertim infra citandi in reſponſione ad contraria, vbi etiam demonſtrabitur ita fuiſſe iudicatum, & obſeruatum etiam in fortioribus terminis.

Neque obſtat primò, quòd dicatur, bona ſemel in æſtimo deſcripta tranſire in Eccleſiā cum onere ſoluendi collectas, prout antea ſoluebant, ex allegatis per Feſtaſ. in tract. de collect. p. 4. c. 1. nu. 50. 51. & c. 2. nu. 28. in fine, & 29. quia quicquid dicant contradicentes magis vera, & cōis, ac vſu recepta cōcluſio eſt, vt ēt de bonis acquiſitis ꝑ ciues a ruralibus tradit Plot. in l. ſi quādo, nu. 26. C. vnde vi, vt etiam ſi bona prius forent regiſtrata, Eccleſia ꝑ

cis

eis poſtea acquiſitis præſeruetur in ſua exēptione ab extraordinarijs, & collectis, vel ab ipſo æſtimo penitus eximantur cū alioqui eius exēptio ei forret inutilis, attento qđ niſi bona prius forent occulta, vel penitus inculta, ac deſerta, vel alicuius exēpli nō ſit ferè dare caſū quo bona prius nō forēt æſtimata, & regiſtrata dū eſſent penes laicū cū vbiq; sēper fuerint regiſtrata, vt indicat tit. ff. de cēſib. & C. ſine cenſu, vel de reliquis, & in tribus lib. C. in tit. de cenſibus, & cenſitoribus, & in tit. de agricolis, & cenſitis, & probant ſcripta Doctorum antiquorum, præſertim infra relatorum, & Luc. de Pen. in l. fin. col. 2. verſ. Huius gratia, & col. 3. verſ. Nunc autem, C. de exact. trib. n. 10. Et ferè impoſſibile ſit onera cum aliqua æqualitate exigere pro bonis, niſi medio alicuius deſcriptionis, æſtimationis, ac regiſtrationis eorum, vt & ſenſit Boſſ. de princ. ſub num. 105. poſt medium, ibi, quia cum imponitur collecta ſemper videtur imponi, ſecūdum æſtimum, vt volunt oēs, nec de alijs, quam de prius regiſtratis poſſit rationabiliter intelligi. t. in c. 1. de imm. Eccl. in 6. quatenus loquitur de acquiſitis pro quibus Eccleſia moleſtabatur, & multo magis quatenus etiam loquitur de acquirendis indiſtinctè, prout illū t. de bonis regiſtratis loqui intelligit Guid. Pap. idem tenens in q. 381. & ſimiliter. t. in d. l. placet, & in d. Auth. item nulla Communitas, dum indiſtinctè prohibent Eccleſias moleſtari pro aliquibus extraordinarijs oneribus, vnde & generaliter tradit Alban. in tract. de immun. Eccleſ. num. 45. 48. bona omnia, quæ a Principe quoquo modo grauantur, eſſe æſtimāda, & ita docere experientiam. Quare & Bart. pro Eccleſia determinans apertè loquitur de æſtimatis, quæ tranſiuerunt in Eccleſiā, in d. conſ. 180. lib. 1. & poſt eum, ac Felynnū, ac Parpal. Bellonus, conſ. 40. num. 3. & Bald. in d. l. placet, ſub verſ. Quæro iuxta hoc ibi, ego dico poſt gloſ. vni. in fine, in l. incola, 11. ad municip. quem ibi ſequitur Aret. ſub nu. 3. & poſt eam gloſ & clarè Caſtren. in d. l. placet, in fin. nu. 8. (aduertendo tamen, quod errore impreſſoris poſitū eſt ℣. Vendicationem, pro ℣. Impoſitionem, vt colligitur ex d. gloſ. dum monet, ℣. Deſtinatus intelligendum eſſe per

impo-

Digitized by Google

impoſitionem, vt & Bart. ibi num. 4. in fine, & num. 5. in princ.) & rurſus Bald. in Auth. ſed, & periculum, verſic. ita no. Bart. C. ſine cenſu, vel reli. & in conſ. 132. caſus, lib. 3. & Abb. in c. fin. col. fin. verſ. Tertia opinio, & verior, de vita, & honeſt. cleric. & Roma. in l. ſi publicanus, §. 1. ſub num. 6. verſ. Aut quæritur, de collectis, de publican. & cenſit. Calcan. loquens de clerico ſuccedente laico in bonis Cremonēſibus, conſ. 7. Quia a me, col. 5. verſ. Quod autem clerici, vbi etiam citat Bart. in d. conſ. 180. lib. 1. quem etiam ſequitur Gemin. poſt Archid. in d. c. 1 in fine, & ibi etiā Franc. col. 1. verſ. Quid autem, ſi ad Eccleſiam, de immun. Eccleſ. in 6. & Ruin. conſ. 111. num. 9. lib. 5. & plenè probat Brun. conſ. 94. num. 2. verſ. Non obſtat regiſtrum, & num. 3. quia, inquit, regiſtratio eius, qui vendidit, non facit prẹiudicium tributarium, ſed obligat ipſum regiſtrantem tanquam ex pacto, & promiſſione, nec Eccleſia tenetur virtute obligationis, quæ ſurgit ex regiſtro, quam rationem etiam repetit in conſ. 103. num. 6. & approbat etiam Alciat. conſ. 8. concluſ. num. 6. 7. 8. & 9. lib. 3. & Natt. conſ. 1. ſub nu. 9. vbi etiam refert, & ſequitur Bart. in d. conſ. 180. lib. 1. vt & facit in conſ. 328. nu. 2. in princ. cuius opinionem etiam communiter receptam, immò etiam receptiſſimā, pluribus adductis, dicit Oſaſc. deciſ. 136. nu. 2. Et hanc opinionem vti communem conſtanter affirmat, & tuetur Sylua. conſ. 32. per tot. & præſertim num. 7. 8. 12. 13. 14. 15. & num. 19. & 20. & ſimiliter Remig. de Gonni. alios plures addens in tract. de charit. ſubſid. q. 61. a num. 45. vſque 52. incluſiuè, in vol. 15. Tr. nou. p. 2. fol. 185. & nouiſſimè Theſaur. in deciſ. 234. nu. 2. in princ. & num. 4. & 7. vbi refert ita iudicauiſſe Senatum Pedem. in cauſa per eum relata, & alias ſæpius, ſicut & iudicatum fuiſſe a parlamento Delphin. & eſſe de mente trium ſtatuum, refert Guid. Pap. d. q. 381. & apud nos iudicatum fuit ab Excell. Senatū Mediolani de anno 1543. die 17. Decembris, ad relationem Illuſtris Raynoldi in cauſa æſtimi Laudæ, cum ſuborta foret ſimilis quæſtio cōtra Religioſos S. Dominici, & S. Bartholomæi, qui emerant bona iam ante regiſtrata, & inſtabant ne amplius in

æſti-

æſtimo deſcriberentur contra allegantibus Laudenſibus vim regiſtri præcedentis, & ſtatuti 340. in fol. 58. diſponentis, quod bona eorum, qui de iure tenentur ad onera Communis Laudæ, perpetuò ſint obligata, & obnoxiata Communi Laudę, & oneribus communis Laudæ, ac decreti antiqui, quod bona tranſirent in acquirentem cum onere ſuo, nam Senatus Excellentiſsſimus ſanxit in hunc modum.

Quo verò ad bona Fratrum Religioſorum S. Bartholomæi, & S. Dominici, ordinat tantum ea eſſe regiſtranda, quæ tempore acquiſitionis iam erant oneribus obnoxia, & ad effectum vt perſeuerēt in ſolutione onerum ordinariorum, quæ iam impoſita fuerunt.

Ex qua ordinatione patet nihil amplius tributum fuiſſe Communitati ob regiſtrationem antecedentem, quam quod, & ſine illa competiiſſet, nempè quod tantum teneretur ad ordinaria onera iam impoſita, ſic expreſsè ſupponendo, quod ad extraordinaria, ſeu ad collectas nullo modo compelli poſſent.

Hinc eſt, quod ab æſtimo generali cæpto de anno 1549. excluſa fuerunt omnia bona Eccleſiaſtica, & ſimiliter ab omnibus reformationibus taxarum equorū factis in Prouincijs, in quibus maſſa eccleſiaſticorum non taxatur nulla vnquā habita diſtinctione, an bona perueniſſent in Eccleſiam a perſona prius deſcripta, & ſoluēte onera necnè; ſed tantum habita diſtinctione, An bona forent acquiſita per perſonam eccleſiaſticam ſuo nomine proprio, an verò nomine Eccleſiæ; præſupponendo, quod acquiſita nomine Eccleſiæ non forent denuncianda, & taxando, vt præſertim videre eſt in informatione data per Ill. Magiſtratum Alexandro Craſſo pro reformatione compartiti, taxarum agri Papienſis die 4. Auguſti 1541. c. 8. ad cuius exemplum etiam cæteræ informationes concipi conſueuerunt. Idem obſeruari conſueuit in confectione, ſeu reformatione æſtimorum particularium locorum, vt præſertim videre eſt in capitulis æſtimi Cremonenſis compilatis ſub Ill. Senatore Montio ad illius confectionem delegato, & confirmatis per Senatum Excellentiſs. ſub die 23. Martij

1564. cap. 4. vbi nulla vſquam impoſita neceſſitate denũciandi bona per Eccleſiam acquiſita decernitur ab ęſtimo laicorum detrahenda eſſe liuella eccleſiaſtica, tam iuſtificata ad æſtimum generale, quàm poſtea, & etiam ſi poſtea de nouo facta fuerint, & ſic poſt iam cenſita bona, ſuper quibus poſtea fuerint cõſtituta: & in ordinatione facta per eundem Illuſt. Senatorem Montium ſuper ſtabilimento æſtimi Melegnano, ſub die 12. Februarij 1573. facto verbo in Senatu Excellentiſs. & de eius mente in verſ. Reliqua verò bona in dicto Territorio ſita, demptis eccleſiaſticis, ibidem cenſenda eſſe, & teneri ſoluere onera, vt infra. Et quotidie videmus obſeruari per Mag. Communitatem Mediolani in exactione taxarum domus, & perticatuum, à qua ſemper eximuntur bona, qua docentur in Eccleſiam tranſiuiſſe, licèt prius fuerint taxata, & deſcripta, cum alijs ſoluere debẽtibus, & ita etiam ſanxit Illuſtriſs. tunc Mediolani Gubernator, Dux Sueſſæ, dum in ſuis litteris diei 22. Martij 1559. mãdauit ad ſolutionem impoſitionis ſcutorum quinque centum millium, omnes teneri nemine, excepto ſub quouis titulo exemptionis pterquam eccleſiaſticos, & loca pia, & immunes, ob XII. liberos, & ex titulo oneroſo. Et ſic nulla facta diſtinctione, an bona illa eccleſiaſticorum, & locorum piorum forent prius æſtimata, necnè, & idem ante apertius ordinauit Illuſtriſs. Don Ioannes Figueroa, vt teſtatur Ill. Magiſtratus ordinarius in eius litteris, datis die 14. Decembris 1558. pro Vener. Patribus S. Bartholomæi de Çauacurta Laudenſi, quæ ſunt antiquiores, quas hactenus repetire potui, & ad quarum exemplum cæteræ omnes poſteriores datę videntur eiuſdem effectus, quod ipſis Religioſis ſoluentibus, tàm pro bonis eorum antiquis, quàm pro nouiter in eos peruentis, & ab eis poſſeſſis, onera ordinaria non moleſtarentur pro aliquo onere extraordinario, ſpectante eorum æſtimo, quoniam ita vult iuſtitia, vt ẽt ordinatum fuiſſe pro Reu. Monialibus S. Dominici Ordinis S. Claræ Nouariæ, die 23. Septembris 1558. refert Plot. iun. in addi. ad vltimum conſil. Martini Garr. nu. 13. & ita vidi reſcriptũ pro quampluribus alijs, & præſertim

pro

pro Reuer. Don Siluano de Laude, & conſortibus ad Prætorem Caſalis Maioris, ſub die 24. Ianuarij 1567. & rurſus ad eundem Prætorem, ſub die 11. Iulij 1567. & cum declaratione onerum ordinariorũ, & extraordinariorum, & ante pro bonis translatis a Com. Guaſtalla prius æſtimata in Eccleſiã S. Pauli Conuerſi, in contradictorio cum Regio Fiſco, & Communitate, ac Comitatu Laudæ, ſub die 10. Aprilis 1564. a quibus litteris cum appellaſſet D. Modignanus, tunc Orator Laudæ, & citatę etiam fuiſſent Moniales ad dandum ſuſpectum, & factæ hincinde reſponſiones, & omnia fuiſſent tranſmiſſa ad Illuſt. Senatorem Filiodonũ, legenda in Senatu, fuit per Illuſt. Filiodonum ſcriptum huiuſmodi decretum, vt videre eſt in originali, penes me exiſtente. Inter Fiſcum, & priuatum non appellatur, Moniales autem non fuerant in iudicio prioris ininſtantiæ, propterea quo ad eas non militat appellatio, ideò nulla fiat prouiſio ſuper precib' Ciuitatis. ſubſcript. Filiodonus, & memini, quod contigit mihi, qui tunc ſucceſſi in locum D. Modignani laborare pro Ciuitate, & allegare pro ea modo coram Illuſt. Picenardo, & modo coram Illuſt. Filiodono, præſertim exhibendo Thomatum in loco relato, & ferè irridebantur ejus dicta, tanquam notoriè inania, & contra communes doctrinas, & præſertim dum facit vim in obligatione contracta, virtute regiſtri, in qua ipſemet dicit conſiſtere vim illius quæſtionis in fol. 54. cum tamẽ nullo iure probetur inde contrahi aliquam hyppotheecam perpetuò rei adherentem, & tranſeuntem in quoslibet ſucceſſores, & immò allegata per eum probent tantum de obligatione perſonali, & præſertim Bald. in l. ſi negotium, C. de neg. geſt. dum dicit æſtimum haberi loco promiſſionis, quia nihil dicit de hyppotheca bonorum ſuorũ, vnde Bald. alibi quando egit de obligatione tranſitoria ad ſucceſſores, poſuit caſum, quo quis non ſolum ſe obligauit, ſed etiam obligauit hæredes, & ſucceſſores ſuos, vt in conſ. 280. ante med. verſ. Nec obſtat Auth. lib. 2. & in conſ. 246. lib. 3. & poſt eum, & alios Teſſ. deciſ. 234. num. 9. & ſignanter Fr. Lucanus in tract. de Fiſco, e priuil. eius, in 3. par. princ. num. 81. vel expreſsè obligauit bona ſua pro ſolutione collectorũ, vt refert Cra-

uett. conſ. 217. num. 3. verſ. Similiter poteſt. Quare benè, Natt. conſ. 1. ſub num. 9. & conſ. 328. nu. 2. dixit aſcriptionem in regiſtro non obligare, niſi perſonam regiſtrantem, vt & Iac. Brun. d. conſ. 94. num. 2. 3. & d. conſ. 103. num. 6. & Alcia. d. conſ. 8. num. 6. 7. 8. 9. lib. 3. & Rimin. iun. conſ. 25. ſub num. 23. & Bald. in d. conſ. 434. num. 2. in princ. lib. 3. dicit tantum, quod facientes æſtimum in loco videntur profiteri ſe ſoluturos collectas, & Aret. in d. l. placet, ſub num. 3. verſ. Breuiter dicit, inquit, non reperire cautum, quod deſcriptio in æſtimo afficiat rem in onere reali: quem ibi probat Alcia. nu. 8. dicens, ſimplici ſcriptura profeſſionis non probari hypothecam.

Hinc eſt, quòd cum rurſus incidiſſet quæſtio pro bonis per Conſtantium Viſtarinum alienatis, præfatis Monialibus Sācti Pauli, & factæ fuiſſent hincinde mutuæ reſponſiones coram Illuſt. Magiſtratu inter Ciuitatem Laudæ, & Camillum Viſtarinū hæredem dicti Conſtantij, idem Ill. Magiſtratus noluit apponere manū ad iam ordinata pro Monialibus, ſed tantum prouidit, vt Ciuitas præſeruaretur indemnis ab hæredibus venditoris, iuxta ordines allegatos a Ciuitate, vbi forent in viridi obſeruantia, vt in eius litteris datis ad Referendarium Laudæ, die 12. Iulij 1568. Et poſtremò cum adhuc incidiſſet eadem quæſtio pro bonis emptis per RR. PP. S. Ioannis in conca Mediolani, in loco Mozanichæ Cremonenſis datæ fuerunt aliæ litteræ ad Cōmiſſarinm Falchetum Cremonæ, ſub die 26. Februarij 1579. vt idem pro eis ſeruaretur, quòd iam pro alijs fuerat ordinatū ſub dicta die 11. Iulij 1567. Et cum Communitas Mozanichæ appellaſſet, & nihilominus executionem fieri feciſſet, reportatæ fuerunt litteræ ab Excellētiſs. Senatu ad Prætorem Mozanichę, ſub die 16. Ianuarij 1579. vt litteras Magiſtrales exequeretur, & pignora derobata reſtituerunt: & cum adhuc non pareretur, reportatæ fuerunt alię litterę Magiſtrales idem mandantes: & cum adhuc Communitas foret renitens, ſub prætextu, quòd non foret expreſsè derogatum appellationi, reportatæ fuerunt aliæ litteræ a Senatu Excellētiſs. mandantes, vt dicta appellatione non attenta ordinario Magiſtratus omni-

omnino executioni mandaretur per omnia promptiora iuris remedia, & etiam per perſonalem detentionem contumacium, ſeu renitentium, vel contradicentium, & ita fuit executioni miſſum. Ex quibus, & alijs pluribus, quæ facilè reperiri poſſent, ſi diligentius inueſtigaretur, probatur, quod hæc opinio eximendi bona per Eccleſiam acquiſita, non obſtante, quod prius eſſent ſub nomine laici, præcedentis poſſeſſoris regiſtrata, ſemper fuit obſeruata, quotieſcunque eius obſeruatio fuit requiſita. Et ita per eiuſmodi obſeruantiam confirmata fuit, ita vt in dubijs præualere debeat, prout dicitur de opi. coutrouerſis, et quod contraria opinio prætēdatur communis, vel verior, vel contra Eccleſiam, vt pulchrè tradit Dec. in c. at ſi clerici, in princ. col. 19. ante num. 26. a verſ. Et iſta cōmunis, ext. de iud. Corn. in l. 2. verſ. Sed licet, C. de bonis, quæ lib. Neuiz. conſ. 66. ſub num. 22. Rot. Rom. in dec. 574. num. 3. 4. par. 1. in nouiſs. Putc. deciſ. 241. lib. 3. & omnino Remig. de Gon. in d. tract. de charit. ſubſid. q. 61. num. 37. 38. 39. 40. 41. fol. 184. To. 15. p. 2. tr. nou.

Et prædicta multo magis confirmantur ex argumentis plenè traditis per Alban. in d. eius tract. de immu. Eccl. per tot. & in addit. ad Bar. in l. hæres abſens, in prin. nu. 3. & ſeq. de iud. ad probandum bona translata in Eccleſiā, etiam eximi debere ab oneribus ordinarijs prius impoſitis, licèt nunc de eis non ſit quæſtio.

Memini etiam, quod circa annum 1570. cum Communitas Treuilij conqueſta fuiſſet apud Excellentiſs. Regiū Locumtenentem, quod impedita foret in exigenda ſolita onera ſuper bonis translatis in Eccleſias a perſonis regiſtratis, & Sua Excellentia remiſiſſet negotium Excellentiſs. Senatui, vt nos ſimul cum alijs colligiſſemus, quæ dici poterant, & conſueuerant contra Eccleſias ſuper ſingulis oneribus, & præſertim ſuper menſuali, voluit vnquam Senatus manum apponere, ſed voluit cōſulere Suam Maieſtatem, facta ad eum plena omniū relatione, vt dictum fuit: ſed poſtea nunquam aliquid reſponſum, vel reſolutū audiui, ſed immò perſeueratum in præſeruando Eccleſias ab extraordinarijs, vt ſupra.

Secun-

Secundò, non obſtat ſtatutũ nou. incip. Omnes domus, ſub Rub. Quod bona cuiuslibet ſint obligata pro fodris, taleis, & oneribus, lib. 1. fol. 18. iuncto alio ſtatuto incip. Item, quod prædicta, ſub eo tit. Ex quibus habetur, quod ſi bona aliquorum ſubditorum perueniant in dominium ſubditorum iuriſdictioni communis, Non ſint, & intelligãtur adeò obnoxiata communi Nouariæ, quod ſuper eis poſſit exigi tàm fodrum, quàm alia ſpecialis præſtatio, ſicut ſi onus eſſet merè reale, & impoſitum rei tantùm, & non perſonæ pro rebus, quorum virtute prætenditur, bona omnia fuiſſe effecta tributaria; ideò locum habere cautelam à Bart. traditam contra Eccleſias, in d. l. reſcripto, §. fin. de muner. & hono. Quia in primis aduertendum eſt, differre, quod bona fiant tributaria, vt conſulit Bart. & qđ tantum decernantur obligata, vt hic, vt monet Caſtrẽ. in l. placet, num. 7. in fin. verſ. Si autem ſtatutum, C. de ſac. ſanct. Eccleſ. & Natta conſ. 1. num. 8. & quia licet Caſtr. ibi admittat fieri poſſe per ſtatutum, quod prædicta intelligantur obligata, & quod dicantur onera realia, vt etiam viſus eſt probare Ancha. conſ. 304. alias 305. Hoc ſtatutum communis Piſtorij, tamen adhùc Caſtr. admittit, quod poſtquam res peruenit ad Eccleſiam, dicatur id ſtatutum in fraudem, vt ante dictum fuerat de prædijs effectis tributarijs, poſt Bald. ibi in verſ. Quarto no. & quod ideò non teneatur Eccleſia, niſi pro præteritis, vt & ſanxit Senatus in d. eius ordine, diei 27. Decemb. 1543. non obſtãte, quod etiam Laudæ adeſſet ſimile ſtatutum in fol. 58. quo etiam ſtatuto non obſtante, emanarunt ſupra relatæ litteræ Magiſtrales, à Senatu approbatæ: Nam verè quatenus ſtatutũ nititur de mixtis oneribus facere merè realia, eſt oppoſitum in obiecto, vt poſt Bald. monet Caſtren. in l. 2. ſub num. 6. verſ. Sed, Bald. C. ſine cenſu, vel reliquis. Quatenus verò obligat bona etiam pro futuris onerib⁹, conſtat omnem eiuſmodi conatum fieri ad illaqueãdam Eccleſiam, in quam poſtea bona tranſiuerint, & in eius fraudem, vt & fatetur Caſtr. ſe cum alijs electis ad condendum ſtatuta Florentiæ operam dediſſe in eis ſtatutis condendis, in d. l. 2. ſub d. nu. 6. verſ. Sed poteſt di-

ci.

ei. Cuius etiam fraudis vitandæ cauſa, cõmuniter reprobata eſt dicta cautela Bar. de efficiendis bonis tributarijs per ſtatutum, vt per Bald. in d. l. placet, verſ. Quartò no. & ibi Caſtr. ſub num. 7. verſ. Vide, per Bal. & Iaſ. in 1. lect. num. 17. verſ. Secundus caſus, & ſub num. 18. & in 2. lect. num. 21. 22. & poſt eum Parpal. nu. 77. & Bald. conſ. 112. col. 3. lib. 2. & Abb. in c. fin. de vita, & hon. cleric. Rom. in l. ſi publicanus, §. 1. de rebus ſub. num. 7. vbi etiam reprobat dictam aliam cautelam obligandi bona pro futuris collectis de publica. Card. in repet. c. perpendimus, col. 30. verſ. Venio ad tertium, de ſent. excom. Fely. in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. col. 28. in 5. quæſt. ſub nu. 47. verſ. Sed contra dictam, vbi etiam in fine dicit retinendã hanc opinionem pro veriori, & ſuſtentabiliori, & admittit Dec. ibidem col. 27. in princ. ante num. 53. verſ. & iſta opinio, quando hoc eſſet ſtatutũ in fraudem clericorum; quod tamen præſumitur, vt in ſupra relatis locis, & præſertim per Fely. dicto loco, & amplius Salic. in Auth. item nulla, in 1. quæſt. in fin. C. de epiſc. & cler. & Aret. in d. l. placet, num. 1. verſ. Sed aduerte, Io. de Plat. in l. fin. C. de exact. trib. lib. 10. num. 3. & omnino Sylua. d. conſ. 32. nu. 11. & Purpur. conſ. 483. nu. 6. in fine, & ſeq. & Ruin. conſ. 117. num. 3. in fine, verſ. Et vbi per ſtatutum, lib. 4. & nu. 8. & Alba. num. 8. conſ. 4. 5. 6. 7. & Teſſau. deciſ. 134. nu. 5. verſ. Sed aduerte, & Natta conſ. 1. nu. 7. in fine, & Brun. in tract. de conſtit. Decretis, & ſtatut. verſ. Tributum, & Capr. regu. 96. num. 43. Et in terminis ſtatuti Nouariẽſis, & nou. conſt. Mediolani in tit. de oneribus, in princ. Ploc. iun. in dicta addit. ad vlt. conſ. Martini Garrati nu. 13. præſertim attenta obſeruantia, tàm Senatus, quàm Illuſt. Magiſtratus ord. de qua obſeruãtia, attenta etiam ſuccedunt ea, quæ dicta ſunt ſupra, de amplectenda illa opinione, in opin. controuerſis, quam obſeruantia cõprobauit, vt etiam in terminis contra ſtatutum faciens bona tributaria, ſtante conſuetudine contraria pro eccleſiaſticis, tradit Corn. conſ. 205. col. fin. verſ. Ideo dicta dubitatio, lib. 1.

Tertiò, non obſtat conſtitutio Mediolani in tit. de oneribus,

tribus, in princ. diſponens, quod acquirentes etiam ſi exẽpti eſſent, teneantur ad ſolutionem omnium onerum ijs modo, & forma, prout tenebatur ille, cuius erant bona, & in eo loco, vbi ſolui conſuetum fuerat, quia vult bona cum onere ſuo tranſire debere. Nam iam pluries declaratum fuit d. conſtit. cum ſimilibus ſtatutis vti verè conditam propter ſolos laicos, vt per Boſſi. de princ. nu. 106. & num. 110. verſ. Et fuit factum prædictũ Decretum non afficere Eccleſias de nouo acquirentes, nec in eas tranſire, niſi onera ordinaria iam impoſita, vt ſupra fuit relatum, & ſimiliter etiam declaratum fuit per Senatum pro exemptis ob 12. lib. ſimilem habentibus exemptionem ab extraordinarijs, vt ea immunitate fruantur etiam pro bonis poſtea acquiſitis, & regiſtratis, non obſtante decreto, quod bona tranſeant cum onere ſuo, vt in eius litteris diei 2. Iunij 1571. ad Prætorem Cremonæ pro Fratribus de Paterno: & rurſus etiã pro Fratribus Confalonerijs contra Communitatem Candiæ, ac Principatum Papiæ, ſub die prima Septembris 1584. referente Illuſt. Senat. Boſſio, vt in ordinatione, exiſtente penes Secretarium Petranigram, & adhuc in ordinatione pro Minoia pariter exempto, ob 12. lib. ſub die 7. Iunij 1589. allegata pro parte Ciuitatis Nouariæ, & comprobatur a fortiori, ex quamplurimis traditis per Alba. in d. tract. de immu. eccl. præſertim num. 28. & ſeq. & num. 56. & ſeq. & repetitis in dicta addit. a d. Bart. in l. hæres abſens, in princ. de iud. prout etiam paſſim indicant Doctor. dum tunc tantum dicunt bona tranſire in Eccleſiam cum onere ſuo, quando agitur de oneribus merè realibus, ſeu ordinarijs iam impoſitis, vt gloſ. in c. 1. verſ. Bonorum, de immu. eccl. in 6. & in c. 1. in verbo vllo ſeruitio, verſ. Alia autem, de cenſib. Bart. in d. conſ. 180. col. 2. verſ. Ad illud, lib. 1. Franc. Luca in tract. de Fiſco, & priu. eius, in 3. p. princ. num. 31. Abb. in d. c. non minus, col. 4. verſ. Aduerte licet, & verſ. Sed ego diſtinguendo, extra de imm. eccl. Calder. in cõſil. 7. de conſt. per tot. & conſ. 18. de regular. ad fin. verſ. Nec obſtat ſi dicatur, & conſ. 2. de cenſi. col. penul. verſ. Quædam ſunt munera merè realia, & col. ſeq. & poſt eum

Socin.

Socin. conſ. 12. nu. 1. & ſeq. lib. 4. & etiam Curt. iun. conſ. 68. num. 4. Felyn. qui plures refert in d. c. Eccleſia S. Mariæ, in 5. quæſt. in princ. num. 47. de conſtit. Alba. conſ. 8. num. 2. Brun. cōſ. 44. nu. 3. Bero. conſ. 150. nu. 19. in princ. lib. 3. Alban. in tract. de iure immun. num. 82. poſt c. in l. 1. C. de indiction. lib. 10. Alcia. conſ. 8. n. 9. lib. 3. & hac de cauſa laborauit Luc. de Pen. in l. fin. col. 2. verſ. Huius gratia, & ſeq. vſque in fin. C. de exact. trib. lib. 10. in oſtendendo, quod præſtatio illa annua appellata collecta S. Mariæ in certa ſumma quotannis fieri ſolita Baroni, aſſumpſerat naturam tributi, & muneris ordinarij, & ideò tranſire debebat cum bonis ad eam obligatis in Eccleſiā.

Nec dicatur onus menſualis iam eſſe effectum ordinarium, cum quotannis, & in quantitate certa, & perpetua imponatur, vt ſatis temerè dicebat, Ploc. in conſ. 41. nu. 2. & num. 3. verſ. Secundò etiam reprobatus a Rauden. in tract. de Analo. lib. 1. c. 40. in princ. & ſub num. 31. & nu. 35. & ſeq. vſq. ad nu. 58. & num. 93. 94. 98. 99. 104. 105. 106. 107. & 108. quia immò ſemper tam a Principe, quàm ab eius Officialibus habitum fuit, & tentum pro extraordinario, vt patet ex Cæſareis litteris ſuæ indictionis, die 10. Septemb. 1547. ex quibus habetur illud de nouo indictum fuiſſe ex præciſa neceſſitate tunc ſuborta, licèt alias fuiſſet etiam impoſitum, & poſtea ſublatum, & quantitatem fuiſſe remiſſam arbitrio Cæſarei Locumtenetis, cui initio conuenit, quod deſuper indicto impoſito ex neceſſitate belli tradit Iaſ. in d. l. placet, in 1. lect. num. 7. verſ. Superindictum, & num. 14. & in 2. lect. ſub nu. 8. verſ. Superindictum, & num. 13. 14. C. de ſacroſ. Eccl. Rauder. in dicta l. c. de Annal. cap. 40. num. 46. 47. 48. 49. & patet etiam ex eo, quod accepit nomen ſubſidij menſualis, & ſingulis annis ſemper directæ fuerunt litterę ad ſingulas Ciuitates de perſeuerando etiam pro illo anno in eius ſolutione, quia aliter prouideri non poterat præſentib. neceſsitatibus, vt & refert Raud. d. c. 40. de Anal. num. 54. in fine, & nunquā facta fuit lex generalis, quod eſſet onus perpetuum & limitatū. vt aduertit Raud. d. c. 40 de Anal. nu. 50. Sed immò conquerentib. populis ſemper data fue-

runt bona verba de illud tollẽdo, vel limitando; ſi vnquã poſſet aliter ſuppleri neceſſitatibus ſtatus: contra verò, quando emerſerunt nouæ maiores neceſſitates, quandoq; duplicatum fuit, quandoque auctum in ſeptima parte, & quandoq; etiam vltra illud exacta multò maior quãtitas: & ſemper in omnibus ſcripturis appellatum fuit onus extraordinariũ, & cõmiſſionum curæ rationatoris in rebus extraordinarijs, qui tũc erat Auguſtinus Puteobonellus, & retentũ pro forma exactionis aliorum extraordinariorum, & quando actum fuit de reuocandis exemptionibus, titulo gratuito conceſſis, ſub prętextu, quod onera extraordinaria impoſita ex cauſa belli, & conſeruationis ſtatus in tãtum creuiſſent, vt eorum ſolutioni, nec ærariũ Principis, nec facultates nõ exemptorum ſufficere poſſent, in primis actum fuit de onere menſualis, etiam in executione litterarum Regiarum, datarũ die 13. Octobris 1560. in quibus inſeritur relatio, ſeu calculus impoſitionum extraordinariarum, a quibus Rex iuſſit nullum præſeruari, niſi qui de iuſtitia deberet; & inter alia ponuntur reſidua menſualis, & taxi equitatus ſemper ſub illa appellatione extraordinariarũ impoſitionum: & ſubſequitur ordinario Senatus, diei 23. Ianuarij 1561. decernens, qui ſoluere tenerentur prædicta, & alia onera extraordinaria, expreſsè etiam ſe referens ad dictas litteras Regias, prout etiam fuit executioni miſſum, & replicatum in pluribus ordinationibus, editis ſuper diuerſis particularibus priuilegijs, & comprobatur ex quotidiana obſeruantia exemptionis conceſſæ ob 12. lib. quæ cum ſit conceſſa ab omnibus oneribus extraordinarijs, vt in conſtit. de immun. & iure 12. lib. & per Raud. de Analo. lib. 1. c. 22. num 137. ex communi conſenſu totius Status Mediolani, & in ſpecie etiam Ciuitatis Nouarię abſque vlla controuerſia, obſeruatur etiam pro menſuali, taxo equitatus, quattuordecim regalibus taxatis pro vtenſilibus hoſpitum, & pro ipſis hoſpitationibus, & æqualantijs earum cauſſa factis, & alijs quibuslibet collectis ſuper æſtimo exigi ſolitis, vt etiam delarauit Senatus in dicta ordinatione 23. Ianuar. 1561. & in alia diei 27. Ianuar. 1554. penes Secretarium Rocham, &

Ill.

Ill. Magiſtratus in litteris, datis pro Alexandro Viſtarino ad Commiſſarium taxarum equorum in Laudenſi, ſub die 12. Iunij 1569. & in ordinatione facta pro Fratribus Ribrochis in contradictorio cum Communitate Pōtiſcuroni ſuper mutuis precibus, & reſpōſis tranſmiſſis per Prætorem dicti loci, ſub die 10. Februarij 1588. etiam viſis alijs diuerſis ordinationibus per eundem Illuſt. Magiſtratum factis in materia ſimiliū exemptorum, & audito Mich. Angelo Caballo Procuratore generali comitatum, vt fieret ordinatio exemplaris, & ſemel obtruncarētur ſimiles controuerſiæ, vbi declarat exemptionem ob 12. liberos comprehendere exemptionem a menſuali, taxo equitatus, expenſis allogiamentorum, contributionibus præſidiorum, & quattuordecim regalibus, & quo ad mēſuale trad. Raud. de Analo. lib. 1. cap. 40. ſub num. 31. & in terminis exemptionis Eccleſiæ ab extraordinarijs idem Ill. Magiſtratus in relatis litteris diei 11. Iulij 1567. pro Eccleſiaſticis Caſalis maioris, in quibus expreſsè declarauit onera extraordinaria, a quibus bona in Eccleſiā trāslata eſſent præſeruanda, eſſe mēſuale, taxas equitatus, duplicationem taxarū, & alia augumēta, ſalarium Prætoris, Medici, Magiſtri ſcolarum. Idem etiam reperitur obſeruatum in executione priuilegij immunitatis conceſſi Hiſpitali magno Mediolani pro eius colonis, & fictabilibus ab ab omnibus extraordinaris, ſub die 1. Iulij 1559. Quibus quo ad menſuale accedit Plot. iun. ad d. conſ. vlt. Martini Garra. num. 13. Quibus ſtantibus, ſuperfluum eſt vlterius quærere, quid dicatur extraordinarium, ſecundum traditionem Doct. & licet id ad probandum menſuale eſſe extraordinarium exactè præſtiterit Raud. d. lib. 1. de Analo. c. 40. a num. 35. vſque in finem capituli, cum ſufficiat ex mente Principis, & eius Miniſtrorum, ac Iudicum, & ex communi conſuetudine, & obſeruantia talia haberi pro extraordinarijs, cum ad Principem ſpectet indicere onus vti ordinarium, vel vti extraordinarium, & de extraordinario facere ordinarium, l. 1. C. de indict. lib. 10. & plenè probat Calderin. dum tuetur opinionem Bartol. quod prædicta poſſint per ſtatutū fieri tributaria, in conſ.

2. de cenſib. col. penult. verſ. No. etiam, & ſeqq. & plenios in conſ. 7. per totum, de conſtitut. vbi etiam col. fin. ſub verſ. Doct. Peruſini, dicit idem fieri poſſe per conſuetudinem, quod fieri poteſt per legem, vt & per Alex. conſ. 52. num. 7. lib. 5. & in materia onerum conſuetudo, & communis obſeruantia præcipuè ſit attendenda, Alex. d. conſ. 52. in fine, lib. 5. num. 4. 5. Soci. iun. conſ. 49. nu. 16. lib. 1. & co ſ. 75. nu. 16. 17. lib. 4. Olaſc. deciſ. 83. in fine, in qua conſuetudine etiam illud eſt obſeruãdum, quod licet mẽſuale impoſitum fuerit ex ordine Principis, & in certa limitata quantitate, quoad totum dominium, & repartitum ſuper ſingulis Ciuitatibus, & Terris Dominij: tamen ipſæ Ciuitates & Terræ illud repartitæ ſunt ſuper æſtimo ſimul cum alijs extraordinarijs, & impoſitionibus, ſeu taleis ipſarummet Ciuitatũ, & Terrarum, tanquam de omnibus, idem foret iudicium, omniaq́, eiuſmodi onera exigenda forent tanquam collectæ, & mixtæ onera impoſita perſonæ pro rebus, & modo in vna quantitate, & modo in alia, ſecundum caſuum exigentiam, quo caſu talis deſcriptio, & exactio facta ſuper æſtimo pro ſolido, & libra ſemper facit, vt dicatur agi de mixtis extraordinarijs impoſitis perſonæ pro rebus, vt per Domin. de S. Geminiano poſt Archidac. & Io. Andre. in Nouel. in d. c. 1. circa finem verſ. Tamen ſubdebat, lib. 6. & ibi etiam Franc. colum. 1. verſ. Quid autem ſi ad Eccleſiam, & poſt eos Remig. dicto tract. de charitate ſubſidiaria q. 61. num. 45. 46. & Salyc. in d. l. placet, col. 2. in fine, verſ. Aut propriè non ſunt realia, C. de ſacroſ. Eccleſ. & omnes relati per Theſſaur. dicta deciſ. 234. nu. 7. & vt ſimiliter adiudicandũ collectam temporalem, & variabilem, ſecundum quantitatem æſtimi repertam quolibet anno tẽpore impoſitionis de taxa impoſita antiquitus Vniuerſitati in certa ſumma annua, & poſtea repartita ſuper æſtimo ſingulorum, conſiderat Corn. in conſ. 24. col. antepen. verſ. His tamen non obſtãtibus, lib. 3. Benefacit Bald. ſuper feud. in tit. de pace cõſtan. col. 5. verſ. Ex his apparet, dum dicit, quod collecta, quandoq; eſt munus merè patrimoniale, vt quando eſt perpetua, certa, & ordinaria; quandoq; eſt minus mixtum,

 vt

vt quando non eſt ordinaria, ſed ſecundũ emergentes caſus imponitur perſonis ꝓ rebus, quo caſu non tenetur Eccleſia, quia non eſt ſubiecta Communitatibus, vel Dominis temporalibus, ſicut non tenetur ad ſuper indictum, vt C. de ſacroſ. Eccl. l. Placet. Et ſic ſemper qualitas collectæ iudicatur, ſecundum tempus impoſitionis factæ ſuper æſtimo, quæ cum quotannis varietur, facit vt de omnibus ſuper ęſtimo impoſitis idem ſit iudicium, & ſemper dicatur agi de munere mixto, non attento, quod quota Ciuitatis, quoad Cameram, & alias Ciuitates pro aliquo onere puta menſualis ſit certa; quia non propterea habet legem perpetuam, nec eſt certa quoad ſingulares perſonas, cum pro varietate exemptorum, & inhabilium, & ſimilium, ſingulis annis varietur impoſitio, & exactio.

Cuius verò damno cedere habeat portio alias ſoluendi pro bonis in Eccleſiam translatis, non eſt præſentis q̃ſtionis: ſed ex litteris per Ill. Magiſtratum dari ſolitis ſupra relatis, conſtat cedere debere damno cæterorum in loco æſtimatorum, vt & defendit Alba dicto conſ. 8. præſertim num. 14. & ſeqq. vbi etiam Vincentius Annibal plura addit in ver. ſtatutum diſponens, & ver. libertatem Eccleſiaſticam, quicquid in contrariũ niti voluerit Natt. conſ. 280. & conſ. 515. quem in ſpecie reprobat Theſaur. dicta deciſ. 234. num. 3. dicens etiam numquam vidiſſe eiuſmodi opinionẽ in practica ſeruari, prout & videre eſt ex ordinationibus, & litteris ſupra relatis, quicquid præſupponatur in allegata ordinatione Senatus contra eũ, qui vendiderat Minoię exempto ob 12. lib. ſiue ea proceſſerit re non benè defenſa pro venditore, ſiue ex aliquo eius dolo in vendendo, ſiue ex vi regulæ æſtimi Laudæ nimis in hoc vrgentis inter vendentes, & ementes laicos, licet communiter quo ad Eccleſiã non obſeruatæ, vt ſupra, vt verè iniquitatem præferentis, vt per Theſſ. dicto loco, & in decreto anni 1491. ex quo translata eſt dicta conſtitutio in tit. de oner. in princ. nec expreſsè loquentis de translatis in Eccleſiam, ſeu in eccleſiaſticas perſonas nomine ipſius Eccleſiæ, nec admittendæ eo caſu vti contra libertatem eccleſiaſticam, vt per Alba dicto loco, & in ſimili Abb. in

conſ.

conſ. 26. verſ. Tertiò iuxta, & ſeq. lib. 1. nec vnquam admiſſæ per Epiſcopum loci: cum in legante, vel donante Eccleſiæ eſſet eum de bono opere lapidare, & in vendente ex neceſſitate eſſet afflictionem afflicto addere, & inopem factum ad maiorem inopiam redigere: & in omnibus eſſet timidiores eos facere in diſponẽdo ad fauorem Eccleſiæ, vel cũ ea contrahendo. Mediolani 15. Ianuarij 1606.

COMMENTARIVS IN CAP. CONVENIOR XXIII. QVÆST. VIII.

CAROLI EPISCOPI NOVARIENSIS.

ARGVMENTVM.

Quod Eccleſia ſit immunis ab omnibus oneribus etiam ordinarijs: Canoneſq; qui in hoc genere extant, declarãtur.

1 *Immunitas quid.*
2 *Onerum diuiſio.*
3 *A quibus oneribus clerici ſint liberi veterum Imperatorum legibus.*
4 *Canonica illatio, quæ.*
5 *Patres veteres an cenſerent ab Eccleſia ſoluendũ eſſe tributum.*
6 *Euangelij locus de ſtatere explicatus.*
7 *Euangelij locus. Reddite quæ ſunt Cæſaris, &c. explicatus.*
8 *Poſterioribus ſæculis, quæ immunitas cleri.*
9 *Et 12. Manſus quid.*
10 *Mancipia.*
11 *Redhibitio quid.*
13 *Doctrina Gratiani inconſtans.*

14 Pon-

14 *Pontifices Romani quid de immunitate ſtatuerint?*
15 *Fridericus Imperator pro immunitate eccleſiaſtica.*
16 *Onera impoſita bonis eccleſiaſticis, dum acquirerentur.*
17 *Libertas, & immunitas Eccleſiæ.*
18 *Scabini qui.*
19 *Immunitas ex conſuetudine.*
20 *Italia an, & quando immunis.*
21 *Immunitas eccleſiaſtica de iure diuino?*
22 *Immunitas eccleſiaſtica de iure naturæ.*
23 *An bona tranſeant ad Eccleſiam cum onere ſuo, & de ſtatutis, & ordinationibus, quæ ad id ſiunt. item Eccleſiam non teneri ad onera ordinaria.*
24 *Prohibitio alienationis in non ſubditum an comprehendat Eccleſiam.*
25 *Quæ bona nunc Eccleſia acquirat.*
26 *Quod immunis ſoluere deberet imputandum eſſe Principi?*
27 *Decimas ſi ſoluerentur maiores eſſe, quam omnes redditus eccleſiaſtici.*
28 *Onera eccleſiaſticorum ab eorum ſuperioribus.*

AGit Gratianus in additione ſua ad capitulum ſuperius, & his quinque proximis capitulis de immunitate clericorũ, & bonorum eccleſiaſticorum; de qua etiam agit in c. iuxta, & ſeq. 16. q. 1.;& in c.ſi tributum, & ſeq. 11.q 1.

Verum cum hæc capitula varia decernant; Gratianus ipſe alia alijs locis ab officio ſuo concordiæ aliena ſcripſerit; conſtitutiones Imperatoriæ,& canones maximè recẽtiores diuerſa, atque contraria contineant: cumque mihi quidem videantur Doctores hoc genus tractantes (quod pace omnium dictum velim) non ſatis canones, & leges perpendiſſe, earumuè ſententiam ea, qua opus erat diligentia, & ſinceritate inueſtigaſſe; tempora non diſtinxiſſe, neque quid cui derogaret attendiſſe: quæſtionem latè ſanè patentem, ac multiplicem plenè tractandam non ſuſcepiſſe: omnino autẽ pleroſq. cauſis ſuis, ſeu clientibus, aut populis, qui immunitatem eccleſiaſticam ægrè ferebant,

Digitized by Google

bant ſtudioſè,& cupidè inſeruijſſe: hic ſtatui ſingulos canones, legesq́. temporibus,& circunſtantijs notatis, examinare, argumēta ponderare, ita vt veritas appareat ſincerè quærenti.

Atque primò, ſi agamus de eo tempore, qđ ante Conſtantini Imperatoris conuerſionē fuit: nihil eſt,quod quęramus: nam priuilegia non ſolū cleri, ſed Chriſtianorum tunc erant equulei,& ſecures. Imperatore aū: Chriſtiano effecto, immunitas Eccleſijs, & clero tribui cœpit.

1 † Immunitas eccleſiaſtica eſt prærogatiua, qua eccleſiaſticæ perſonæ, aut res liberæ ſunt ab oneribus (vtar hoc
2 generali nomine cum recentioribus.) † Onera ita diſtinguemus ex veteribus Iuriſcōſultis, vt alia ſint munera,ſeu functiones, quæ vel perſonæ laborem, ſeu animi ſolicitudinem poſtulant; vel ſumptum patrimonij requirunt; ſicut Iuriſcōſ. docet in l. 1. ff.de muner & honor. Alia verò ſunt tributa; & eodem modo diuiduntur, vt alia capitis ſint, ſeu perſonæ; alia verò rei, ſeu patrimonij, vt habetur in l. 3. ff.de cenſib.ſed poſteriores hæc omnia videntur generatim diſtinxiſſe in onera perſonalia, & realia, & mixta. item in ordinaria,& extraordinaria: quæ quidem omnia varijs præterea nominibus generalibus in ipſis Imperatorum legibus appellantur,hoc eſt neceſſitatum,collationum, exactionum, moleſtiarum, & eiuſmodi. Perſonalia onera definias, licèt ex d. l. 1. ff. de muner. & hono. Realia ſunt, rei ipſi affixa. Mixta, quæ partim perſonæ, partim rei incumbunt; veluti quæ perſonis imponuntur, habita tamen ratione rerum, quas poſſident. Ordinaria verò,& extraordinaria ita diſtinguuntur; vt illa certum, & continuatū curſum, ſeu vſum, ordinemuè habeant: hæc verò pro variorum euentuum neceſſitate extra ordinem inducantur: ita vt hæc diſtinctio in vnumquodque genus onerum ex tribus numeratis cadere poſſit: hoc eſt,vt perſonalia onera ordinaria ſint, & extraordinaria; & ita reliqua: quod etiam Ioan. Andreas ſentit in c. non minus, de immunit. in 6.

3 † A muneribus igitur ſordidis primò,clericos liberos eſſe iuſſit Conſtantinus, vt in l. 2. C. de Epiſc. & cleric. deinde

inde

inde Honorius cum Theodoſio, vt in l. placet, C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. relata in c. placet, 16.q.1. A lucratiuis immunes pronunciauit Iuſtinianus, vt in l. ſancimus, C. de ſacroſ. Eccleſ. relata in hanc cauſam, & quæſtionem, in qua gloſſ. interpretatur, quæ ſint lucratiua: de quo tamen vide l. 1. tit, 35. C. lib. 10. A perſonalibus omnibus liberos eſſe voluit Conſtantinus Primo, vt apparet in eius litteris deſcriptis apud Euſebium lib. x. hiſt. c. 7. *Ab omnibus*, inquit, *miniſterijs communibus, & ciuilibus immunes, &c.* Poſtea Conſtantinus in l. 16. & 26. C. Theodoſ. lib. 16. tit. 2. quæ relatæ ſunt in hāc cauſam, & quæſtionem, c. in qualibet, vbi ēt glo. 1. ita interpretatur. Valentinianus item in l. Presbyteros, C. de Epiſc. & cler. *Presbyteros Diaconos, Subdiaconos, atq; Exorciſtas, & Lectores, Hoſtiarios, & Acholitos perſonaliū munerum expertes eſſe præcipimus.* Iuſtinian. quoq; in l. generaliter, 2. C. de Epiſc. & cler. cū Auth. ſeq. *cap. in qualibet 16. q. 1.*

Ab extraordinarijs oneribus omnibus immunes clericos, & Eccleſias declarauit Conſtantinus, vt in l. 1. & 2. C. de Epiſc. & cleric. quam l. 1. Grat. item retulit in c. iuxta, 16. q. 1. Honorius cum Theodoſio in d. l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. ibidem a Gratiano relata, decernentes demū, vt ad ſolam canonicā illationē clerici, & Eccleſiæ tenerentur; quam ēt nomine Fiſcaliū puto intelligi in l. de ijs, eod. tit. de Epiſc. & cler. ſic S. Ambroſ. in c. 13. ep. ad Rom. Et præterea etiam tenerentur ad inſtructiones, itinerū, & potiū, vt i l. ad inſtructiones, eod. tit. de ſacroſ. Eccl. & ad neceſſitatē aduentitiā Principis, vt in d. l. placet, & in l. neminē, C. de ſacroſ. Eccl. hoc eſt ad eam neceſſitatem, quam affert aduentus Principis repentinus: cuius cauſa angariæ, & perangarię imponebantur, quæ quidem ſunt iumentorum, & plauſtrorum præſtationes: angariæ quidem qua curſus publicus diſpoſitus eſt; perangariæ vero alio verſum, vt docet Cuiac. in lib. 11. C. tit. 10. in fine, & lib. 12. tit. 50. qui etiam angariæ nomen ad naues, & operas trahi dixit in tit. de Fabricenſibus, l. vlt. C. lib. 11. Naues autem quædam expreſsē quoque exceptæ ſunt ab immunitate in l. iubemus, C. de ſacroſ. Eccl. tempore embolę, vel tranſuectionis publica- *c. iuxta, & c. placet, 16. q. 1.*

rum ſpecierum; de qua embola, ſeu tranſuectione in Aegyptum Iuſtinianus agit in edict. 13. c. 22. 23. & 24. (embolam) autem illationem appellat interpres edicti.

Imperatores igitur veteres ab omnibus extraordinariis clericos, & Eccleſias immunes declararũt, exceptis quę modo memorata ſunt: *Nihil extraordinarium*, inquit Imperator in d. l. placet, *ſuperindictumuè flagitetur, nulla trãlationum ſollicitudo ſignetur: poſtremò nihil præter canonicam illationem, &c.* Superindictum eſt augumentum indictionis, qua indicebantur onera extraordinaria. Eſt tit. 18. lib. 10. C. ee ſuperindicto, ibi Cuiac. in l. Translationum, immunitatem gloſſa ibi ita intelligit, vt ab Eccleſ. in fiſcum non poſſint prędia transferri, licet tributum non ſoluatur; Doctoresq. idem affirmant, verum eſt: gloſſ. quoque affirmat in c. ſi tributum, 11. q. 1. ſed potius intelligẽdum puto, vt Eccleſia non teneatur ad translationem profeſſionis, de qua in l. omnes, tit. ſine cenſu, &c. cum ad cẽſum perſoluendum dominus agri, qui eum adeptus eſt, ꝓfeſſionem cenſus transferre iubetur; cumq; Eccl. non teneatur ad onus præſtandum, neq; tenetur ad huiuſmodi translationem: quando autem tenetur ad onus, etiam tenetur ad translationem, vt in l. de ijs, C. de Epiſc. & cler. ex quo gloſſę primæ illius quæſtionẽ potes ſoluere.
4 † Canonica autã illatio ordinaria penſitatio eſt, de qua Cuiac. in l. 5. & 7. C. de annonis, & trib. lib. 10. canon, & canonicũ nomen ordinariam præſtationem indicat, lib. 1. C. de indictionib. lib. 10. Hinc apparet vnde ortũ habuerit opinio Doctorum, Eccleſiam, & clerum teneri ad onera ordinaria; hoc eſt ex legibus Imperatorum veterum: nam de alijs poſtea agemus. Qua in re conſiderandũ eſt, pios Imperatores vidiſſe quidem; quod ratio ipſa docet. *Placet rationabilis Conſilij tenore perpenſo*, ait Honorius in d. l. placet, *homines, & res Deo dicatas humano ſeruitio, aut imperio nõ decere eſſe obnoxius: & quæ Domini eſſent, non debere ſeruo ſubeſſe.* Sed minus integrè id pręſtitit, ſicuti poſtea apparebit. Omnino autem hæ vti leges laicæ poteſtatis, neq; contra Eccleſiam, & eccleſiaſticos vim habent: & per legem Federici, de qua poſtea agemus, tum verò per ſacros

canones ſunt correctæ. probatur in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. in c. 1. de nou. oper. nunciat. cum gloſſ. optimè docet Abb. in c. non minus, de immun. Eccleſ. num. 17. & 20. qui non ſemel affert dictum Io. Andr. Nullam legem Digeſtorum, aut Codicis, vel Authenticorum poſſe in hoc genere cogere Eccleſias; vt mirandū ſit nihilominus has leges adeo frequenter citari, quod idem Doctor affirmat in c. peruenit, de immun. Eccl.

Quid verò tunc Pontifices? Conſtitutiones ne ederent de integra eccleſiaſtica immunitate? ſatis tunc habebant ſarca dogmata, & Dei cultum conſtituere: bona ipſa eccleſiaſtica conſeruare; & Imperatorum gratiam retinere; maximè Paganis, & Hæreticis paſſim plurima turbantibus. *Ex Decreto Gratiani.*

5 † At dicat aliquis, ſenſerunt tamen Sacerdotes eius temporis tributum ex bonis Eccleſiæ ſoluendum eſſe, vt in c. tributum huius quæſtionis, quod Vrbano Papæ tribuitur: de quo tamen titulo dubitari poteſt.

6 † Sed quiſq; auctor fuerit capituli, nititur facto ſaluatoris de ſtatere in ore piſci inuento, & per Petrum ſoluto. Matth. 17. & ideò interpretationem eam accipere debet, quam S. Euāgelij locus: de qua mox agemus. *c. tributum.* Eſt etiam hac de re S. Ambroſij ſententia in hoc c. conuenior ex eius. ep. 33. & in c. ſi tributum, 11. q. 1. ex oratione de tradendis Baſilicis poſt ep. 32. Et præterea] in c. magnum, eadem quæſt. ex commēt. in Lucam lib. 4. c. penult. in quo de eodem facto Saluatoris tangit. *c. ſi tributum, & cap. magnū, 11. q. 1.* Videamus igitur quo pacto factum illud Saluatoris accipiendum ſit; poſtea quid S. Ambroſius ſenſerit, dicemus. Atq; Saluator ita illud exemplum tributi ſoluendi præbuit, vt ſimul etiam indicauerit, tùm iniuſtè exigi, tùm à ſe ſolui, nè homines ſint conditionis ignaros ſcandalizaret: ergo, inquit Saluator apud Matth. in d. c. 17. Liberi ſunt filij; quod verbum filij, videtur acceptum non ſolum pro vero filio, qualis erat IESVS Summi Regis Dei Dei; ſed etiam pro alijs, qui ad ipſum Regem pertinebant, qualis erat Petrus Apoſtolus; quemadmodum cum dictum eſt, filij ſponſi apud Matth. 9. & alibi ſæpè Hebraica phraſi, ſicut etiam S. Hieron. accipit in loco infra notato. quod. n. Dominus dixit: Da eis

pro me, & te; ipſum quoque Petrum in filijs numerauit; quamquam etiam dici poteſt, quod licet Dominus de ſe, tantum vero filio ſenſiſſet, ſuam tamen familiam eodem priuilegio iure contineri voluiſſet; cuius caput Petrus erat: & ideo etiam pro illo voluiſſe dari tributum. Itaque omnino ſe, & familiam liberam eſſe pronunciauit; quæ clerũ, & omnes eccleſiaſticos futuros repreſentabat. Pronunciauit ergo Dominus non deberi tributum. Cauſa verò cur tamen ſoluerit, ſcandalum fuit, quod exactoribus illis allatum eſſet; quæ quidem cauſa tunc valebat, quia homines illi Dominum non nouerant; neque expediebat, vt tantum myſterium ijs pateſieret tributi cauſa: quod et illi riſiſſent: nam quod ad alios attinet, qui Eccleſiam, & clerum, & eius merita norunt; ſi tributa exigant, ſcandali ratio non valet, quia ex malitia peccant; & ita eorum ſcandalum negligendũ eſt: ſicuti etiam Dominus, Matth. 15. cum diſcipuli eius dixiſſent, ſcis quia Phariſæi audito verbo hoc ſcandalizati ſunt, reſpondit; *Sinite illos cæci ſunt, &c.* Ita apparet factum Saluatoris propoſitum in dicto c. tributum, &c. magnum, habere eas conditiones, quæ exactoribus tributorum minimè fauent; & ex quibus interpretari neceſſe eſt hæc capitula, quæ ab eo facto Saluatoris pendent. Neque etiam aliter illud explicat S. Hiero. Matth. cap. 17. exponens: licet Domini commendet humilitatem; qui cum non deberet, tributum ſoluere non recuſauit; noſq. excitet ad ea facienda, quæ priuilegio, & immunitate nobis conceſſa, digna ſint. Immò teſtimoniũ ibi affert immunitatis clericorum illius temporis: *Nos,* inquit, *pro illius bonore tributa non reddimus: & quaſi filij Regis à vectigalibus immunes ſumus.* Et licet S. Ambroſ. vt poſtea dicetur, affirmet Eccleſiam ſoluere tributum ex bonis; intelligitur, ſecundum ea, quę ex legibus Imperatorum ſuperius enarrauimus. Hoc autem tributum a Saluatore perſolutum, de quo S. Hieron. erat perſonæ. Hæc de facto Domini, quod a Matth. refertur in cap. 17. quo nititur cap. tributum: de quo etiam gloſ. ait, locum habere, cum Epiſcopus ita voluerit cũ conſilio clericorum; alias non ita.

Digitized by Google

Nunc de dictis S. Ambroſij. De eo, quod ait in dicto c. magnum, ex facto memorato Saluatoris, ſatis dictum eſt. & ita gloſſa eius capituli in verbo, ſoluit, hæc addit, *Non ex debito; ſed ne ſcandalizaret alios.* quamquam, & illud verum eſt, S. Ambroſiũ ibi loqui non ad clericos, & ad Chriſtianos generatim; *Eſt*, inquit, *ſpeciale documentum, quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubiecti.* At in hoc cap. ait. *Tributum Cæſaris eſt? non negatur.* Et in dicto cap. ſi tributum, ait. *Si tributum petit Imperator, non ei negamus; agri Eccleſiæ ſoluun tributum.* Sed reſpondetur, quod non concedit S. Doctor, tributum deberi, ſed tantum ait, ſe non negare: nimirum quædam ſacra ſibi ita defendenda eſſe tunc ſtatuerat, vt etiam eade re pugnaret vſque ad ſanguinis effuſionem veluti Eccleſiæ: quædam alia non concedenda quidem, ſed neq; etiam neganda pro conditione temporum, veluti tributum. Qđ autem tributũ non cenſeret deberi Imperatori, licet non negaret: illud quoque argumentum eſt, quod de agris item dicit; & tamen nemo dixerit, agros Eccleſiæ deberi Imperatori, vel a quoquam poſſe occupari abſq; ſacrilegio: *Si agros deſiderat Imperator*, inquit, *poteſtatem habet vindicandorum tollat eos, ſi libitum eſt. Imperatori non dono, ſed non nego:* vt ſatis appareat locutionem Sancti viri non eſſe iudicantis id deberi; ſed exiſtimantis tunc quidem non expedire negari. Atque ita etiam gloſſæ ibi clarè interpretantur. in verbo, poteſtatem, *De facto*, inquit, *ſed non de iure*; ſacrilegiũq́. dicit, qui res Eccleſiæ detinet, ſi de legitima auctoritate neq; poſſe vindicari prędia Eccleſię, licet ceſſent a tributo, & in verbo, Nõ nego, addit; *Corporaliter me opponendo, quia, &c.* Qđ quidem capitulũ licet huiuſmodi ſenſum habeat, & ita a gloſſis explicetur; vidamus tamen paſſim allegari contra immunitatem. licet aũt ſententia S. Ambroſij ita ſe haberet; non omnes tamen eius temporis Sacerdotes eodem modo cedebãt, aut diſſimulabant, ſiuti oſtendit dictum recitatum S. Hierony. *Nos pro illius honore tributa non reddimus, & quaſi filij Regis à vectigalibus immunes ſumus.* Quod etiam oſtendit Valentinianus, & Valens in epiſtola, quæ eſt apud Theodor. hiſt.

lib.4. c. 7. in qua conqueruntur de Epiſcopis Diœceſis Aſianę, Phrigiæ, Cataphrygiæ, & Pontianæ, quia recuſabāt vectigalia penſitare ad præſcriptum legum : quod non recuſabant ialij boni Epiſcopi, vt ipſi dicebant : allegantes etiam id eſſe contra Euāgelicum præceptum ; *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo:* Inter quos Epiſcop. videri poteſt S. Baſilius fuiſſe, cum in cap. 92. de inſtit. Monachorum dicere videatur ex eodem loco Euangelij, fiſcalia eſſe ſoluenda ab eo, qui inter fratres recipitur: quam ad rem cum citat Aleiatus in d. l. placet. Sed videtur loqui S. Baſilius de debitis fiſcalibus, quibus obnoxius eſſet is, antequam reciperetur: alioqui.n.qui ad Monaſticam vitam ſeſe conuertebant, prædia relinquere oportebat, vt eod. lib. c.5.& 6.

7 † Atque illud Saluatoris dictum, Matth.22.vt hoc obiter dicamus, haud aptè alligari videtur, vt frequenter fit, ad defenſionem profanæ poteſtatis, ſiue in tributis, ſiue in alijs a clero, & ab Eccleſia exigendis. Adhuc.n.quærere, qs poterat a memoratis Imperatoribus, vtrùm perſonę, & res eccleſiaſticæ; fructusq. earum eſſent Dei, vel Cæſaris. Et quidem Dei eſſe videntur, cum Deo ſint ea omnia dicata, & conſecrata: & dicuntur patrimonium Chriſti, c.cum ex eo, 34. de elect. in 6. & in c. 1. ſeſſ. 25. Concil. Trid. res eccleſiaſticæ Dei eſſe dicuntur: non ergo Cæſari ius in illis. dictum ergo Saluatoris contra Principes melius allegaretur. qui Saluator, cum illud de tributo a Iudæis ſoluendo pronunciauit, de populo ipſo intelligebat, cuius bona non erant Deo dicata; non autem de Sacerdotibus. Præterea de Cæſare loquebatur, qui Deū verum neſciebat: vt erubeſcant Chriſtiani Principes hoc dictum pro ſe allegare, quaſi contra Deum ſe conſtituant, & cum eo bona velint diuidere; & quaſi non ipſi quoque cum bonis omnibus Dei ſint. diſtincta quidem eſſe debet ſacra a profanis; ſed ita, vt Chriſtiani Cæſaris reuerentia erga res ſacras, & diuinas ſemper appareat. Sed vt redeamus ad Ambroſium; ne putemus ſanctiſſimum, & doctiſſimum virū, aut alios Epiſcopos ignoraſſe quid naturale ius, ſeu gentium, & ſcriptura ſancta demonſtraret de immunitate

rerum eccleſiaſticarum : de quo inferius a nobis explicabitur : ſed tunc, quidem ceſſiſſe tempori. *cap. ſecundũ cãnonicam.*

8 †. Cum ita ſe habuiſſet immunitas huiuſmodi primis illis Eccleſiæ ſæculis circiter quinque non eſt, quod tempore proximè inſequenti de ea magnoperè quæramus. cum.n. Occidentis imperium occidiſſet; & Italia cum alijs Europæ Regionibus a Longobardis, & alijs Barbaris occupata eſſet; priuilegium Eccleſiarum, & Epiſcoporum inſigne ferè fuit nõ ſpoliari ijs, quę tenebant, aut tyrannicè non vexari : donec tandem Franci ob pietatem ſuam in Eccleſiam auctoritate Summi Pontificis Romani ad Imperium vocati ſunt, quorũ Principem Carolum Magnum Imperatorem declaratum, qui tanta Eccleſijs reſtituit, & donauit; immunitatem quoq; reddidiſſe non dubitamus; maximè ſi eius, & Ludouici filij, & ſucceſſoris capitularia ſpectemus; de quibus mox agemus. Ludouici certè conſtitutione, præter canonum auctoritatem nititur cap. ſecundum canonicam huius quæſtionis. quòd cum ex Concilio Pariſienſi allatum inſcriptio Gratiani oſtendat; reperitur tamen inter capitula Concilij Meldenſis, 63. Verum, vt ex prœmio ipſorum capitulorum apparet, Concilium Epiſcoporum Franciæ, ſeu Galliarum in Meldenſi Eccleſia primo coactum eſt, ex conſenſu Caroli iunioris Regis, anno 845. vbi ea decreta conſtituta ſunt. ſed cum varia impedimenta extitiſſent, quibus vel monitiones opportunæ ad eorum executionem fieri; vel omnino negotium perfici non potuerit : rurſus anno 846. Pariſijs conuenerunt; remq́. perfecerunt. ita tum Meldenſe, tum Pariſienſe Concilium dici poteſt. Ex Pariſienſi citat Iuo p. 3. cap. 175. ijſdem verbis, quibus Gratianus. Ex Meldenſi verò cap. 8. idem Iuo in eadem parte, cap. 56. quibuſdam mutatis : & eodem modo Burchardus lib. 3. cap. 53. Videamus nunc de canonis interpretatione.

Secundum canonicam auctoritatem.) Hinc cernitur iam antea ſacrorum canonũ auctoritate immunitatem rerum eccleſiaſticarum firmatã eſſe; licet canones eiuſmodi antiquiores non extent : niſi forte canonem minimè ſcriptũ, ſeu traditionem intelligamus iuxta ea, quæ alibi de cano- *cap. ſecundũ canoniſcam.*

nis

nis nomine ſcripſimus. ſed in huiuſmodi decretū, quod citatur ex Concilio Meldenſi apud memoratos tollectores loco horum verborum, ea ſunt, iuxta ſynodalia præcepta: vt intelligamus in ſynodis iam antea id fuiſſe decretum.

Et conſtitutionem Domini Imperatoris Ludouici.) Vide immunitatem vtraque poteſtate confirmari, ſed neque hæc conſtitutio extat. In capitularibus ſunt certè de immunitate capitula. in lib. 1. capitulorū, quæ ſunt Caroli Magni, eſt cap. ſequens ſancitum, cap. 91. In lib. autem 6. ex ijs, quæ Benedictus Leuita addidit, ſiue Pipinui, ſiue Caroli, ſiue Ludouici, quæ non potuit ſuis certis Auctoribus adſcribere, eſt cap. 107. huiuſmodi: *Poſſeſsiones ad Religioſa loca pertinentes, nullam deſcriptionem agnoſcant, niſi ad conſtitutionem viarum, vel pontium, ſi tamen intra eadem loca habuerint poſſeſſiones: In alijs verò omnibus habeant integram immunitatem.* Deſcriptionem, dixit, quia ad exigenda onera deſcriptione opus eſt. Et quod ad perſonalia attinat, eſt eodem lib. cap. 116. huiuſmodi. *Conſecratio Epiſcopos, & reliquos Domini Sacerdotes, tā à ſeruilibusq́, quàm & à cæteris adſcriptis conditionibus, ſemper liaeros facit. Idcircò præcipimus, vt nullus ab eis alia, niſi diuina requirat ſeruitia.* Cognouerunt pij Principes, Sacerdotes ex conſecratione, liberos eſſe a ſeruitijs humanis; non aūt ex priuilegio ſuo: Sed licet hæc capitula faueant Eccleſiæ, nullum tamen eorum intelligi videtur eſſe conſtitutionē Ludouici, quæ hoc canone memoratur; cum ea integram immunitatem videatur continuiſſe.

De eccleſiaſtico agro, &c.) Enumerantur omnia Eccleſiæ bona, ſeu emolumenta; vt intelligamus integram deberi immunitatem, ager, manſus, mancipia, locus ſepulturæ, decimæ, oblationes.

Agrum intelligas licet pro poſſeſſionibus, vt in recitato capitulo 107. vt nomen ſit generis ad omnes, vt ita dicam, terras Eccleſiæ accommodatum.

9 † Manſus, ſeu manſum, poſſeſſio, ſeu fundus, in quo terræ, varij generis ædificia, aquæ, & huiuſmodi continentur; vnde maſſa, & apud noſtros maſſaria, & maſſarij cuius verò menſuræ, ſeu magnitudinis fuerit, non ſatis liquet: alij

alij, quem colere poſſunt Boues duo: alij duodecim iugerum: alij ex quo ali poſſit ruſticus cum familia ſua. de hoc gloſ. hic,& in c.1.de cenſ.quamquam temerè videtur interpretari. incertæ quantitatis arbitror fuiſſe, ſicut nunc poſſeſſio, ſeu maſſaria. nam & cum dicitur in cap. ſequen. vnicuique Eccleſiæ mãſum attribui, ſcimus Eccleſias oẽs pari reditu, ſeu dote, vt loquimur, eſſe non debere.

10 † Mancipia, quæ ipſe (Ludouicus) ſuis capitulis conſtit. mancipia ſerui Eccleſiarum,qui a iudicibus,ſeu exactoribus fatigari prohibentur, etiam in c. Eccleſiarum, 12. q.2. quæ etiam in manſis, ſeu villis erant vtriuſque ſexus, vt in gloſſario capitularium in verbo, Manſus,exprimitur ex priuilegio quodam Henrici; quemadmodum & ex alijs ſimilibus priuilegijs obſeruare licet. hi igitur quoque in bonis, & reditu erant Eccleſiarum. Quid autem ſibi velint ea verba,Quæ ipſe in ſuis capitulis cõſtituit, non ſatis pcipio, niſi Ludouicum de his conſtituiſſe in ſuis capitulis intelligamus: nam de manſis,& mancipijs Eccleſię capitula habemus,veluti lib.5.c.45 & 132. præter c. ſequens; quod etiam habetur lib.1. cap.91.

Locus ſepulturæ. vt oĩa cõprehenderet, ne agros quidẽ, ſeu arcas ad ſepellienda corpora aſſignatas ptermiſit.

Decimæ autẽ, & oblationes antiqui ſunt Eccleſiæ redditus. Omnia igitur,quæ Eccleſiæ ſunt, immunia eſſe debent ex hoc capitulo: vt cuiquam non liceat aliquem cẽſum, aut redhibitionem temporalem ex ijs exigere. Ergo neq; ordinarium, contra quam veteres Imperatores vellent.

11 † Redhibitio aliud eſt veteribus Iuriſconſultis, aliud Imperatoribus trãſalpinis, in quorum priuilegijs legitur; & videtur eſſe, præſtatio, ſeu ſolutio tributaria.

Capitulum ſequens, Sãcitum, minus comprehendit, eſt decretum Synodi Vormantienſis 50. celebratæ Anno Domini 868. Habetur etiam in capitularib. lib. 1. cap.91. & ex decreto tranſlatum eſt in c.1. ext. de cenſ. ſed extractum tradunt I.C. Galli ex lib. 1. c. 85. legum Franciæ. *c. Sancitum.*

12 † Quod in eo habetur, manſus integer; integritatem accipio non certæ menſuræ, quam incertam fuiſſe puto, ſed integritatẽ eius quantitatis,& qualitatis,quæ ſufficiat ad

victum, cultumq; Eccleſiæ, & Miniſtrorum: nam alioqui, vt diximus, certa menſura non poterit aſſignari omnibus Eccleſijs: aliæ enim vnum habent Sacerdotem; aliæ plures; aliæ multos; aliæ alij maiore ſumptu opus habent. Pro, atrijs, in Decretalibus legitur, areis. Pro, maioribus, libri alij, in quibus capitulum eſſe diximus, habent, ſenioribus, hoc eſt, dominis. Proprius hic eſt modus immunitatis; vt ſeruitium impendatur ex iis bonis tantum, quæ ſuperſunt ſumptui Miniſtrorū & Eccleſiæ. Sed prius eſſet videndum, an manſus talis ſingulis Eccleſijs ſit attributus; & poſtea de ſeruitio agendum. Non videtur ſtatuere capitulum hoc de dote aſſignanda Eccleſiæ, cum fundatur, vti Doctores videntur intelligere: ſed de immunitate, quæ permitti poſſe videbatur conditoribus huius legis, quam Franciçam fuiſſe diximus: quod ſi verum eſſet, ceſſarent quædam diſputationes, quæ huic capitulo adiunguntur. Verum vſus huius capituli non ſatis percipitur, niſi de aſſignatione accipiamus Eccleſiarum fundatarum. Capitulum autem ſuperius, & alia capitula, de quibus poſtea dicemus, huiuſmodi difficultates de ſeruitijs tollunt. & de hoc ipſo etiam inferius tangemus.

13 Ita capitula Decreti, quæ de oneribus, ſeu de immunitate ſunt eccleſiaſtica, tractauimus, quantum propoſito opus fuit: onde apparet, puto, non poſſe auctoritate Decreti confici ex eis certam doctrinam; quænam immunitas, non dicam perſonis, quarum immunitas videtur ab omnibus confirmata, ſed bonis Eccleſiaſticis debeatur. Nam capitula cernimus varia, immo contraria; vt valde mirer Doctores nihilominus has leges hic, vt aiunt, canonizatas; & alia capitula ita allegare, vt ſi ſola eſſent, immo etiam contra verum eorum ſenſum etiam a gloſſis indicatum. ſed oportet alia quoq; capitula reſpicere; nimirum quælibet ſanctio Decreti ita accipienda eſt, vt ſi contrariam non habeat, pro lege, ſeu canone generali habeatur, vt alibi probauimus. ſi verò contrariæ ſint ſanctiones; cum eadē vis omnibus ſit, nulla pro lege habenda eſt; niſi collectoris, ſeu concordantis auctoritate, & conſenſu Doctorum, diſtinctione inter eas adhibita, doctrina certa ſta-

biliatur: & hoc ex auctoritate Decreti, nam alioqui ſanctiones, quæ ſunt in Decreto, ſicuti vim acquirunt, quam non habebant; ita eã non amittunt, quam alioqui habebant. In propoſita igitur quæſtione pugnant capitula inter ſe. capitulo Placet, 16.q.1. Eccl ſit obnoxia canonicæ, hoc eſt ordinariæ exactioni. per cap. ſecundum canonicã, liberatur ab omnibus. per cap. ſancitum, ab ijs tantum, quæ de manſo Eccleſiæ neceſſario exigi alias poſſet. Concordator item horũ canonum varia, & pugnantia loquitur poſt c.32.11.q.1. ait, clericos ex poſſeſſionib. Imperatori eſſe obnoxios, allegans cap. 1. d.8. quod tamen aliter intelligendum ibi oſtendimus. poſt cap. tributũ huius quæſtionis, affirmat diuinam eſſe ſententiam, quod Sacerdotes in omni gente liberi ſint; liberi, inquam, etiam quod attinet ad bona; quia in Aegypto bona Sacerdotum immunia eſſe voluit Ioſeph, & Pharao. poſt cap. ſancitum, ait bona illa eſſe immunia, quæ Eccleſia Imperiali beneficio, ſeu ſepulturæ cauſa adepta eſt: quæ vero emerit, aut donatione viuorum acceperit, ea vult obſequijs, & tributis conſuetis Principum eſſe obligata, ita vt neq; a militia immunia ſint; in quo tamen conſenſum requirit Romani Pontificis; hoc eſt, vt quidam intelligũt, in his omnibus præſtandis: qua in re Gratiani ſententiam ſecutum eſt Concilium in c. aduerſus, de immunit. In qua opinionum Gratiani repugnantia; hæc poſtrema, non video, qua ratione conſtare poſſit: nam primò imperfecta diuiſio eſt, neque omnia comprehendit. præterea non ſatis apparet ratio diuerſitatis inter ea, quæ accipit Eccleſia beneficio Imperiali, aut aliorum cauſa mortis; & ea, quæ donatione inter viuos. Cum igitur nihil certi habeamus ex his ſanctionibus ſimul in Decreto iunctis; ſingulæ ſunt ponderandæ. Illud certè vtile fuit, ſanctiones ſacras, & profanas diſtinxiſſe, priores, & poſteriores, eaſq; explicaſſe, vt quid, & quo tempore de immunitate ſtatutum fuerit, appareat. Vidimus, quid veteres Imperatores ſtatuerint, quid ſancti viri in hoc genere ſenſerint: quid Concilia quædã ſanxerint: quid Imperatores poſteriores, hoc eſt Frãci conſtituerunt. Imperatores illi imperfectam eſſe volue-

runt immunitatem. Sancti viri partim immunitatẽ conſeruarunt, partim pro ea pugnare recuſarunt pro temporum conditione: quorum tamen auctoritatem ſacris canonibus poſt habendam, etiam ſi contraria eſſet immunitati, alibi oſtendimus.

Illud verò obſeruandum eſt, quod ſuperius innuebatur, & ab alijs prætermiſſum eſt, in cap. ſecundum probari integram immunitatem auctoritate generali ſacra, & profana confirmatam: & ita derogari legibus illis Imperatorum, etiam ſi alias valerent. licet n. capitulum ipſum non ſit Concilij Generalis, ſed nationis Gallicæ tantùm: tamẽ teſtatur Concilium, id fieri ſecundum auctoritatem canonicam; quæ generalem auctoritatẽ indicat: & ſecundum conſtitutionem Ludouici Imperatoris, quæ ſine dubio ad omnes pertinet. At ſi duobus, vel tribus teſtibus credẽdum eſt; multò magis tot Epiſcopis ſimul congregatis ita teſtantibus, etiam ſi tales canones, & conſtitutions non extent. Adde, quod capitula Francorum Imperatorũ ſuperius recitata idem ferè confirmant.

14 * Hæc cum ita ſe haberent; ac nihilominus Ciuitatum, Pouinciarũ Rectores in multis locis Eccleſias varijs exactoribus vexarent: Pontifices Romani, & ſacra Concila cum Eccleſiaſtico iuri conſulere liberius poſteriori tempore potuerunt; conſtitutiones pro immunitate clericorum, & Eccleſiarum ediderunt. Talis fuit, quam in Concilio Lateranenſi cap. 19. promulgauit Alexander III. anno 1180. & habemus in cap. * non minus, de immun. eccleſ. quam repetens deinde Innoc. III. in alio Concil. Lateranenſi cap. 46. anno 1215. auxit. & eſt † cap. aduerſus eod. tit. Prohibuit Alexander * onera Eccleſijs imponi, & Prælatorum iuriſdictionem vſurpari; propoſita excommunicationis pœna; quam contrafacientes, & fautores ſubeant, ſi admoniti deſiſtere noluerint: permittẽtes tamen, vt Epiſcopus, & clerus, ſi viderint neceſſitatem, aut vtilitatem ſumptus faciendi; & faculates laicorum non ſufficere; ſubſidium Eccleſijs indicere poſſint; quod ipſi conferant, non autem laici exigant. Innocentius verò illud adiecit; vt Romanus Pontifex prius conſola-

Ex collectione Decretal. Gregoriana.

** c. non minus, de immu. eccleſ.*

† c. aduerſus, eod. tit.

ſulatur: & ſententias, quæ contra Eccleſ. in hoc genere latæ fuerint, nullas declarauit. addidit quoque, vt licet Rector regimen dimittat, debeat tamen ſatisfacere; & eius item ſucceſſor intra menſem: alioqui cenſura teneãtur. quæ quidem definitio valde notanda eſt. Et hæc capitula ex communi Doctorũ ſentẽtia confirmantur quotannis in cenſura 18. Bullæ Cœnę Domini.

Hæ conſtitutiones vniuerſam immunitatem Eccleſiaſticam continere, & confirmare videntur; nam licet exẽpla certę tantum immunitatis afferantur, foſſarum, & expeditionum; additur tamen generale verbum: & alioqui etiam exempla non anguſtant decretum. & ita ſenſit glo. g. Abb. Hoſt. & alij in c. non minus; licet anguſtent ipſi, in gloſ. excipientes, bona onerata antequam Eccleſiæ fierent, & alia quędam. Agamus nunc de aliqua explicatione horum capitulorum.

Onera frequenter imponunt.) Onera, generale nomen poſterioris temporis ad omnia, quæ publicè imponebantur, aut exigebantur.

Angarijs.) Quæ hæc ſint propriè, ſuperius ex Cuiacio oſtendimus: quidquid gloſ. hic ſubijciat ſine auctoritate. videtur tamen nunc accipi non propriè, ſed pro generali ferè nomine onerum.

De bonis Eccleſiarum, &c.) Tuetur Pontifex non ſolum clericorum, & Eccleſiarum bona; ſed ea quoque, quæ pauperum vſibus deſtinata ſunt: pauperum, inquam, qui non ſunt Religioſi, vt Io. Andr.

Iuriſdictionem etiam &c.) Non ſolum de immunitate bonorum, ſed de iuriſdictione quoque Epiſcopali agit, & excommunicat eos, qui iuriſdictionem Epiſcopalem vſurpant, aut impediunt. Verum non puto hoc intelligendum de iuriſdictione Epiſcopali generaliter, ſed de iuriſdictione in homines Eccleſiæ, hoc eſt ſeruos, & colonos. hos. n. vexabãt Rectores illi, dum ad foſſata, & expeditiones, vt hic dicitur, eos cogebant. Homines; tum ſeruos, tum liberos, puta actores, procuratores, & ſimiles dici, ait Cuiacius in proœmio feudorum, obſerua Põtificem agere de immunitate bonorum, & hominum Eccleſiæ, & onera his,

ra his, & illis prohibere imponi. fruſtra igitur Doctores diſputant, quæ munera ex legibus ciuilibus excipiantur ab hac prohibitione, cũ generalis ſit *fieri de cetero*, inquit, *talia prohibemus*; & ita leges corriguntur; quia canon contra ſtatuit expreſsè: immò dicimus, quod leges illæ, cum ſtatuant de rebus ſacris, in quibus non habent poteſtatem, neque ſint ab Eccleſia probatæ, non valent, etiam ſi canones non contradicerent c. Eccl. S. Mariæ, de cõſt. Abb. in c. non minus, num. 20. vt verè Io. Andr. hic in fine, licet aliud ſuperius ſentire videatur, dicat ſe neſcire, quomodo lege aliqua Eccleſiæ poſſint ad hæc obligari.

Abſque vlla exactione.) Subſidia huiuſmodi vetat exigi. Innocentius verò vult etiam a laicis recipi humiliter, & deuotè; & cum gratiarum actione, tantum abeſt, vt cogi debeant clerici a laicis.

Subiacere.) Verbum notat excommunicationis latam ſententiã, vt gloſ. interpretatur; & ſequentia textus verba declarant, & verba quoque cap. aduerſus. Quæ ſcripſit Innoc. in hoc c. nõ ſatis explicata ſunt, aut verò cõfuſa, & inuoluta; vt Abb. liberè conqueritur. illud mirandum in hoc Doctore, nõ ſatis aduertiſſe, quid leges in Eccleſiam poſſint, & quid canones contra leges. Quidquid autẽ dixerit, in fine addit, in oneribus perſoluendis neceſſariam eſſe auctoritatẽ Papæ, ex c. aduerſus. notandum verò non potuiſſe Innocẽtium videre cap. 1. Sexti de immunit. cum ante Alexandrum fuerit, ex quo minus mirũ eſt, eum non omnino agnouiſſe immunitatem Eccleſiæ.

Hæc cum decreuerit Põtifex, & Concilium; videas tamen Doctores adhuc allegantes leges veterũ Principum, vt Eccleſ. obligetur ad munera in aduentu Principis, embolæ cauſa, & eiuſmodi; quaſi ijs poſſint Eccleſ. grauari, aut communes non præcellant: ideò inter Doctores, quaſi inter oues, refert, quid dicat is, qui præit.

Cum autem poſtea Bonifacius VIII. videret Prælatos, & Eccleſiaſticas perſonas memorata facultate eis ab Alexandro permiſſa nimis facilè vti, & Principibus obtemperare in oneribus ferendis; facultatem eiuſmodi ſuſtulit, iuſſitque pœna excommunicationis impoſita; ne ſol-

uerent,

uerent, & Principib. ac Magiſtratibus ne reciperent abſq; auctoritate Sedis Apoſtolicæ: & vt in c. clericis de immunit. in 6. Bened. verò XI. per extrau. vn. de immun. conſtitutionem Bonifacij ita temperauit, vt talem excommunicationem non incurrerent, niſi exigentes, & adiuuãtes, iuſſitq́; Prælatos, & alios clericos obſeruare, quæ ea de re in Concilio Lateranenſi præſcripta ſunt. At Clemens V. in Clem. vn. eod. tit. conſtitutiones Bonifacij, & Benedicti ſuſtulit, iuſſitq́; eiuſdem Concil. Lateranen. decreta tantum ſeruari, quæ tamen Bonifacij, non dicam conſtitutio, ſed quæ in ea præcipuè decreta ſunt, a Leone X. renouata fuere in Concil. Lateran. vt inferius referemus.

In hac collectione Gregoriana Decretalium alud capitulum non habemus de immunitate, de qua agimus: niſi vnum; c. 1. de cenſibus, quod eſt c. illud Sancitum, de quo ſuperius egimus: quod cũ in hac collectione ſit receptũ, tanquam generalis conſtitutio habenda eſt. Et ita cõſentire videtur Pontifex, quod Eccleſia ſeruitia debita ſenioribus impẽdat, ex eo, quod ei ſupereſt a manſo integro, decimis, oblationibus, domibus, areis, & hortis, iuxta Eccleſ. poſitis. Id autem videtur contra duo cap. allegata duorum Pontificum, & Conciliorum, quibus prohibentur exigi talia ſeruitia ab hominibus Eccleſiæ, niſi Epiſcopus, vna cum clero volens exhibeat, vt ibi. Quoniam verò non cenſetur Pontifex, qui collectionem edidit, voluiſſe ſtatuere contraria illis capitulis, maximæ tantæ grauitatis; dicendum hoc loco ita impendenda eſſe talia ſeruitia, ſi Epiſcopus, & clerus voluerit, vt in ijs habetur. ſeruitia hæc erant obſequia, ſeu miniſteria, quæ homines Eccleſiæ ſenioribus, hoc eſt, vt etiã vulgari ſermonè exprimitur, Dominis locorum exhibere debebant: & ita agitur hoc loco tantum de muneribus perſonarum ijs bonis Eccleſię inſeruientium, quæ erant vltra manſum.

c. ſancitum. de cenſib.

15 † Poſt modo memoratos duos canones Fridericus Imperator edidit conſtitutionem circiter annum D. 122. quæ poſt librum feudorũ deſcripta eſt cum ſubſcriptione Honorij III. Sum. Pont. eius pars prohibens imponi onera Eccleſijs, relata eſt in C. Iuſtiniani, tit. de Epiſc. & cleric.

Ex conſtit. Friderici II.

Item

Digitized by Google

Item nulla: quemadmodum & altera pars, quæ irrita pronunciat ſtatuta conra libertatem eccleſ. Relatæ hæ partes ſunt in Codicē Iuſtiniani, credo a gloſſatore Accurſio ad ſtudioſorum cōmodum, neque tamen ita habendæ sūt, vt ſi ſimul cum alijs legibus editæ, cum eis concordandæ eſſent: quæ quidem poſt editum Codicem annis circiter 600. ſunt promulgatæ: immò ſine dubio hæc lex antiquas, leges correxit Iuſtiniani Codicis, Pontifice Honorio, eta, vt veriſimile eſt; & Alciatus notauit, poſtulante, cum ei coronā Imperij tradidit. de quo Sigonius ſub anno 1221. qui Honorius eodem tempore cōſtitutionem edidit contra violatores eccleſiaſticæ libertatis: quæ eſt c. nouerit, de ſent. excom. Prohibet hæc couſtitutio communitatib. & perſonis publicis, & priuatis, hoc eſt omnibus; imponere Eccleſijs, locis pijs, & perſonis eccleſiaſticis collectas, exactiones, angarias, & perangarias. Igitur Eccleſias liberas eſſe vult non ſolum ab oneribus reliquis omnibus: ſed etiam a realibus ipſis. ita.n.exprimit non ſolum nomine collectarum, &c. ſed etiam nomine exactionum generali. & cum lex poſterior tollat priorem cōtrariam, c. 1. de cognat. ſpir. ſequitur, quod etiam hæc conſtitutio ſuſtulerit, l. ad inſtructiones, & l. iubemus, & l. neminem, C. de ſacroſ. Eccl. & ſi quæ ſunt ſimiles, quatenus ſtatuebant Eccleſiam non excuſari a muneribus, ſeu oneribus in eis cōtentis: vt mirum ſit etiam propter hanc conſtitutionem, adhuc a nonnullis eas leges contra Eccleſiā allegati: nam & gloſ. in l. placet, verbo, canonicam, C. de ſacroſ. Eccl. ſentit, legem ipſam corrigi ab hac conſtitutione, etiam in illatione canonica: hoc eſt in ordinarijs oneribus, quē gloſ. ſenſum Bart. & Bald. retulerunt in ipſius legis commentarijs. ita etiam gloſ. vltima in l. de his, C. de Epiſc. & cler. ex qua Bar. in conſ. 180. diſertè affirmauit, quidquid alibi dixerit, Eccleſiam ad nulla onera teneri, ex l. Federici & tamen non deſunt Doctores, qui huic conſtitutioni generaliter, & indiſtinctè decernenti diſtinctiones quaſdā, ſeu exceptiones affingant. At ſicuti diximus exactio generale nomen eſt, & omnia comprehendit; dicit.n. Imperator, quod non imponant exactiones; ac ſi diceret,

nihil

nihil velle exigi : alioqui, vt in ſuis legibus alij Imperatores, excepiſſet illationem canonicam,ſeu ordinariam,aut ſi aliud voluiſſet.Fridericus in eadem conſtitutione,vt dicebamus; grauiſſimis pœnis adiectis,irrita pronunciauit omnia ſtatuta, & conſuetudines , quæ contra libertatem Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum eſſent introductæ, & nullas decreuit, quæ in poſterum fierent . quod caput relatum eſt in Cod. poſt l. 12. de ſacroſ. Eccl. *Caſſa, & irrita,&c.* Alia item addidit ad fauorem eccleſiaſticorum hominum, præſertim verò ad Catholicam Fidem cõſeruandam, & hæreſes perdendas.Nam per ea ſæcula poſt Caroli, & poſterorum imperiũ, & humana, & diuina valdè perturbata ſunt, dum Principes, & Tyranni ex Longobardis reliqui contra Imperatores Germanos ſibi imperia quærunt : Ciuitates, ſeu communitates Italiæ, tùm inter ſe crudeliter pugnant, tùm Imperatori , aut Summo Pontifici repugnant: Imperatoresq́. ipſi tùm Pontifici aduerſantur,tùm ius Imperij contra contumaces populos vindicant . vt meritò Honorius contra tantas perturbationes , etiam imperatoriam legem edendam curauerit ; dùm Imperator ille adhuc Sedi Apoſtolicæ obſequeretur. Honorio autem ſucceſſit Gregorius IX.qui Decretalium collectionem edidit.

Sanctionem igitur generalem pro integra immunitate perſonarum, & bonorum eccleſiaſticorum , habemus primò in cap. ſecundum canonicam , deinde in hac Friderici conſtitutione .

16 † Sed immunitas eccleſiaſtica adhuc violabatur ; nã hoc ſaltem communia, ſeu Rectores laici efficiebant; vt ſi Eccleſia bona acquireret, vel onera ꝓ eis ſuſtineret, vel bona ipſa alienaret, ſeu extra manum poneret, vt ipſi onera, ſeu pẽſitationes ab aliena manu exigerent. qđ Alexander IV. poſt annos circiter 40. prohibuit, vt in c. 1. de immun. in 6. habetur . ad eam.n.pręcipuè corruptelam tollendam eam conſtitutionem videtur feciſſe , cuius interpretationem nunc per ſingulas partes proſequemur. *Ex ſex. lib. Decret.*

17 † *Libertatem, & immunitatem.)* Significat eſſe diuerſa; vt eccleſiaſtici non minus liberi ſint, ac ceteri : ac immunes præter reliquos.

In Regnô Franciæ.) Notat gloſſa non propterea cõſtitutionem ad hęc loca reſtrictam eſſe, verum eſſe generalem, licèt hæc loca cauſam dederint.

18 † *Scabini.)* Iudices. idem nomen in cap. 2. de alien. iud. mut.

Prætextu bonorum, quæ acqu ſiuerunt.) Moleſtia præcipuè exhiberi Eccleſijs videbatur ob bona, quæ acquirebant, non ob ea, quæ iam antea erant acquiſita: & fieri ob regulam, quòd res tranſiret cum onere ſuo. vt mirum ſit gloſſam contrà mentem canonis regulam ipſam quaſi exceptionem canoni addere voluiſſe, quam canon excludere potius voluit. nam alioqui capitula à gloſſa citata nihil probant contra generalem, & integram immunitatẽ, ea.n.vel ciuiles ſanctiones correctas continent; vel decimarum ius, quod ab oneribus laicis differt. Quod autem ex Ioanne Mon. adnotatũ eſt, inferius oſtendemus ad rem non facere.

Extra manum ſuam ponant.) Latiorem ſignificationem habet hæc locutio, quam alienandi, vel diſtrahendi; nam ideo inferius alienandi verbum ei additur. vide Io. Andr. hic, qui cõmodantem, & deponentem extra manum ponere dicit. Obſeruauimus in conſtitutione quadam Papiniani Epiſcopi Nouarienſis, editam anno 1297. huiuſmodi locutionem, *Reuocamus ad manum capituli omnes domos clauſtri, &c.* æ.n. videbantur alijs aſſignatę.

Taleas, vel collectas, ſeu exactiones quaſcunque) Omnia onera prohibet: nam exactiones etiam ad canonica, ſeu ordinaria, atque realia referuntur. & dictio, *quaſcunque*, cuncta comprehendit, c. ſolitæ, de maiorit. & obedient. in fine, cum gloſ.

Imponere, vel exigere.) Imponere ad noua, exigere ad impoſita, priuſquam ad Eccleſiam venirent, referas.

Eccleſijs, perſonis Eccleſiaſticis pro domibus, prædijs, poſſeſſionibus quibuſcunque acquiſitis, & acquirendis.) Vt onera perſonalia, realia, & mixta, & bona, ſeu oneranda, ſeu iam onerata libera eſſe intelligamus; nulla adhibita diſtinctione, quæ non eſt adhibenda, cum lex non adhibet, l. 3. ff. de off. Præſ. neque verò neceſſe erat, vt pontifex bona

acqui-

Digitized by Google

acquirẽda exprimeret, ſi tantum voluiſſet nouas indictiones prohibere, & niſi voluiſſet excludere eam rationẽ laicorũ, qđ bona iam eſſent obligata, & onerata, antequam ad Eccl. peruenirent. ſed videtur omnino voluiſſe prohibere, ne quidquam auctoritate laica ab Eccleſia exigeretũ.

Poſt hanc Alexandri IV. conſtitutionem commemorãda eſſet Bonifacij cõſtitutio, hoc eſt c. clericis, de immun. in 6. ſed eam diximus a Clem. V. abolitam. cuius tamen loco referemus Bullam Leonis X. quæ incipit, Supernæ, quam in Conc. Lateranen. promulgauit, ſeſſ. 9. Non dicam eum reſtituiſſe cõſtitutionem Bonifacij, ſed innouaſſe; quæ in ea præcipuè decreta ſunt, additis etiam ſeuerioribus quibuſdam. nam verbum, innouare, quo Leo vtitur, non trahitur ad ea, quæ ſublata ſunt, reſtituenda; ſed ad vetera renouanda, & confirmanda, c. quia intentionis, de priuil. cum ſimilibus. Soc. in c. ex parte, 1. num. 10. de priuil. & confirmatio generalis non porrigitur ad abrogata, Bar. in l. ſi quis priore, ff. ad Trebell. nominatim autẽ ea conſtitutio reſtituenda fuiſſet; & ad vitam, vt ita dicam, reuocanda. Si quis autem petat, cur ea conſtitutio Bonifacij relicta eſt in corpore iuris; dicam, quia etiã lex abrogata aliquo modo poteſt allegari, vt docet Abb. in c. nouit, de iud. num. 23. Leo igitur X. in dicta Bulla, § & cum a iure, rurſus prohibuit Principibus, & communitatibus, ne onera clericis imponant, neuè ab eis exigãt, neque a ſpontè dantibus, recipiant; & ne quis ad id auxilium ferat, pœna excom. latæ ſententiæ in quolibet capite adiecta, & interdicti vniuerſitatibus. adiecitq́. pœnam eandẽ Prælatis conſentientibus; & præterea depoſitionẽ, & vt ſint inteſtabiles, & inhabiles ad omnes actus legitimos: cuius Bullæ hæc verba ſunt. *Et cum in Lateranenſi pariter, ac Concilijs generalibus ſub excõmunicationis pœna prohibitum fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, Reſpublicæ, & alij Potentatus quicunque Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, ac Terris quoque modo præſidentes, collectas, decimas, & alia huiuſmodi onera clericis, Prælatis, & alijs quibuſcunque perſonis eccleſ. imponant, exigantq́, neuè à ſpontè etiam dantibus, & conſentientibus, etiam recipiant: atque in* *Ex Bulla Leonis X.*

præmiſsis auxilium, fauorem, conſiliumuè palàm, vel occultè præſtantes, in excom. latæ ſententiæ pœnam eo ipſo incidant: & ipſa quoq; Reſpublicæ, ac communitates, & vniuerſitates circa hoc quomodolibet delinquentes. Eccl. eo ipſo ſubijciantur interdicto: Prælati etiam præmiſſis abſq; Rom. Pont. expreſſa licentia vltrò conſentientes, excommunicationis, & depoſitionis pœnam ipſo facto incurrant, ſtatuimus, & ordinamus, vt de cætero talia præſumentes, etiam ſi (vt præfertur) qualificati fuerint, vltra ſupradictas pœnas, quas contrauenien do eo ipſo incurrere volumus, & innouamus, quod ad omnes actus legitimos inhabiles, & inteſtabiles habeantur

Canonem memoratum Alex. adeo apertum pro integra immunitate Eccleſię non potuit videre Innocẽ. vt ſuperius diximus: Eundem puto non vidiſſe Bartolum, neque Baldum, vt inferius dicemus; vt minus mirum ſit, eos Doctores pro integra immunitate liberius nõ fuiſſe locutos. mirum verò, & indicium graue eſt eius mentis, quam quidam ad quæſtionem immunitatis attulerunt, hunc canonem citari a quibuſdã veluti a Calder. conſ.7. de conſt. ad probandum, quod bona facta tributaria per ſtatutum, tranſeant ad Eccl. cum onere tributi: hoc eſt ad probandum illud, quod non ſolum Pontifex non decernit, ſed potius prohibet.

19 † Ad ea, quæ ſuperius allata ſunt ꝓ integra Eccleſiæ immunitate, conſuetudinem Prouinciæ huius addimus. quæ conſuetudo pro priuilegio eſſe debet, c. ſuper quibuſdam. §. præterea, ext. de verb. ſignif. cum gloſ. & citatis in ea. Et ita interpretatur Bald. in l. omnes, num.3.C. ſine cenſ. & reliq. nam ex nullis bonis Eccleſiarum, vel locorũ piorum, vt omnes norunt, tributum, aliuduè onus hic præſtatur, niſi fortè ex aliquibus per hoc tempus acquiſitis, quo eccl. iuriſdictione, & immunitate oppugnata, adminiſtratores, aut Prælati non potuerunt, aut auſi non ſunt eam tueri. Cum igitur nullum onus Eccleſ. ſuſtineat ex bonis, quæ iamdiu poſſidet: apparet maiores noſtros nulla onera ab Eccleſijs, ne ob id quidem exegiſſe; qđ iam impoſita eſſent, antequam ad Eccleſias peruenirẽt; & cum onere ſuo tranſire deberent; nam bona ipſa, & prius in pote-

ſtate laicorum, & onerata fuiſſe, dubitari non poteſt; ſi-
ue onerib. illis perpetuis realibus, ſiue alijs quæ nunc cō-
tra Eccleſiam inducuntur. Quòd ſi quis dicat Italiam im-
munem fuiſſe a tributis, ſicuti indicat Vulpianus in lib. 1.
ff. de cenſ. & propterea prædia ſine onere ad Eccleſiam ab
initio tranſijſſe: leges autem, quæ de oneribus canonicis,
ſeu Fiſcalibus, hoc eſt ordinarijs mentionem habent, de
Eccleſijs Prouincialib. agere, quemadmodum in l. de ijs,
20 C. de Epiſ. & cler. apparet. † Primò, dicimus Italiam
non fuiſſe prorſus immunem, & quaſdam Italiæ Regiones
minus etiam immunes: quod ex Sigonio lib. 1. de antiqu.
iur. Ital. cap. 21. in fine apparet: maximè autē regio hæc
noſtra immunitatem non habuit, quæ Italia non contine-
batur, ſed Gallia citerior appellata, Prouincia facta fuit:
de quo idem Sigonius eod. lib. cap. 24. & 26. Quod ſi etiā
Italia, & hæc oīs regio fuiſſet immunis antiquitus; tamen
poſtquā Gothi, & alij Barbari, maximè Longobardi, eam
occuparunt, & tenuerunt; quis dubitet eam tributis, &
exactionibus crudeliter eſſe vexatam? contra quam gloſ.
affirmat in l. omnes, C. ſine cenſ. & c. quod idem, de poſte-
ris temporibus eſt affirmandum, quo ea a varijs Principi-
bus poſſeſſa fuit, ſeu ſub proprijs Ciuitatum imperijs, ea-
rumuè Ducibus, ac Tyrannis iacuit: quorum omniū bel-
lis, varijsq́. ſumptibus plurima ſupeditare, & penſitare
neceſſe erat: & propterea onera varia cuiuſcunque gene-
ris imponere, & ita eius etiam generis, quæ nunc ab Ec-
cleſia poſcuntur. Bona autem, quæ nunc penitus immunia
Eccleſia poſſidet, ſaltem maxima ex parte, poſt memora-
tam Italiæ occupationē in Eccleſiam deueniſſe cognoſcet,
qui fundationes Eccleſiarum inueſtigabit. Ex quo faten-
dum eſt, bona cum ad Eccleſias peruenerunt, onus ſuum
reliquiſſe, neque aliud eis indictum fuiſſe. Cum igitur bo-
na, quæ nunc ab Eccleſijs poſſidentur, ex Barbarorū, Ty-
rannorum, ac aliorum dominatu immunia euaſerint, ni-
mis indignum profectò eſt hoc tempore ſub pijs Principi-
bus, onerari. Nam quòd nimis nunc augeantur bona Ec-
cleſiaſtica, inferius videbimus verum non eſſe; præterquā
quòd non ſufficit talis cauſa ad immunitatem vi, aut frau
de lædendam,

21 † Me-

Digitized by Google

21 † Memoratæ ſanctiones omnes, earumq., quas attulimus, germanæ interpretationes, & argumẽta ad integrã Eccleſię immunitatem conſtituendam, atque adeò ſtabiliendam magis confirmantur, quod huiuſmodi immunitas diuinis litteris, diuinorumq́. hominum exemplis, ac documentis; ac demum iure ipſo diuino confirmatur. Narratur Gen. 47. quod cum Aegypti Prouincia, fame ita oppreſſa eſſet, vt nihil incolis ſupereſſet, præter corpora, & terram, Ioſeph Prouinciæ illius adminiſtrator pro Rege Pharaone, emit a ſingulis poſſeſſiones, ita vt Aegyptum vniuerſam Regi acquiſiuerit: cumque eam colendam incolis poſtea tradidiſſet, quintam partem frugũ Regi iuſſit dari. In quo tamen excepti ſunt Sacerdotes, quibus, ne cogerentur ſuam terram vendere, cibaria ex horreis publicis præberi voluit: & cum vniuerſa Prouincia quintam partem etiam poſteris temporibus Regi perſolueret; terra Sacerdotum libera manſit, ac immunis. tantum abeſt, vt tributis, vel oneribus terram Sacerdotum præſſerit; vt neque eam alienari voluerit neceſſitatis tempore; neque quintam partem fructuũ acquirere, ſed potius eis alimenta de publico præbuerit. Narratur etiam lib. 1. Eſdræ c. 7. Artaxerſem Regem Perſarum, cui ſeruiebat Populus Iſrael, edixiſſe, ne vectigal, tributum, aut annona imponeretur Sacerdotibus, Leuitis, Cantorib⁹, Ianitoribus, Nathinæis, aut Miniſtris domus Dei. Quę quidem licet præcepta Diuina non ſint; haud tamen ſine cauſa, & myſterio talia exẽpla, & teſtimonia in ſcripturas ſanctas relata eſſe credimus. vt ideo non immeritò dicta ſit immunitas eccleſiaſtica eſſe iuris Diuini. Eamq́. fuiſſe Domini ſentẽtiam Gratianus affirmare veritus non eſt, dum poſt capit. tributum huius quæſtionis, facto illo Ioſephi, & Pharaonis commemorato; *Domino*, inquit, *ex tunc pronunciante Sacerdotes in omni gente liberos eſſe oportere*. Atque ita Deo placuiſſe illud indicat, quod per Ioſephum ſanctiſſimum Patriarcham, & Eſdræ optimi Sacerdotis, & Scribæ officio ea immunitas decreta eſt. Et valdè abſurdum eſſet, vt Eccleſia nunc minus libera eſſet, quàm fuerint Sacerdotes, & Miniſtri Dñi ſub Pharaone, & ſub Rege Artaxerſe.

ſe. Quòd ſi quis requirat hac in re præceptum Domini, id non potuit in ſcriptura ſancta haberi; quia ſub Principibus a Domino conſtitutis nullũ tributum Dominus decreuit, ſeu approbauit, vt ex eo poſſet excipere Sacerdotes, eorumuè bona. Sed tributum tantummodo permiſit in populos exteros ſubiugatos, vti legitur Deuteron. cap. 20. & alibi. Et ſi quid munerum, ſeu onerum in veteri lege apparet, Sacerdotes, & Leuitæ immunes quoq; declarati ſunt. Nam videmus Num. cap. 1. numerari viros omnes reliquarum Tribuum militiæ aptos: excipi autem Leuitas, tanquam a militia immunes, & ſacris addictos. *Tributũ Leui*, ait Dominus, *noli numerare, neque pones ſummã eorum cum filijs Iſrael: ſed conſtitue eos ſuper Tabernaculum teſtimonij, & cuncta vaſa eius; & quidquid ad cæremonias pertinet, &c.* Illud etiam ſatis immunitatem ſignificat, quod cap. 3. dicit Dominus: *Ego tuli Leuitas à filijs Iſrael pro omni primogenito, eruntq́ Leuitæ mei.* Si ſuos appellat Dominus Leuitas præ cæteris; vultq́, eos in ſacris rebus, & operibus occupatos; intelligimus etiam eos velle a cæteris immunes. Quidam, quia Dominus noluit Leuitas habere partem in terra cum filijs Iſrael; ſed decimas, & primitias tantùm, Num. cap. 18. arguũt debere ab eccleſiaſticis tributa ſolui; aiunt.n. poſſeſſiones Eccleſiæ præterea datas, vti non debitas, oneribus debere ſubijci. Abb. in c. 1. de conſtit. ſed non video quo modo id ſequatur. primò, licèt Leuitæ partem non habuerint, vt aliæ Tribus, habuerunt quadraginta octo Vrbes, cum Suburbanis; & ita partem alio modo habuerunt, Num. cap. 35. Ioſ. 21. Deinde ſi bona Eccleſia poſſidere poteſt, vt Catholici omnes ſentiunt; ea omnino, vti Domino conſecrata, immunia eſſe debent. Aſſignatio quoque decimarum immunitatẽ potius indicat, cum eæ ſine opere, ac labore percipiantur. Adde, quod, quia hodie decimæ non ſoluuntur, niſi ex modica parte, & poſſeſſiones loco decimarum Eccleſia habet, meritò poſſeſſiones eorum immunes eſſe debent: quas etiam non inuiti traderent clerici, ſi eis decimę reſtituerentur. Sed Diuini iuris eſſe hanc immunitatem poſtea liberè pronunciauit Bonifacius VIII. de oneribus agens

in c.

in c. quamquam, de cenſib. in 6. *Cum igitur Eccleſiæ, ec-cleſiaſticæq; perſonæ, ac res ipſarum non ſolum iure humano, quinimmò, & Diuino à ſæcularium perſonarum exactionibus ſint immunes,&c.* Quod tamen gloſ. ad memorata diuinorum librorum exempla refert. Ante illum Alex. III. idem. videtur affirmaſſe in c. non minus, de immu. Eccleſ. dum ait: *Deterioris conditionis factum ſub eis ſacerdotium videtur, quam ſub Pharaone fuerit, qui legis diuinæ notitiam non habebat.* Ergo ex legis Diuinæ notitia immunitas ſacerdotio datur, & eius rebus. qui canon ad hoc citatur et ab Archid. in c.quamquam, de cenſib. Concilium quoq; Colonienſe idem præclarè pronunciauit, par. 9. cap. 20. Immunitas. *Eccl. vetuſtiſſima res eſt, iure pariter diuino, & humano introducta: quæ in duob. potiſſimū ſita eſt primū, vt clerici illorūq; poſſeſſiones, & bona à vectigalibus, & tributis, aliiſq; muneribus laicis libera ſint,&c.* Quod Concilium licet ſit ſit Prouinciale; quantæ tamen auctoritatis ſit tot Patrum in Dei nomine congregatorum ſentētia, facilè omnes vident. Sed & Conciliū Generale Lateranēſ. ſub Leone X. idem confirmat ſeſſ. 6. in Bulla, quæ incipit, Supernæ, §. cum & fructum, vbi pronunciat Pontifex cum Concilio bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem ad ipſum, & ad eos, qui ea poſſident, pertinere: Principes autem ſæculares, etiam Diuino iure prohibente, ſeſe in eis intromittere non debere. Poſtremò autem ſacrum Oecumenicum Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 20. dum Principes ad Eccleſiæ iura tuenda monet, tum ſacros canones, & Apoſtolicas ſanctiones in fauorem Eccleſiaſticæ immunitatis, & contra violatores editas innouat; tum Eccleſiæ,& perſonarum eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam dicit. in qua quidem etiam bonorum eccleſiaſticorum immunitatem contineri dubium non videtur, maximè ſi totius decreti verba legantur: & ita oſtendit eadem loquēdi ratio in c. Eccleſia S. Mariæ, de cōſtit. nimirum cum dicimus Eccleſiarum immunitatem, etiam eius bonorum intelligi. hanc immunitatem eſſe iuris Diuini, Doctores quoq; affirmarunt in dicto c. quamquam, de cenſib. in 6. Archid. Ancha.

Ge-

Digitized by Google

Gemin. Francus, Abb. quoq; in c. non minus, de immun.

Ad hoc confirmandum valet illud argumentum, quòd quidquid Deo conſecratum eſt, ſanctum ſanctorũ eſt Domini, Leuit. 27. Num. 28. quod refertur in c. nulli, 12. q. 2. & etiam ex legibus ciuilibus diuini iuris ſunt, & nullius in bonis res ſacræ, l. 1. ff. de rer. diuiſ. talia ſunt bona Eccleſiæ, ergo diuini iuris ſunt, & libera a poteſtate laicorum. Scimus eſſe Catholicos Doctores, qui negent immunitatem hanc eſſe iuris diuini: canonici quidem iuris Doctores communi ſententia affirmant: Theologi verò nonnulli negant; quibus ſatis reſpondet Bellarm. cõtrouerſ. tom. 2. lib. 1. de cler. cap. vlt. & Azor. in 1. par. Inſtit. lib. 5. cap. 12. quos Lector videre ne grauetur, vt hic repetitione earum diſputationum ſuperſedeamus.

22 † At naturali quoque iure eandem immunitatem niti, id ſuadet, quod ea verè apud omnes ferè gentes, vt Gratian. interpretatur, videtur obſeruata. nam prçter memorata exempla Pharaonis, & Regis Perſarum, qui naturali inſtinctu ad ita iubendum, ſeu conſentiendum moti videtur: extat exemplum veterum Gallorum; *Quorum Druides ſacrificijs, & religioni præfecti* (ait Cæſar lib. 6. belli Gallici) *à bello abeſſe conſueuerunt, neq; tributa vna cum reliquis pendunt, militiæ vacationem, omniumq́; rerum habent immunitatem*. Eorumq. diſciplinam idem ait ex Britannia translatam: vt intelligamus etiam Britannos talem immunitatem conſeruaſſe. Cõmemorat etiam Plutarchus in Marcello, legẽ Romanã fuiſſe, vt Sacerdotes a militia eſsent immunes: dum ait ex nimio timore Gallorũ exceptionem appoſuiſſe legi; vt in tumultu Gallorum immunitas ceſſaret. quam immunitatem in cçteris quoque habuiſſe credibile eſt, licèt leges non extent, quas plurimas perijſſe docti viri ſæpè quçruntur; neque veriſimile eſt, populum humanitati, ac religioni præ cæteris deditum in hoc humanitatis, ac religioni officlo a Barbaris eſſe ſuperatum. Ex quo apparet Principes non tam conceſſiſſe clericis, & Eccleſijs, ſeu donaſſe immunitatem; quam perſoluiſſe, licet cum imminutione, quod ijs debebatur, vti conſentaneum iuri naturali. Et certè quo lumine cuncti homines

conſentiunt cum tali onere rem tranſire ad Eccleam. In ſecunda, & tertia diſſentiunt grauiores Doctores; & omnino ſententia eſt magis recepta; licet recentiores cōtra conati ſint pugnare. Nos, vt nobis videmur, omni alio ſtudio remoto, veritati tantum ſtudentes, repugnantibus licèt omnibus ferè Doctoribus, ſanctionibus tamen ciuilibus, & canonicis, quas ſuperius explicauimus, atq; ipſa ratione freti, nullam rationem valere exiſtimamus, vt bona poſtquam ad Eccleſiam peruenerint, poſſint tributis, aut oneribus quibuſcunque obnoxia facere. Poſteriores recentium Doctorum rationes, cum ipſis etiam ciuilibus legibus veterum pugnant. Prior verò illa ratio, & cum lege Federici, & cum ſacris decretis, & cum iure ipſo diuino, quibus bona eccleſiaſtica immunia eſſe pronunciata ſunt, & ab omnibus tributis, & exactionibus libera: quod quidem non eſſet, ſi aliquo onerum genere præmerentur.

Videamus igitur, an huiuſmodi regula valeat in hac materia immunitatis, cum res profana fit ſacra: & primò an valeat in primo illo gradu, quando tributa certa, & pꝑetua indicta ſunt a Principe; cum quibus vti cum onere affixo voluerunt gloſſæ non vno in loco; & Baldus alioqui Eccleſiæ ſatis æquus; alijq. ferè omnes bona ad Eccleſiā tranſire. Dicimus autem hoc onus ita impoſitū adeo rei affixum non eſſe, vt ſecum ferat, cum ad Eccleſiam venit. Ac ſi quidem ad id imponeretur, vt immunitas Eccleſiæ eluderetur, iam factum condemnandum eſſet, tanquam in fraudem Eccleſiæ, ex doctrina mox explicanda. Verum etiam ſi ad id non fiat, ſed alia, iuſtaq. de cauſa, tamen tale onus ſecum non feret: nam cum res venit ad Eccleſiam, ibi id priuilegium, & ius res ipſa obuium habet, quod cōtra ipſum onus propriè introductū eſt; idq. grauiori auctoritate, quàm Principis cuiuſuis; & ideò onus illud deponatur, & relinquatur neceſſe eſt: neque id mirum ex ea quoque ratione, quòd rei mutatur ſtatus, quæ ex profana fit ſacra. Regula vera eſt, Res tranſit cum onere ſuo, ſed habet ſuas exceptiones. fert onus quo pteſt, & quouſque nō impeditur legitimè. Principi ius eſt tributa bonis ſubditorum indicere, donec ea ſunt ſubditorum, non ita ta-

men, vt iuri, ac priuilegio poſſit officere, quibus immunia bona eccleſiaſtica redduntur. quæ quidem verè non dicerentur immunia, ſi tributa quocumque nomine præſtarent. exemplis quoque hoc demonſtratur. Homo quilibet addictus eſt Principi ſuo, vel Reipub. ita vt eius iudicium, & imperium recuſare non poſſit; neque negare ei obſequia, & ſeruitia legitima domi, & militię, ſed ſi ſacris initietur; aut verò deo ſeſe dicet in ordine religioſo; ceſſat illa obligatio, q̃a ex ea mutatione ſtatus homo fit immunis; iamq́. profana poteſtas in eum imperium non habet, vt notiſſimi iuris, eſt tex. de foro compet. c. 1. 2. 12. & alijs. Quinetiam ceſſat ius priuatum, quod fortius eſt, quam Pritcipum, qui habent tantum dominium vniuerſale. Seruus ſi ordinetur, ſtatim ab imperio conſueto Domini liber eſt; licèt Domino quædam actio reſeruetur pro eo, quod eius intereſt, l.non diſtinguimus, ff. de rec.arbit. Arbiter, qui alias cogendus eſt, obueniente ſacerdotio, non cogitur dicere ſententiam: quod non ſolum honori perſonæ, ſed maieſtati Dei deberi, ait ibi Iuriſconſ.

Atque eo minus oneri locus eſt, cum ad Eccleſiam res venit; quia ſequeretur, Eccleſiam eſſe laico Principi ſuſubiectam, quod falſum eſt; exactio.n.oneris eſt ſignum ſubiectionis, glo. in c.tributum, 23.q.8.

Immò ſequeretur ius Principis, quo onus rei imponit, præſtare iuri canonico, & diuino, quo res Eccleſiæ onerib. & tributis eximuntur.

Præterea etiam ſi priuilegium res non habeat, fit tamẽ, vt res cum ad priuilegiatum peruenerit, diuerſo iure cẽſeatur. exemplum eſt in l.cum quidam, §.ſi debitores, ff. de vſpr. vbi debitores, qui vſuras minores ſemiſſibus præſtabant, poſtquam ad fiſcum rranſierunt, ſemiſſes cogendi ſunt præſtare.

Ex conſtitutionibus Dominij Mediol. qui duodecim liberos habent, immunitate bonorum fruuntur, etiam eorum, quæ acquirunt, ſaltem vſqne ad certam quantitatem conſtitut. lib. 4. de immunit. ita neceſſe eſt, vt quæ res erat onerata, reddatur immunis, cum peruenerit ad habẽtem duodecim liberos, quid mirum igitur, ſi priuilegium

Ec-

Eccleſiæ id efficit. Nam licet ea immunitas duodecim liberorum ſit onerum extraordinariorũ tantùm, homo tamen ille etiam extraordinarijs alias ſubiacere debebat.

Facit etiam ad hoc regula contraria cum argumento à contrarijs, nam mutatione poſſeſſoris res amittit priuilegium. ſi Eccleſia, quæ non ſoluit decimas, vendat prædium alteri non priuilegiato, hic decimas ſoluet, c. a nobis, de decim. ſi quis emit rem a fiſco, non tamen fruitur immunitate fiſci, l. locatio, §. fiſcus, ff. de public. Item ſi res Eccleſiæ immunis alienetur, & fiat profana, in onera relabitur: facit gloſ. penul. in c. generaliter, 16. q. 1. Bart. in l. per procuratorem, de acquir. hæred. & in l. locatio. Neq; inuſitatum eſt, rem deſcriptam inter eas, quæ ſubijciuntur oneribus, ex cauſa deleri. nam & quæ ſterilis effecta eſt, inde tollitur, ſeu minuitur pro eo, quo deterior facta eſt, l. forma, ff. de cenſib. Petr. de Peruſio in tract. de collect. in ea parte, quæ dicitur conſil. primum in princ.

Quod autem quidã probant ex Io. Andr. quodam exẽplo hominem tranſire cum certo vinculo ad clericatum: ſit ita, vt dicunt: ſufficit reſpondere, quod loco, ſeu cauſæ, ad quam res venit, non eſt datum priuilegiũ contrarium, vt in caſu noſtro.

Quod etiã dicunt, quemadmodum ſi pacto, aut alio actu priuato ſit onus adiunctum rei, cum eo tanſit ad Eccleſiam. itidem reſpondemus, Eccleſiam uon habere immunitatem ab eiuſmodi oneribus ex pacto prouenientib., ſicuti ab alijs, de quibus agimus. ſumptum autẽ videtur hoc argumentum a Io. Mon. qui tamen in c. 1. de immun. in 6. non argumentatur ex eo contra immunitatem, ſed dicit, quod ſi poſſeſſio cenſualis peruenit ad Eccleſiam, cenſus debetur, quia res tranſit cũ onere ſuo: cenſus autem, de quo loquitur, eſt debitum, ſeu obligatio priuata, a qua non datur immunitas: & ita indicat l. vnica, C. rem alien. quam allegat. de tali cenſu agit gloſ. c. in c. conſtitutus, de relig. dom. Ad id etiam probanpum affert axioma illud, concedentem dare tantum ius, quod habet ex l. tabernas, ff. de contrah. empt. quod item male Doctores a priuatis actibus ad tributi obligationẽ transferunt: nam

quod

prӕter memoratas auctoritates; hæc me præcipuè impulerunt: Argumenta, ni fallor, ſolida, quibus hæc confirmantur, & contraria refutantur; quæ ſuperius breuiter retulimus. Religionis cauſa, cui ſemper magis fauere debebemus, com etiam I. C. ſummam eſſe rationem pronunciarit, quæ pro religione facit, l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun. Pietas illa, quæ nos ad tutiorem opinionem inuitat. Indicia nimij ſtudij, vel potius cupiditatis Doctorum ad immunitatem Eccleſiæ imminuendam; ita vt etiam conſcientiæ ſuæ timére ſe non diſſimulent: atq; non tam quærere veram opinionem ſeſe oſtendant, quam ſuam quoquo modo ſtabilire; velleque laicis conſulere paſſim conquerẽtibus in dies ſe magis premi indictionibus onerum. qui quidem dum ſeſe contra immunitatem Eccleſiæ propterea conuertunt, nihil aliud agunt, niſi cũ bonorum iactura animæ detrimentum cumulant. Et verò minimè integra videretur immunitas Eccleſ. bonorum, ſi cõſneta profana onera relinquere nonpoſſent.

Verum vt Eccleſiam obligare conarentur etiam ad onera futura, & collectas; Rectores, ſeu Communitates quædam, vt ſuperius tetigimus, ſtatuta fecerunt, vt omnia bona locorum ad ſeſe pertinentiũ, eſſent tributaria, & oneribus obnoxia, vt ita non poſſent ſine tali nexu ad Eccleſias tranſire: alibi verò effecerunt, vt ſinguli incolæ bona ſua communi venderent; a quo poſtea reciperent oneribꝰ obligata. Illud Peruſinos feciſſe ait Bart. hoc verò Eugubinos, & hic ſecundus gradus eſt, in quo dicebamus bona fieri apta, ſeu habilia ad onera. ſed ſi ipſa impoſitio certorum onerum non valet, ſicuti probauimus, vt ea portẽtur ad Eccl. immunem; multò minus valebunt hæc ſtatuta, quæ non imponunt onera, ſed ad ea habilitatem inducunt tantùm.

Atque nihil egiſſe talibus ſtatutis, & inuentis cõitates dicimus: quandoquidem in fraudem iuris, & ſanctionum id factũ eſt, quib. immunitas Eccleſiæ decernitur: & ea ipſa, quæ in hoc genere fiunt ad bona obliganda, ſunt, indirectè ſaltem, contra immunitatem Eccleſiæ; & ſic illicita, & anathemati obnoxia. Circũueniũt.n. ſententiã legis,

quæ

q̃ eſt, vt bona Eccleſ. ſint immunia, licèt non faciãt cõtra verba legis: & hoc eſt in fraudẽ legis facere, l. 29. & 30. ff. de legib. nam cũ quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti c. cum quid 84. de regul. iur. in 6. ita confirmat Bald. optimè in l. omnes, num. 8. C. ſine cenſu, & reliq. quod etiam obſeruauit bonus Doc. Silu. in ſum. verbo immunitas ij, num. 6. At dicunt quidam, fraudem non præſumi rectè: nam euidens eſt fraus. cuius inuenti non legimus auctorem fuiſſe Batt. vt quidam affirmant. exempla tamen ea affert in l. reſcripto, §. ſciendum, ff. de mun. cumque l. placet, & in repet. num. 4. dixiſſet Eccleſiam debere ſoluere tributa certa, & iam impoſita, quia res affecta eſſet antequam perueniret ad Eccleſiam: poſtea in d. § ſciendum, cum dixiſſet, quod collectę non poſſunt imponi clericis, quęrit, vtrũ ſit remedium, quo Eccl. poſſit imponi collecta pro earum poſſeſſionibus: & fatetur nullum eſſe ꝓ iam acquiſitis, quia non poteſt fieri lex contra libertatem Eccleſiæ. Verum pro acquirendis dicit fieri poſſe ſtatutum exemplo peruſinorum, vt prædia omnia ſint tributo obnoxia; ex quo poſtea illis, ſi ad Eccleſiam peruenerint, poſſint collectæ indici, addens Eugubinos amplius effeciſſe, vt diximus; aitq́. eiuſmodi cautelas fuiſſe neceſſarias; quia adeo Eccleſiæ ditabantur, vt non remanerent poſſeſſiones ad onera Ciuitatis ferenda. Quæ tamen inuenta, cum ſentiret fraudi eſſe Eccleſiaſticæ immunitati, ſubdidit in eo ſaluam velle determinationem Sanctę Matris Eccleſiæ, *Quæ*, inquit, *ſi aliud determinaret, ego quoque aliter determino*. Atque in fine dictæ repetitionis, l. placet, quæren, an collecta, quæ non poteſt imponi clericis, poſſit imponi eorum famulis, vel colonis; reſpõdet, non poſſe, quia ita fieret fraus legi. Ex quibus apparet primò, hunc Doctorem non tam veritatem immunitatis inueſtigaſſe, quàm ex indulgentia quadam erga laicos remedium quæſiuiſſe ad immunitatẽ imminuendam; dum talia ſtatutorum exempla proponeret. Demum verò religione commotum contra eiuſmodi ſtatuta, Eccleſiæ ipſius determinationem iam ſequi profeſſum fuiſſe. Cumq; Eccleſia per Alexandrum IV. in dicto c. 1. de immunit. in

6. aliud

Digitized by Google

quoq; ipſius mutatam diecemus: imò in conſ. 180. affirma Ecclеſ. ad nullam onera teneri, ex lege Federici Imper. Quam Pontificis Alexandri conſtitutionem, cum videam Bart. non commemoraſſe; conijcio ſextum librum Decretalium a Bonifatio VIII. editum; fortaſſe nondum ipſius tempore in vſum Gymnaſiorum illorum inductum fuiſſe: nam non multò poſt eam editionem floruit Bartolus; quod de Baldo quoq; poteſt affirmari, qui itidem eam conſtitutionem videtur ignoraſſe, & ex his apparet, in hac quæſtione neque Bartolo id eſſe tribuendum, quod pleriq. putant: neque omnino eam fuiſſe eius ſtabilem ſententiam, quam affirmant.

Huiuſmodi ſtatuta Baldus apertius reprobauit in d. l. placet, dicens, tales eſſe fraudes, & figmenta in prȩiudicium Eccleſiarum, Bartolumq́. ea de re reprehendit. & ex eius dictis etiam in l. neminem, eod. tit. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. omnes, C. ſine cenſu, & rel. colligitur non poſſe fieri, vt Eccleſia obligetur ad collectas, quæ ſunt onera extraordinaria; etiam ſi ordinatio ſtatutum, ſen lex generalis præcedat impoſitionem collectæ, quia licet ea lex cauſam generalem præbeat collectis futuris, iuſſio tamē, & obligatio tum certa oritur; & forma ipſa grauaminis inducitur, cum eæ imponuntur: & ſi tunc tunc Eccleſia poſſidet, iam exempta eſt a laicali iuriſdictione. fatentur. n. omnes nullum ius eſſe laicæ poteſtati in bonis Eccleſiæ, & ita fieri non poſſe, dicit Bal. vt collecta fiat onus ordinarium, quod recentiores quidam contra ſatis apertam veritatem, & tanti Doctoris explicationem agnoſcere nolūt. Aiunt onus extraordinarium poſſe fieri ordinarium: verum eſt, ſi Princeps faciat, ſed videndum an in ſpecie fecerit: neq; aliud probat l. 1. C. de indict. lib. 10.

Vide omnino, quæ hic Doctor ſcribit in d. l. omnes, num. 8. vbi tanto minus perſpicies valere deſcriptionem, æſtimationem, aut alibrationem, vt iſti loquuntur, ad hoc, vt prædia ita deſcripta ſint affecta, cum ad Eccleſiā tranſeunt. qui eſt tertius gradus à nobis propoſitus, & quædam præparatio ad contributionem æqualiter faciendam. Ità concludit Baldus, licèt canones non citet, niſi c. ſi tributum. Obſeruo autem hic paululum digrediens, quod in d. l. omnes, nu. 7. ſentiens Bald. eiuſmodi ordinationes de collectis futuris eſſe cōtra liberta-

tem Eccleſiæ, contra affert generalem hanc rationem, Eccleſiam habere prædia ex l. humana, cum habeat Decimas ex diuina; ideò ſtatutis humanis ea ſubijci, & hoc ex gloſs. in l. muherum vlt. ff. de mun. in verbo Pontifex. Doctrinam illam de obligandis bonis ad collectas per ſtatuta antecedentia, et ſi poſtea ad Eccleſiam perueniant, reprobat Bald. alijs argumentis, vt dixi: ſed quia rationi de lege diuina, & humana, quam allegat, non reſpondet; & ea talis videtur, vt totam immunitatem bonorum Eccleſiæ, præter decimas, perturbare poſſit: nos reſpondemus, quod ea gloſſa non benè talẽ doctrinam colligit a falſa Religione, vt ad veram Religionem applicet, & tamen, quia probabilis prima facie videtur, vt ea non ſolum Baldus, ſed etiam Turrecremata in c. ſi tributum vſus fuerit: dicimus eam fallacem eſſe; nam primò falſum eſt, Eccleſiam habere prædia ex lege humana: immo habet vel ex lege diuina veteri; quæ hominum commercia, & poſſeſſiones probauit; & Leuitis 48. vrbes cum ſuburbanis aſſignauit: vel ex iure gentium, quod eſt hominibus quodam modo naturale, ex quo rerum diuiſio, & commercia humana profecta ſunt, vt Iuriſconſulti quoque docuerunt: ſiue iure ſacrorum canonum. & ideò ex hoc capite non ſubijciuntur eius bona legibus laicorum. Præterea bona eccleſiaſtica ſunt immunia, non ex ratione contractus, ſed ex priuilegio poſſidentis: & quia cum Eccleſiæ ſunt facta, ſacra ſunt, & Deo cõſecrata, quiſquis ea dederit, meritò immunia ſunt. Decimæ, & oblationes maiori ratione ſacra, & immunia ſint, quia iure diuino propriè datæ ſunt: ſed non ideo non alia quoque ſacra ſunt, & immunia. Alioqui ſi ratio illa legis humanæ valeret, etiam cum Eccleſiæ bona effecta ſunt, ita iuri humano ſubiecta eſſent, vt ſemper poſſent imponi noua onera, quod ne aduerſariorum quidem quiſquam aſſerit.

Sed vt redeamus ad propoſitam quæſtionem, ſtatutis illis, & deſcriptionibus, ſeu æſtimationib. non poſſe fieri, vt bona, quæ ad Eccl. tranſeunt, oneribus grauentur, præter Baldum docuerunt Archid. Geminianus, Io. Andreas, Ancharan. Frãcus in cap. 1. de immunit. in 6. Abb. in c. fin. de vita, & hon. cleric. num. 12. Ludouicus Rom. in l. ſi publicanus, ff. de publ. Felyn. in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. num. 76. Bartol. quoque

que in conſ. 180. in hoc genere fauet Eccl. contra quam alibi videatur, negans clericos teneri ad collectas, tanquã onera extraordinaria, etiam ſi poſſeſſiones acquirant antea æſtimatas, & alibratas: ex quo apparet grauiores, & antiquos Doctores hanc tueri opinionem.

Accedat Lancellotus Gallia, qui in conſ. 59. latè probat ex communi Doctorum ſententia, vt apparet nu. 112. Eccleſia non teneri ad huiuſmodi onera, licèt ipſe quoq; conſentiat, vt teneatur ad onera realia, & perpetua, quæ impoſita erant bonis, antequam ad Eccleſiam tranſirent. In quo rectè animaduertere nos admonet poſt nu. 17. non eſſe verum, quod Eccleſia teneatur ad onera ordinaria, quemadmodum quidam affirmant, & pronunciant: fieri enim poteſt, vt etiam perſonalia, & mixta onera ordinaria fiant, ſecundum ea, quæ initio huius diſputationis poſuimus onerum genera diſtinguentes. At cum tanguntur perſonæ, fatentur omnes nullum eſſe ius poteſtati laicæ in eccleſiaſticos. Ergo ex hac doctrina, vt Eccleſia teneatur ad onera, neceſſe eſt primo ea eſſe realia; & certa, ac perpetuò affixa rei, deinde eſſe impoſita antequam ad Eccleſiam venirent: nam ſi onus reſpicit perſonas, poteſtas deficit in Eccleſ. ſi impoſitio reſpicit tempus, quo res iam facta eſt Eccleſiæ, ſicut euenit in extraordinarijs; non obſtantibus ſtatutis, & æſtimationibus iã factis, de quib⁹ diximus; nullum ius eſt laico in Eccleſiam. Animaduertendum quoque eſt, dum Doctores dicunt, vt prædia iam facta ſint tributaria, intelligi id duplici modo; nam ſi facta ſint tributaria, ex ſtatuto decernente, vt prædia cenſeãtur obligata ad onera; id non facit, vt propterea ita cenſeantur, cum venerint ad Eccleſiam. Si autem facta ſint tributaria, ex eo, quod Princeps prius indixerit eis tributum certum, & perpetuum; tale onus ſecum ferunt, ex horum Doctorum ſententia. Sed nos neque perpetua illa, certa, N realia onera poſſe exigi, cum bona veniunt ad Ecclſiã; & inueniunt priuilegium Eccleſiæ, ſuperius probauimus.

24 † Alibi non ſtatuta illa in fraudẽ immunitatis facta ſunt: ſed alia via eidem immunitati, & ſacris ſanctionibus fraus facta eſt. conſtitutionem laicam, ne bona alienentur in

non ſubditos abſq; licentia magiſtratus ſæcularis,ita produxerunt, vt Eccleſiam quoque comprehendere velint. Idque cum palam, & apertè edicere non audeant, tacitè efficiunt: verbo Eccleſiam comprehendi affirmant, Notarios inſtrumenta de ijs alienationib. recipere cum pœna prohibitos terrent, nè inſtrumenta alienationũ in Eccleſiam, locauè pia conficiant. Licentiam verò petentes, tum vectigal quoddam ſoluere iubent, tum fideiuſſorem dare de omnibus oneribus bonorum alienatorum perſoluendis, ſicuti venditor ſolebat.

In hac ratione ita inita plura ſunt mala. primum eſt ſtatutum contra libertatem Eccleſiæ: atque ſi alienatio in Eccleſiam exprimatur in ſtatuto, omnes contra illud ſtatuunt, affirmantq. eſſe contra Eccleſiæ libertatem, ſi non exprimatur, tunc non comprehendi Eccleſiam, Doctores communi ſententia affirmant: Hi igitur qui volunt comprehẽdi cõtra ſententiã Doctorum, & cõtra eccleſiasticã libertatem faciunt. Alterum malũ eſt, ob concuſſionem licentiæ exigere vectigal: quod licet a venditore exigatur, ſoluit tamen plerumq. Eccleſiaſticus, qui acquirit. Tertium eſt cogere immunes ad onera perſoluenda, fideiuſſore dato: & ea quidem onera, quæ venditor ſolebat pſtare: ideſt, vt Eccleſia cogatur ad omnia onera, etiam extraordinaria, licèt communi ſentẽtia Doctorum, & ipſis etiam legibus ciuilbus excepta: nam licet a laicis hæc præſtarentur alienantibus, omnia tamen redundant in pǯiudicium Eccleſiæ, ex quibus hi excommunicationẽ ſubeunt, ex c. nouerit, & c. grauem, de ſent. excom. quia ſtatutum contra libertatem eccleſiaſticam ſeruari faciũt. & ex c. 1. de immun. in 6. quia Eccleſiam oneribus præmũt, licèt indirectè, nam quod directè agere non licet, neq; licet indirectè, Abb. in c. dudũ, de elect. n. 17. & eo magis, qa talem fideiuſſorem per ipſos eccleſiaſticos dari iubet. Indulgeat Lector, vt in hac quæſtione, an ſtatutum comprehendat Eccleſiam, & an ſit contra libertatẽ eccleſiſticam, neque argumenta, quæ pro Eccleſia ſunt, referam, neque contraria refellam. cumulatè id nuper præſtiterunt, qui contra legem Venetam huic non omnino diſſimilem ſcri-

pſerunt;

ſerunt; præſertim Io. Beltranus Gueuara Archiepiſcop. Salernitanus in ſuo propugnaculo eccleſiaſticę libertatis aſſertione 1. §. tertio, & ſeq. & Franc. Fagnanus in 3. p. ſui libri de iuſtitia, & validitate cenſur. &c. Apud hos videre licet rem plenè, latèq. examinatam: eamq. ſententiam, vt in lege generaliter prohibente alienationem in eos, qui ſubditi non ſunt, non contineatur Eccleſia, & ſi comprehendatur, offendere libertatem Eccleſiæ confirmatam firmis argumentis, ac Doctorum circiter 40. auctoritate; cum aduerſa vix tribus, vel quattuor auctoribus defendatur. Quod.n.adimit Eccleſiæ, ea, quæ cęteris omnibus conceduntur, quo modo Eccleſię libertatē non violabit? Eccleſiã liberam eſſe ius diuinũ, & humanũ voluit a multis, quæ cęteri ſuſtinent: & hęc eſt propria Eccleſ. libertas: quo modo ergo patiatur, vt ipſa ſuſtineat ea, a quibus ceteri liberi ſunt? conceſſit libertatem propriam, quæ eſt immunitas; tanto magis ei tribuit communem: nam quando dicimus Eccleſiæ libertatē, non propriè tantùm ei conceſſam intelligimus, ſed multò magis etiam cōmunem ceteris, exceptis ſi quæ ei propriè eadem iura negauerunt, veluti vxoris, & alia ſimilia. At dicunt laici, de perſonis, & rebus laicis ſtatuunt, non de eccleſiaſticis. Rectè; ſed eodem actu ſaltem indirectè perſonas, & res eccleſiaſticas pręmunt, in quibus non habent poteſtatem, qui prohibet laico, ne vendat Eccleſiæ, etiam prohibet Eccleſiæ ne emat a laico. Sed hæc, & ſimilia latè memorati auctores tractarunt. Paucorum verò illorum, qui ſenſerunt cōtra Eccleſiam Princeps ferè videtur fuiſſe, quod doleo, Signorolus Homodeus Mediolan. in conſil. 21. qui tamen num. 25. & 26. excipit eam conſtitutionis conditionem, ſi generaliter, & ſimpliciter fiat prohibitio ne quis vendat, vel emat, ita vt omnia comercia vetita ſint. item ſi expreſſa mentio fieret de Eccleſia, vel perſonis eccleſ. tunc.n. malitiam dicit ineſſe, & ideo eſſe contra libertatem Eccleſiæ. Poſtremo autem teſtatus eſt, eam alienationē ſtatuto ſuo fuiſſe exceptam, quæ pro anima fieret. Sed non video ſi malum eſt contra Eccleſiam expreſsè ſtatuere; quo modo non ſit malum id tacitè facere; & ita intelligere, & exequi:

qui: conſcientia .n. etiam tacito peccato afficitur, & ex eo ſacræ cenſuræ ſubijcitur. non.n. agimus hic de eo, quod iudicio humano puniri poſſit, & ita non eſt hic locus illæ regulæ, *expreſſa nocent, non expreſſa non nocent*; cum de cõſcientia agatur, non de actibus ciuilibus: Sed potius illi, *Quod non licet vna via, non licet etiam alia*. In hac quidem quæſtione caput eſt, videre an prohibitio hæc alienandi in Eccleſiam mala ſit, & contra Eccleſiæ libertatem: nam ſi ſit; nihil refert, vtrũ inſit, aut exprimatur, qđ attinet ad ſtatuẽtis, aut exequẽtis conſcientiã. refert q̃dem qđ attinet ad agendum contra illum, vt puniatur. Ideò Doctor ille fruſtra plures cartas ad oſtentationem repleuit argumẽtis minus idoneis ad probãdum, vt ſibi videbatur, qđ in generali illa prohibitione comprehenderetur Eccleſia: nam ſufficiebat probare non eſſe contra libertatem; ſi modo potuiſſet. Et ſi probaſſet non eſſe contra libertatem, ſi tacitè ineſſet; idem dicere debebat, ſi expreſsè. Igitur tum ſtatutum ita interpretatum, eſt contra Eccleſiæ libertatem, & coactio illa de præſtandis oneribus, quæ venditor præſtabat, iniuſta, & excõmunicationis ſententiæ obnoxia ex ſuperius diſputatis: maximè autem, quod attinet ad extraordinaria, & ea, quæ legibus ipſis, & Doctorum opinione excipiuntur: quæ quidem etiam videntur ipſa coactione includi: qui videtur intolerabilis error. Videant igitur magiſtratus, qui hęc tolerant, & exequuntur, quo modo animam ſuam opinioni paucorum cõmittant contra talem grauiſſimorum auctorum numerum; & quibus vinculis obnoxiam faciant.

25 † Aiunt qui immunitatem Eccleſiæ ægrè ferunt, queadmodum Bartolus quoque olim, multa bona in dies Eccleſiæ accedere: quæ ſi immunia ſeruantur, eorum onera in laicorum bona recidunt: nam Principes Fiſco nolunt detrahi, quod Eccleſiæ remittitur. ita procedente tempore ad Eccleſiam tot bona peruentura, vt laici onera ferre non poſſint: iam nunc tot perueniſſe, vt opprimantur. An laici ita opprimantur, neſcio: id ſcire mihi ingenuè videor; ſi opprimuntur, non id euenire, quod nimis multa Eccleſia acquirat; non dicam, quod dixit Imp. in Auth. de non

alien.reb. Eccleſ. optimam menſuram in ijs, quæ donantur Eccleſiæ eſſe immenſitatem. Sed non eſt difficile cognoſcere, ſi quis aduertat, quæ bona hodie in Eccleſiam perueneritnt Epiſcopi, Canonici, Parochi nil iam emptionibus, aut donationibus ſuis Eccleſijs acquirunt: ſed potius ex redditibus Eccleſiaſticis conſanguineis laicis multi non pauca comparant. Veteres illæ piæ largitiones iam abſoleuerunt; ordinibus tantum quibuſdam Religioſis, & locis pijs acquiruntur bona, non tamen immenſa, aut ſuperflua. Monialium Monaſterijs victus tantum paratur. laici ſæpè Cappellas ad Miſſarum celebrationem inſtituunt, & plerumq; reſeruato patronatus iure, ſuis præparāt. contra verò, qui ſacerdotia magni reditus poſſident, ſi boni ſunt, ſubleuant pauperes; & ſæpè etiam pro laicis bona opera faciunt: ſi ſecus, alunt laicos propinquos, etiam non egenos, vel eos ditant; in familia primogenituras, & titulos conſtituunt; ita vt reditus Eccleſiæ, quæ liberiores ſunt ab oneribus, atq; mairoes, ipſis laicis magis proſint. Experimentum habemus in hac Eccl. an bona Eccleſiaſtica nimis augeantur: librum, in quo Epiſcopus Guillelmus ante annos ferè tercentos iuſſit bona omnium beneficiorum deſcribi: ex quo apparet ab eo tempore bona Eccleſiarum imminuta eſſe, beneficiorum numerum tantum auctum eſſe, hoc eſt Cappellarum, quas diximus, & Parochialium, quæ tamen vt plurimum ſtipendijs, & oblationibus parochianorum ſuſtinētur. Quæ quidem augmenta tam multa non ſunt, vt ne dum ad laicos, ſi in eos onera redundent, opprimendos; ſed ne ad augenda quidē mediocriter eorum onera valeant. Si Principum indictis, & ſuperindictis præmuntur; non eſt cur in Eccleſiam incitentur. id eſt.n. oneri corporeo onus animæ coniungere.

26 Quod autem Eccleſiæ remittendum eſt, † vtrum Fiſcus remittat, an reliqui ſubeant, non eſt propoſiti noſtri diſputare. Sed Spec. par. 4. de cenſ. & exact. num. 9. & Io. And. in c. peruenit, de immun. dicunt, quod ea, quæ immunis ſoluere debet imputantur Principi: hoc verò, quando ipſe immunitatē concedit. Sed & in immunitate, quam Eccleſia, aut Deus concedit, idem dicēdum eſt: nam immu-

nem

nem facere eſt dicere, quod ſoluere debebas non ſoluas: & ſic detrahitur exigēti,& non imponitur alijs: niſi Princeps ſuper indictum decernat ad ſupplendum ea, quæ cōdonantur, vt Bart. in l. ſemel, C. de ap. pub. lib. 10. quæ vide. Hoc non ommittam, etiam ſi laici ſubirent, non eſ-
27 ſe tamen, quod conquerantur de eccleſia. † Decimas Eccleſiæ debent ad Clerum alendum, & ſacra conſeruanda, vt omnes ſciunt: eas abſque oneribus, & ſumptu Clerus poſſidere deberet. Si ſoluerent integras, Dei præceptum non puto accuſarent. non ſoluunt autem maxima ex parte, quam præſcripſerunt, ita Eccleſia concedente. poſſeſſiones verò,& reditus, quos earum loco Eccleſia recepit, quantum certis experimentis didici, reditum triplo minorem afferunt, quam decimæ afferrent. Granorum tantummodo denunciationes, quæ fieri ſolent iuſſu Magiſtratuum, inſpexi, quamquam non ſoleant integrè fieri: idq́. a Burgomanerio ad finem diœceſis verſus meridiem. Vini, animalium,& aliarum rerum decimas, quæ iure exigendę ſunt, omiſi. Beneficia omnia, quæ in vrbe, & prædicto ſpatio diœceſis ſunt etiam Epiſcopatus,& Abbatiarum, itivem collegi. Videant igitur, quam melior eorum facta ſit conditio, & deſinant conqueri ſi poſſeſſiones Eccleſiæ ſunt immunes. Falli me non puto in decimarum, & poſſeſſionum redituumuè æſtimatione. Poſſunt alij cognoſcere. Equidem ſi pro poſſeſſionibus decimæ rurſus eſſent recipiendæ, nihil dubito Clerum noſtrum, & aliarum quoque Eccleſiarum prompto animo conſenſurum.
28 † Adde quod bona eccleſiaſtica habent ſua onera, quæ a Summo Pontifice indicuntur; & interdū etiam ab Epiſcopis, quatenus iura permittunt. Decimas Summus Pontifex ſæpè exigit, vt videmus, ex omnibus reditibus Eccleſiaſticis cum onere non leui clericorum, qui beneficia obtinent. non ergo duplici onere grauari debet Eccleſia, l. Titia. §. qui inuita, ff de leg. 2. maximè cum pecunia a Pōtifice ſoleat in Chriſtianarum Prouinciarum, & Eccleſiæ defenſione impendi.

P. A. M.

P. A. M.

EST conſtitutio Dominij Mediolanenſis, qua prohibetur alienatio in perſonas non ſubditas eidem Dominio, etiam per vltimã voluntatem ſub pœna amiſsionis rei alienatæ. Et imponitur pœna Notarijs, ſi Inſtrumenta alienationum confecerint; & additur, quòd ſi contingat in hoc diſpenſari per Principem, vel Senat. diſpenſatio regiſtrari debeat &c. & vt latius in d. cõſtitutione tit. de pœnis § Collegijs.

Vſu poſtea introductũ eſt, vt quando diſpenſatio petitur, petẽs prius cogatur fideiuſſorem dare de oneribus ſoluẽdis & non declinando foro: & qui vult acquirere, ſoluat dimidium centeſimæ partis pretij; & hoc etiam ſi ſit Eccleſiaſticus.

Ciuitas quædam cupiens bona, quæ in poſterum acquirentur ab Eccleſiaſticis obligari ad ſoluenda onera ad ſubleuationem ſuã, narrauit Senatui, conſtitutionem memoratam non ſeruari; ſupplicauitq; mandari Prætori ipſius Ciuitatis, vt moneret Notarios, ne Inſtrumenta eiuſmodi facerent alienationum de ſuppoſito in non ſuppoſitum iuriſdictioni Regiæ (ſic enim mutarunt verba conſtitutionis) ſub pœna ſtatuta: & facerent dictam fideiuſſionem præſtari apud Referendarium Ciuitatis eiuſdem: Senatus nomine Regis dedit litteras, vt petitum fuit; & Prætor monuit, vt iuſſus eſt. Licèt autem neq. in ſupplicatione, neque in litteris Senatus nominata ſit Eccleſia, neque perſonæ Eccleſiaſticæ, ciues tamẽ voce euulgarunt, perſonas non ſubditas intelligi etiam Eccleſiaſticas, & in ſumma declarauerunt mentem ſuã, quod hoc fieret ad cogendos Eccleſiaſticos ad onera. Quare Notarij territi ex tali voce, recuſant Inſtrumenta conficere taliũ alienationum, & etiam vltimarum voluntatum ad fauorem Eccleſiæ. Si Eccleſia petit diſpenſationẽ ſeu licentiã acquirendi, Senatus recuſat concedere, niſi detur dicta fideiuſſio & ſoluatur dicta pars pretij.

Quæritur, An Senatores concedentes, & ciues vtentes tali conceſſione & Prætor edicens, ſeu monens, & qui rem talem curarũt, incurrant in excõmunicationem Bullæ Cœnæ Domini latam, in ſtatuentes contra libertatem Eccleſiaſticam directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè: & in promulgantes talia ſtatuta, ſeu decreta; & in eos, qui vtũtur illis, vt apparet ipſius Bullæ cap. 15. & an incurrant alias excõicationes ſacrorum Canonum.

DVas mihi continere difficultates videtur propoſitus caſus. Prima eſt, An conſtitutione,ſiue ſtatuto,de quo agitur, cum loquatur in genere tantùm, clerici comprehendantur,& Eccleſia. Secunda difficultas, An poſito, quod Eccleſia comprehendatur, ſiue ſit ex vi verborum dictæ conſtitutionis, ſiue quia de facto in vſu, & praxi extendatur, ſit contra libertatẽ Eccleſiæ, ac propterea excommunicati ſint,qui ea contra Eccleſiam vtantur,& qui reſcripto iuſſerũt,aliaue ratione opem,auxiliũq. tulerunt, feruntque.

Quoad primam difficultatem, facilis eſt, & expedita reſolutio; nam vel volunt ciues,qui procurarunt,& publicus ordo, qui reſcripſit, præfata cõſtitutione comprehendi Eccleſiam,& ita cum ſecunda difficultate hæc prima coincidit, ibiq. examinabitur, An ſit contra libertatem Eccleſiæ. Vel nolunt laici dicta conſtitutione eccleſiaſticas perſonas adſtringi, & ſic non eſſet vlterius inſtandum, vt rectè monet Albe. de Roſate. de ſtat. p. 2 q. 2. ſub nu. 19. Ex quo enim clericos, & Eccleſiam non comprehendit, non poteſt dici contra Eccleſię libertatem.

Verum, cum in vſu, & praxi dictæ conſtitutionis, videantur laici velle Eccleſiam quoq; adſtringi: vnde Notarij pœna eiuſmodi cõſtitutionis territi,adduci non poſſint,vt Inſtrumenta conficiãt quibus vel donatione, vel emptione, alioue contractu, ſiue etiam vltima voluntate bonorum laicorum immobilium dominium in Eccleſiam trãsferatur, cogere poteſt Epiſcopus, & verè etiam debet, Magiſtratus laicos, vt declarent dicta conſtitutione non comprehendi Eccleſiam: Ita docent commun conſenſu Theologi, Canoniſtæ, Summiſtæ, & Legiſtæ.

Theologi, Pet. de Palud. 4. diſt. 18. q. 3. art. 3. caſ. 14.
Martin. Ledeſm. in 2. p. 4. q. 26. art. 2. § 23.
S. Antoninus 3. p. tit. 24. cap. 18.
Franciſcus Tolet. in inſtitutione Sacerd. lib. 1. cap. 27. verſic. Aduerte ſimiliter.
Gregorius Sayrus in Theſauro, caſ. conſcien. lib. 3. cap. 34. num. 17.

Canoniſtæ in cap. Eos qui, de immun. Eccleſ. lib. 6

Io. An-

Io. Andr. num. 4.

Petrus Anch. num. 1. verſ. Subdit tamen, qui etiam docet idem in conſ. 155. num. 8. in fine.

Dominicus à S. Gemin. num. 4. verſ. Imò non eſſet.

Francus num. 2.

Et in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. vbi Felin. num. 75. 81. & 107. latè.

Anton. de Butr. in cap. 1. de conſuet. & conſ. 40. num. 2.

Cardin. in repet. cap. perpendimus, de ſent. excom. num. 13. col 4. & conſ 144. num. 2. vbi allegat tex. in cap. ſtatutum, de hæret. lib. 6.

Summiſtæ, Aſtenſ. 2. p. ſum. lib. 7. tit. 2. caſu 43.

Syluester verbo excommunicatio, 9. num. 50.

Angelus de Clauaſio eo. 7. caſu 26. num. 1.

Io. Tabien. eod. 5. caſu, num. 5. ad 4. argum. 20.

Summa Roſella eod. excommunicat. 33. num. 3.

Iacobus de Graffis lib. 4. deciſ. aurear. cap. 18. num. 133. in pri. par.

Demum in eadem ſententia ſunt legum ciuilium interpretes, Bald. in l. ſtatuimus, C. de Epiſcop. & cler. num. 5. citans Bart. & in l. iubemus, la prima, num. 2. C. de ſacr. ſanct. Eccl.

Capra concl. 15. num. 38.

Gabriel. conſ. 37. num. 3. vol. 2.

Io. Petrus Surd. poſt alios omnes conſ. 301. num. 45. vol. 3. Et adhoc optimus tex. in cap. peruenit, de arbitr. quem notandum diligenter monet Anchar. d. c. eos qui, nu. 1.

Ex quibus patet, ſentire etiam Doctores hos prædictam conſtitutionem iniquam eſſe, ſi ad Eccleſiam extendatur, & contra libertatem eccleſiaſticam, alioquin eſſe non poſſet in Epiſcopo talis facultas, quam ineſſe volunt ad cogendos laicos Magiſtratus, vt declarent eam conſtitutionem non extendi ad Eccleſiam. Quod ſi notorium eſſet ſtatutum eſſe contra libertatē Eccleſiæ, Epiſcopus illud tollere poſſet, vel mandare, vt non obſeruetur, & decernere, vt non teneat etiam nullo citato. Ita Franciſcus Tol. d. cap. 37. excom. 7. verſ. Aduerte etiam, ex Anch. & Gemin. & ratio eſt inquit, quia eo caſu clarum eſt, defenſionem non compe-

petere, quod ante docuerat, Felin. in d. cap. Ecclef. S. Mariæ, num. 110.

Quoad ſecundam difficultatẽ. An præfata conſtitutio, & reſcriptum ſint contra Eccleſiæ libertatem, ſi Eccleſiam cõprehẽdant, rem vniuerſam vnica concluſione cum duabus illationibus conabor declarare.

Concluſio. Statutum, quo prohibetur alienatio rei immobilis in non ſubditum, Eccleſiam, clericoſuè non comprehendit, quod ſi etiam ad Eccleſiam extendatur, eſt manifeſtè contra Eccleſiæ libertatem.

Primò, probatur auctoritate Doct. qui ſanè concluſ. diſertis verbis tenuerunt, & in ſpecie de ſtatuto laicorum alienationem prohibente loquuntur, ij verò ſunt numero quadraginta.

1 Bart. in l. filiusfamilias § Diui, num. 12. verſ. Secundum dubium, ff. de leg. 1. & in l. vt inter diuinum, nu. 19. C. de Sum. Trinit. vbi etiam Oldradum citat.

2 Alex. in d § Diui, latè num. 11. & 12 & in conſ. 211. vol. 2.

3 Iaſ. ibidem in prima lectura num. 72. & 83. & in 2. lectura num. 107.

4 Io. Baptiſta Crottus in d. §. Diui, num. 80. cum. ſeq.

5 Io. Baptiſta Ripa in d. § Diui, num. 81. & lib. 1. Reſp. 2. num. 4. & 5.

6 Paulus de Caſtro conſ. 89. num. 1. volum. 2.

7 Fabianus de Monte tract. de empt. & vendit. 3. p. in princip. num. 45.

8 Albertus Brunus tract. ſuper conſtit. in verbo forẽſis, verſ. Forenſis clericus.

9 Tiraquellus in tract. Connub. gloſ. 8 De ſon Mari, nu. 172.

10 Boſſius in praxi criminal. tit. de Principe, & eius priuileg. num. 339. & tit. de pœnis, nu. 43. verſ. In hac tamen Ciuitate, vbi affirmat ſe nunquam vidiſſe infringi alienationem rei immobilis factam in perſonam eccleſiaſticam, ẽt ſine diſpenſatione Senatus.

11 Gabriel Sayran. ad Matthe ſilaum ſingul. 110. nu. 33.

12 Didacus à Couaruu. relect. in reg. poſſeſſor malæ fidei, 2. p. relect. §. quartus, num. 9. verſ. Hoc ipſum fulcitur.

13 Albericus de Roſate de ſtatut. p. 2. l. b. 2. cap. 2. præſertim in fine.

14 Iulius Clarus in ſua praxi criminal. §.fin. quæſt.82 ſtat.5. nu. 3. verſ. Sed quæro nunquid, vbi dicit cõem.

15 Michael Craſſus in ſuis communib. lib. 2. verſ. ſtatutum, quæſt.12.

16 Carpanus Comm. Nouar. conſt. § Collegijs, tit. de pœnis, nu.66. agens de hoc ipſo ſtatuto, de quo ſermo eſt.

17 Io. Franciſcus Leones in Theſaur. for. eccleſiaſt. p.1 cap. 14.n.38. & 39. vbi dicit cõem, a qua nec in conſulendo, nec in iudicando recedendum eſſet.

18 Bald.conſ.132. lib. 3. per cap. nouerit, de ſent. eccom. & in l.iubemus, la prima, C.de ſacroſ. Eccl. num. 2. planè in noſtris terminis, quia fit cõtra libertatem Eccleſiæ,& in l.vt inter diuinum, num.11. quò loco hanc ait eſſe veritatem.

19 Federicus de Senis conſ.45.

20 Abb. Panormit. conſ.26 per totum, in prima par.

21 Decius conſ. 114. Diuino, colum. penult.

22 Burſatus conſ. 93. num. 23. lib. pri.

23 Socinus ſenior conſ.14. lib.4. num.1.

24 Barbatia conſ.47.num.10.lib.3.

25 Hippolyt. Riminald. conſ.15. nu.73.& ſeq. vol.1.

26 Iacobus Mandellus, qui vulgò appellatur Alba, conſ. 8. concluſ. 6. num 9.

27 Ioã. Baptiſta Plotus conſ. 19. num. 11. & 12. vbi latè, & eruditè.

28 Ioã. Petrus Surdus conſ.3. num.34. lib.1. & multo copioſius conſ. 301. per totum.

29 Ioã. Andreas in cap. eos, qui, de immunit. eccleſ. lib. 6. num. 3. verſ. Item, ſi intelligatur.

30 Francus in d. cap.eos, qui, num.2.

31 Petrus Ancharanus in d. c. eos, qui, num. 2. & in repetit. cap.Canonum, de conſtit. nu.165.& 166.& conſ.61.

32 Felin. in cap. Eccleſia S. Mariæ, nu.81.& 86.

33 Archidiac. 2.q. 1. c. Lotharius.

34 Silueſter Prier. in ſum. verbo excõicatio 4. num.5. verſic. Sed primò nota.

35 Angelus de Clauas in ſum. eod. 7. caſ.36.num.

36 Iacobus Vngarellus additionibus ad Angelum ibid. lit.F. vbi egregiè loquitur.

37 Sum-

37 Summa Roſella verbo excom. 33. num. 3.
38 S. Antoninus in ſum. 3. par. tit. 24. cap. 18.
39 Summa Tabiena excommunicat. 5. caſ. 20. num. 5. ad 4. argumen.
40 Poſtremò loco tandem ſit is, qui non vnius Doctoris, ſed Legislatoris vim habet, & pōdus Senatus Mediolani Excellentiſs. à quo ita declaratum fuiſſe anno 1551. die 3. Iulij, in cauſa emptionis factæ per quemdam Io. Ambroſius Præpoſitum Papienſem, refert Carpanus in dicto §. Collegij. ſub num. 151.

Confirmari poteſt primò, auctoritate etiam eorum oium, qui prima difficultate adducti affirmant, Epiſcopi ius eſſe cogendi laicos Magiſtratus, vt declarent, ſtatuta Eccleſiam non comprehendere, quando dubitatio ſuboriri poteſt, an ad eam extendantur, vt ibi diximus.

Secundò, auctoritate item eorum, qui in vniuerſum docent, nullis laicorum legibus, ſiue ſtatutis ligari clericos quos autores collegit Carpanus & refer Comment. in ſtatutis Mediol. in prælud. num. 563. & Surd. dicto. conſ. 301. nu. 12. & ſeq. vbi ait, hanc eſſe non minus communiter approbatam, quam notam omnibus concluſionem, eamq́. firmis, ſolidisq́. rationibus coſirmat, & omnibus quæcunque contra obijci poſſent aućtè, & eruditè reſpondet.

Tertiò, probatur noſtra cōcluſio ratione; qua vtitur Bart. in d. §. Diui, num. 12 quām meritò appellat inſolubilem Silueſter in ſumma verbo ſtatutum, q. 2. verſ. Octauum: Nam, qui priuilegium aliquod tollit, minuitué Eccleſiæ conceſſum, vel à Deo, vel à Papa, vel ab Imperatore, lædit is Eccleſiæ libertatem: prohibens Eccleſiam acquirere, vel contractu inter viuentes, vel vltima voluntate tollit eiuſmodi priuilegium, ergo lædit Eccleſiæ libertatem. Maior argumenti propoſitio pro communi axiomatè habetur à Doct. tum in cap. Nouerit, de ſent. excom. Innoc. nu. 2. Hoſtien. nu. 2. Io. Andr. nu. 1. Abb. nu. 2. vbi communem atteſtatur, Anchar. nu. 16. Butr. nu. 9. alijsq́.; tum in cap. eos, de Eccl. immun. lib. 6. Io. And. num. 4. Dom. verſ. Cum ergo, Ancha. num. 1. verſ. Quæro.

ro. Idem Ancha. in repetit. capituli Canonum. nu. 162. de conſtit. Conſentiunt iuris Cæſarei interpretes, Bart d. §. Diui, num. 12. l. cunctos populos, C. de Sum. Trinit. q. 5. vbi Bald. Paulus Caſtr. & alij. Theologi quoq; idem fatentur, & Summiſtæ S. Ant. 3. p. tit. 25. cap. 27. Cciet. in ſumma, verbo excommunicatio, cap. 31. verſ. Quinto nota. Angelus eod. 7. caſu 12. nu. 1. Silueſter eod. 9. nu. 31. excommunicat. 10. verſ. 1. Io. Tabien. d. caſu 20. § 1. Nau. in Manual. cap. 27. num. 119. verſ. Quod libertes. Tolet. in inſtruct. Sacerd. lib. 1. cap. 37. excommunic. 7. verſ. Libertas autem Greg. Sayr. Theſaur. caſuum conſcient. lib. 3. cap. 19. nu. 9. Minor verò propoſitio, quod priuilegium auferat conceſſum Eccleſiæ, qui prohibet rem immobilem alienari in Eccleſiam, vel contractu inter viuos, vel vltima voluntate probatur; nam ab Imperatoribus, & Pontificibus ius hoc habet, & priuilegium Eccleſia, vt acquirere poſſit; & primò, de vltima voluntate patet euidenter ex reſcripto Conſtantini Imperatoris pijſſimi in l. habeat, C. de ſacroſ. Eccleſ. *Habeat*, inquit Imperator, *vnuſquiſque licentiam Sanctiſſimo, Catholico, venerabiliq́; conſilio decedens bonorum quod optauerit, relinquere*. Idem ſtatuunt Imperatores Leo, & Anthemius in l. Iubemus, C. eod. vt adnotauit Io. And. in cap. cum laicis, de ſolution. & in l. Generali, C. eod. Idem reſcribunt Imper. Valentin. & Martian. in l. vt inter diuinum, de hæred. legato, & fideicommiſſo relict. De cõtractu inter viuos, ſiue donatione, ſiue emptione in d. l. iubemus, ibi; *Aut certe inter viuentes habita largitate, ſiue contractu venditionis, ſiue donatione, ſiue alio quocunque titulo*; & in l. illud, eod. & in Authen. de non alienan. aut permut. §. nos igitur: & §. ſi nimis, *optimam*, ait Iuſtin. *eſſe menſuram in Eccleſijs donatarũ eis rerum immenſitatem*, per quem textum probari docet Turrecrem. in cap. ſi quis inatrio, 17. 9. 7, num. 8. & ſeq. donari poſſe in infinitum Eccleſiæ abſque vlla inſinuatione; & in d. l. vt inter diuinum, quam ad hoc probandum adducit Bart. in d. §. Diui, num. 12. in qua ex priuilegio conceditur Eccleſiæ, vt ex ſolo titulo dominium transferatur, quod vi-

dit

dit Bart. d.num.12. Caſtr. d.l. vt inter diuinum, num. 5. Cardin. Turrecrem. d. c. ſi quis in atrio, nu.9. & eſt cõmunis, at ruet hoc priuilegium, vt patet, ſi nullo modo acquirere poteſt.

Idem etiam, priuilegium habet Eccleſia a iure Canon.co, vt poſſit acquirere, tex. in c. ſunt qui opes, 17. quæſt.2. & in Clemen. Religioſi, de decimis, per quos textus poſtilla Bartoli ad l. illud, C. de ſacroſ Eccleſ. lit. D. probari docet poſſe Eccleſiæ relinqui ſiue donatione inter viuos, ſiue vltima voluntate, ſine limitatione. Hoc idem confirmat tex. in cap. ſacrilegium, 17. q. 4. ex S. Greg. & in cap. 1. de immunit. Eccleſ. lib. 6. ibi, *Siue pro prædijs in poſterum acquirendis.*

Ex his omnibus liquet manifeſtè conceſſum eſſe, tum a Papa, tum ab Imperatore, vt Eccleſia liberè a quocunque poſſit acquirere. Atq; dictionis huius, liberè, ea vis eſt, vt poteſtatem tribuat faciendi actum ſua ſpontè alterius voluntate minimè requiſita, vt tradit ex Aretino, Socino, Barbatia, Decio, Curtio iuniore, & Gozadino, Do. Menoch. lib. 1. de arbit. quęſt. 7. nu. 34 & Abba. d. conſ. 8. nu. 27. lædunt argo poteſtatem, & libertatem Eccleſiæ, qui alienationem rei immobilis in Eccleſiam prohibent, niſi de licentia Senatus, pœna etiam appoſita Notarijs, qui Inſtrumenta confecerint. Quæ ſanè pœna nulla eſt; nam ſi iura volunt, vt probatum eſt, quod laici poſſint liberè in clericos alienare, nullam pœnam, vel grauamen pati debet, q id facit, quod iure poteſt, l. Gracchus, C. de adult. nam ſi talis pœna locũ habere poſſet, re vera eluderentur iura omnia ſupra citata, & præſertim diſpoſitio d.c. eos qui, ita planè Abba. d. conſ. 8. nu. 16.

Huic rationi firmiſſimæ conatus eſt, ſed fruſtra, reſpondere Signorolus conſ. 21. verſ. Emptionem, aitq. lædi libertatem Eccleſiæ ſolum, cum ſtatuitur ſuper ijs, quæ clericis conceſſa ſunt in priuilegium, non autem ſi de his ſtatuatur, quæ iure communi Eccleſię, & clericis competunt, ſicut reliquis ciuibus, qui nullo gaudẽt priuilegio, cuiuſmodi ſunt, emere, vel donatione, aut teſtamento acquirere; hæc enim nullo priuilegio, ſed iure communi omnibus

nibus conceduntur: Idem docere viſus eſt Bart. in l. cunctos populos, q.5.nu.29.c.de Sum.Trinit. ſed Bart. refellit, & meritò Paul. Caſtr. in l. vt inter diuinum, nu.5. C. de ſacroſan. Eccleſ. & Bald. in l. ſtatuimus, nu.5. C.de Epiſc. & cler. citatq́. pro ſe Bartolum ſibi contrariũ, & Bartoli ſententiam communiter reprobari affirmat Felin. in d. c. Eccleſ. S. Mariæ, de conſtit. nu. 81. & ratione manifeſta conuinci poteſt; nam ſi tollere clericis, quæ ex priuilegio conceſſa ſunt, eſt ledere libertatem eccleſiaſticam, vt Bart. & Signorolus affirmant, ergo a fortiori, minuet Eccleſiæ libertatem, qui beneficium iuris communis tollet. Ita arguunt Alberic. de Roſate d. q 2. nu. 6. Albert. Brun. tract. de ſtat. excludente fœminam a ſucceſſ. art. 6. princip. q. 2. nu.33. verſ.Et ſi dicitur; facilius enim tollitur, quod de iure ſpeciali competit, quam quod de iure communi per tex. in l.eius militis, ff. de teſtam.milit. Felin. in d. nu. 81. & deterioris conditionis redderetur Eccleſia, quam quiuis de fece populi, contra tex.in l.ſunt perſonæ, ff. de relig.& ſumptib. fun. Paulus Caſtr. d. l. vt inter diuinum, nu.5.& conuincitur planæ hæc reſponſio ex d. c. eos qui, in quo prohibentes ſubditis emere, coquere, & cætera eiuſmodi, quæ de iure communi competunt, excommunicationi ſubijciuntur, tanquam rei læſæ libertatis eccleſiaſticæ. Quare meritò Caiet.d.c.31. verſ.Quintò nota, quem ſequitur Greg. Syr. d. c.20. nu.9. docet libertatem Eccleſiæ comprehendere omne id, in quo Eccleſia non ſubijcitur; ſiue illud cõueniat Eccleſiæ de iure communi, ſiue ex priuilegio, ſequitur etiam Alba d.conſ.8.ſan. 3. & nu. 10.

Reſponderi etiam ſecundò poteſt, quamuis rei natura dumtaxat inſpecta, Eccleſiæ competat de iure communi, iuxta tex. in l.ex hoc iure, ff. de iuſt.& iure, acquirere, vel cõtractu, vel vltima voluntate, tamen ſi eccleſiaſtici euoluantur annales, eorumq́. temporũ memoria repetatur, quibus rerum potiebantur Imperatores Ethnici, quos Eccleſia hoſtes habuit infenſiſſimos, & a quibus non modo prohibita eſt acquirere, ſed etiam acquiſitis, eſt ſpoliata, conſtabit poſteriorum Imperatorum Chriſtianorum reſcriptis, ac priuilegijs facultatem Eccleſiæ datam liberè acqui-

Ee ren-

rendi, vt quod olim iure ſolum cõmuni, nunc etiam priuilegio competat, quod acutè vidit gloſ. marginal. in d. l. habeat, C. de ſacroſan. Eccleſ. Etenim, inquit, nondum licebat eo tempore, teſtamento; ſcilicet, Eccleſię relinquere, quod in ea lege fas eſſe cuiq; ait Imper. Conſtãtinus. Hinc etiam manarunt plurima reſcripta Imperatorum, quibus reſtitui Eccleſijs iubebatur, quicquid antea fuerat ablatũ: Refert Euſeb. lib. 10. Hiſt. cap. 1. in hanc ſententiam reſcriptum Conſtantini Imperatoris ad Anolinum, Africæ Proconſulem: qua de re pluribus agit Illuſtriſs. Cardin. Baro: tomo 3. Annal. Eccleſ. Ann. 312. Subſecuta deinde ſunt cæterorum Imperatorũ Valentiniani, Martiani, Leonis, & Iuſtiniani reſcripta in fauorẽ Eccleſiæ, vt planè etiã verum ſit ex priuilegio habere Eccleſiam, vt poſſit acquirere, atque adeo priuilegia ab Imperatorib. conceſſa, tollere, qui prohibent bona laicorum in Eccleſiam transferri.

Tertiò, probatur ex definitione libertatis; nam libertas eſt naturalis facultas faciendi, quòd alicui libet, niſi iure prohibeatur, tex. in l. libertas, ff. de ſtat. hom. ergo libertatem minuit, qui alicui tollit, vel impedit, quod nullo iure illi eſt prohibitum, euidens eſt conſequentia à definitione ad definitum. Sed Eccleſia nullo iure, nec diuino, nec humano prohibetur acquirere, vel contractu, vel vltima voluntate, quinimmò id iure, tàm Canonico, quàm ciuili liberè conceditur, vt probatum eſt; minuit ergo, & lædit Eccleſiæ libertatẽ, qui eam vetat acquirere bona immobilia, ita Fel. in d. c. nouerit, de ſent. excom. in fine, quem ſequitur Tabien. excom. 5. caſu 20. nu. 2. in fine, Greg. Sayr. d. c. 20. lib. 3. nu. 9. qui addit, & benè non ſolum eſſe contra Eccleſiæ libertatem ſtatutum laicorum, per quod prohibetur perſonis Eccleſiaſticis, quod nullo iure eis eſt prohibitum, ſed etiam cum iniungitur, quod nullo prædictorũ iurium præceptum eſt, vt in caſu noſtro; coguntur. n. clerici licentiam acquirendi bona immobilia petere à Senatu perſoluto dimidio pro centenario pro facultate impetranda, quod tamen nullo iure clericis eſt impoſitum.

Neque dici poteſt, ſi quod eſt præiudicium Eccleſiæ, id modicum eſſe, atque adeo non curandum; neque inde poſſe dici infrin-

Digitized by Google

infringi libertatem Eccleſiæ, vt ait Gabr. in conſ. 37. nu. 4. vol. 2. Octau. Vulpell. in tract. de libertate eccleſ. p. 3. nu. 12. & 16. quæ fuit doctrina Card. Zabarell. in repet. c. perpẽdimus, de ſent. excomm. nam reſpondetur, non poſſe dici modicum, cum Eccleſiæ omnes in re tanti momenti lędantur; & ſi detur ſemel ſtatutum eſſe validum, erit in facultate laicorum licentiam prorſus negare Eccleſiæ acquirendi. Qua in re quis modicum dicat eſſe præiudicium, cum inde ſequatur, non poſſe amplificari diuinum cultum? Deinde idem eſt iudicium de minimo, quod de magno, cum eadem proportionabiliter ratio eſt, vt probat egregiè Surd. dicto conſ. 301. n. 90. in fine, & nu. 91. & quando læſio reſpicit perſonas, & parit contemptũ, tunc etiam modica læſio eundẽ parit effectum, quem magna, vt doctè confirmat Surd. omninò videndus in dicto conſ.

Sed rem hanc extra controuerſiam, ponunt verba Bullæ Cœnæ Domini in §. 15. vbi contra libertatem Eccleſiæ id eſſe definitur, vnde eccleſiaſtica libertas tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quo vis modo reſtringitur. Quid clarius? negari enim non poteſt ex vſu, & praxi ſtatuti libertatem Eccleſiæ reſtringi, cum propter onera alia, de quibus ſupra dictum eſt, cogatur Eccleſia fideiuſſorem laicum exhibere, qui onera futura ratione bonorum acquiſitorum ſoluere promittat nomine ſuo, caſumq. Eccleſiæ, vt aiunt, proprium faciens.

Quartò, pària ſunt directè, vel indirectè prohibita attentare tex. expreſſus in l. qui dum captat, ff. ſi quis ali. teſt. prohib. in qua lege reſcribit Ad. Imp. denegandas eſſe actiones ei, qui Notarium prohibuit intrare ad ægrotum teſtamentum mutare volentem; & hæreditatem Fiſci applicandã. Quod idem reſpondit Paulus in l. ſeq. de eo, qui teſtes ingredi vetuit; nimirum, quia prohibens intrare Notarium, & teſtes ad ægrotum, teſtari volentẽ, teſtamentum prohibuiſſe dicendus eſt, non quidem directè, ſed indirectè, & in l. veteres, ff. de itin. actuq; priu. Qui adportari non patitur ea, ſine quibus iter non poteſt refici, vim facere videtur, quo minus reficiatur. affirmat Venuleius. Quare Prætoris edictum, de quo ibi agitur, aduerſus eos, qui itineris refectio-

nem impedierint, locũ etiam habere ait aduerſus eos, qui neceſſaria adportari vetuerũt, quos tamen conſtat non niſi indirectè impediſſe refectionem, & eandem pœnam incurri; cum illicita attẽtantur, ſiue id directè, ſiue indirectè fiat, probat tex. expreſsus in l. Athletas, §. ait Prætor, ff. de ijs, qui not. infam. quandoquidem quæri non oportet, cum quo quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur, inquit Papin. in l. cum pater, §. donationis, de leg. 2. Anch. in conſ. 13.

At ſi in ſtatuto expreſſa mentio fieret Eccleſiæ, certum eſſet omnium ſententia, ſtatutum nullum eſſe, & inualidum, & cum libertate Eccleſiæ pugnare c. nouerit, de ſent. excom. c. eos qui, de immun. Eccl. lib. 6. remq́. planam eſſe dicit Abb. in c. ſi diligenti, de foro comp. nu. 34. verſ. Ipſe verò dicit, Felin. in d. c. Eccleſia S. Mariæ, nu. 79. & cõem Ioan. Azorius inſt. moral. lib. 5. cap. 12. q. 3. & contrarium aſſerẽti obſtare omnium Doctorũ turbam, Surd. d. conſ. 301. n. 42. in fine, & non minus cõiter approbatam, quam omnib. notam concluſionem nu. 12.

Pari etiam modo licet nulla mentio expreſsè habeatur clericorum in ſtatuto; cum tamen effectus eius ad clericos extendatur, & ſic indirectè eos afficiat, eorumq́. libertatem infringat, nullum eſſe dicendum eſt, & contra Eccleſiæ libertatem, tex. in c. quanto, de priuileg. in quo ſtatuit Pontif. pœnam, quæ perſonis eccleſiaſticis imponi non poteſt, non etiam poſſe imponi laicis ſubditis ſtatuentium, ſi contrahant cum eccleſiaſticis. Non potuit ergo pęna imponi Notarijs, ſi inſtrumenta confecerint, nec venditoribus laicis, ſi bona Eccleſiæ vendiderint, & pęna omnis appoſita nulla eſt. Abba. d. conſ. 8. nu. 16. Et demum communis eſt concluſio, lædi Eccleſiæ libertatem, etiam ſi indirectè cõtra Eccleſiam ſtatuatur. Io. Andr. Anchar. & alij in d. cap. eos qui. Lapus alleg. 92. nu. 3. Tol. lib. 1. inſtruct. Sacerd. c. 37. Alba d. conſ. 8. nu. 3. 8. & 20. Io. Monach. in c. Clerici, de immun. Eccl. lib. 6. Lapus, Abbas ibid. num. 1. per d. c. quanto, de priuileg. Ex quo infert Io. Monachus non poſſe collectari homines Eccleſiæ: nam ſic indirectè Eccleſia collectaretur, quod non licet, & præfatam concluſionem

de in-

de indirecta læſione libertatis Eccleſiaſticæ tenuerunt Burſat. conſ.42. num.17. Vaſq. in tract. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 10. nu. 658. Surd. d. conſ. 301. nu. 77. omnino videndus. Et quidē, ſtante Bulla in Cœna Domini, nullus eſt relictus dubitandi locus; cum §. 15. excōicationi ſubijciatur, qui directè, tacitè, vel expreſsè Eccleſiæ libertatem reſtringit.

Quintò, & vltimò, pondero tex. in d. §. 15. Bullæ, in quo Pontifex excōicationem fert in eos, qui ſtatuta quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis, vſi fuerint, vnde Eccleſiæ libertas tollitur, ſiue in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias, quouis modo reſtringitur, directè, vel indirectè. At circumſcriptis iurib. omnibus, ac rationibus hactenus adductis, negari non pōt, licet Magiſtratus, & præfati Ciues nullum ſtatutum fecerit, quin facto vtantur, vnde libertas Eccleſiæ reſtringitur, negari igitur etiam non poteſt, quin in excōmunicationis ſententiā incurrerint. & quod ſic in Bulla ſtatuatur, iuri etiam antiquo conſonum eſſe patet, ex d. c. quanto, de priuileg & c. ſtatutum, de hæret. in 6. Silueſt. verbo excōicatio 9. num. 50. loquens in ſpecie de ſtatuti extenſione, ſiue vſu contra Eccleſiam, Nau. in Man. cap. 27. nu. 130.

Demum non modo contra Eccleſiæ libertatem eſt prohibitio alienandi bona, non niſi de licentia Senatus, ſed etiam onus ſoluendi dimidium pro centenario pro facultate obtinēda. Nam onus eſt, & gabellæ ſpecies, clericis impoſita, contra iura expreſſa, c. non minus, c. aduerſus, de immunit. Eccl. c. quamquam, de cenſibus, c. quia nonnulli, de immu. lib. 6. Bulla Cęnæ, c. 18. vbi videndus Nauar. Tol. & alij. Nam vel hoc onus, ſiue gabella clericis eſt impoſita, & ſic nullus eſt dubitationi locus, quin ſit contra d. §. 18. Bullæ: vel laicis, & tunc indirectè erit contra clericos, etenim carius res vendentur a laicis, quo maiorē gabellam ipſi cogentur ſoluere. Quare totum onus tandem in clericos, & Eccleſiam recidet. Ita Alber. d. tract. de ſtat. p. 2. q. 2. in fine, & ſi laici liberè in Eccleſiam alienare poſſunt, vt patet iuribus citatis, nullum grauamen pati debent, vt ſupra dictum eſt in fine primi argumenti.

His ad hunc modum confirmatis, diſſoluenda ſunt, quæ in cōtra-

trarium poſſent obijci, ex quibus patebit, nullum eſſe excu ſationi locum.

Primo, non obſtat, quod aliqui Doctores voluerint ſtatutum prohibens alienationem, etiam ſi ad Eccleſiam extēdatur, non eſſe contra libertatem Eccleſiæ, vt Signorol. conſ. 21. art. 2. Bald. in c. clerici, de iud. nu. 2. Dec. in c. Eccl. S. Mariæ, num. 55. in fine, de conſtit. Iacob. de Graf. deciſ. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. nu. 133. atque adeo cenſeri poſſe illam ſententiam ſatis probabilem, quam tuta conſcientia quis ſequi poſſit; nam probabilem ſententiam teneri poſſe ſine peccato, etiam ommiſſa probabiliore, cōiter docent Theologi recentiores Comm. in S. Tho. 1. 2. q. 19. art. 6. Bartholomæus Medina, Gregorius de Valentia, Gabriel Vaſquis, & Io. Azorius Inſt. moral. lib. 2. c. 16. verſ. His igitur poſitis, & verſ. Tertiò, quæritur. Cum ergo tuta conſcientia hæc ſententia, vtpotè probabilis teneri poſſit, non eſt cur timeatur excōicatio, quæ non niſi ob peccatū mortale incurritur, vt cōis eſt theorica Theologorum 4. diſt. 18. Canoniſtarum in Rub. de ſent. excom. Summiſtarū verbo excōicatio, quos refert, & ſequitur Greg. Sayr. lib. 1. Theſau. caſ. conſc. cap. 9. nu. 4.

Verum reſpondetur primò, antiquorum Theologorum, & Canoniſtarum cōe eſſe axioma. Quando plures ſunt opiniones, & tutiorem, & probabiliorem ſequendam eſſe, ſiue quæ ſubtiliori, & meliori nititur ratione, vt loquitur tex. in c. Cappellanus, de fer. docet hoc gloſ. magiſt. ibid. in princ. Panorm. nu. 3. Butr. nu. 6. & alij, Feli. in c. Canonum ſtatuta, nu. 54. de conſtit. & S. Thom. quodl. 8. art. 14. de eo loquens, qui plures habet præbendas, inquit; ſi ex contrarietate opinionum inducitur in dubitationem, & manente tali dubitatione, plures præbendas habet, periculo ſe exponit, & ſic peccat. Alex. verò de Aleſ. quo præceptore vſus eſt, S. Thom. in ſum. Theolog. p. 2. q. 112. m. 8. caſ. vlt. agens de eo, qui dubitat, an aliquis contractus ſit ſimoniacus ex eo, quod quidam Iuris periti affirmant, alij negent, docet huic abſtinēdum eſſe ab eiuſmodi contractu, ne committat ſe diſcrimini; nam qui amat periculum (vt ait Sapiens) peribit in illo, Eccl. cap. 3. Et peccati reum eſſe, qui ſe peri-

culo

culo peccandi obijcit, cõis eſt ſententia Theologorum 4. diſt. 17. Canoniſtarum in c. ſi quis, de pœn. d. 7. vbi Nau. nu. 57. & 81. & in Sum. cap. 14. num. 26. A fortiori igitur abſtinendum erit ab hoc ſtatuto, quod cum Eccleſiæ libertate pugnare, cõis Doctorum ſententia probat, & firmiſſimæ rationes cum S. Thom. & Alex. conſentiunt. Henricus de Gandauo antiquiſſimus Theologus, quod l. 4. q. 3. Ioã. Maior. 4. ſent. q. 2. prolog. Adrian. quod l. 2. art. 1. S. Anton. p. 1. tit. 5. c. 2. §. 9. in fin. Dom. Soto lib. 3. de iuſt. & iur. q. 6. art. 5. ad 4. præſertim in rebus, quæ ſpectant ad ius tertij, vt in caſu noſtro. Ang. verbo opinio, nu. 2. Silueſt. eod. §. 1. Tabren. eod. nu. 3. verſ. Quarto quæritur, vbi cum Angelo, & Silueſtro docet opinionem cõiorem ſequendam, aut ſi non apparet, quæ cõis ſit ſequendam, quæ firmiorib. rationibus nititur, aut quæ benignior eſt: eam autem cenſendam benigniorem, quæ piæ cauſæ, & Religioni fauet. Sequitur Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 285. & ſeq. & nu. 288. in foro exteriori hoc eſſe certum. Eadem eſt ſententia Caiet. in ſum. verbo opinio, Armill. eod. num. 2. Cordub. in ſum. q. 9. Idem quo ad forum exterius, docet Io. Azorius, lib. 2. inſtit. moral. c. 15. Et Iudici ſequendam cõem opinionem vno conſenſu docent, Bart. Angel. Panorm. Anch. Butr. Geminian. quos refert, & ſequitur Felin. in d. c. Canonum ſtatuta, nu. 54. Tabien. verbo opinio, nu. 4. & ſi aliter faciat, puniendum eſſe, nec excuſari, niſi quando communis opinio rationabiliter conuinci poteſt, quod falſa ſit. Hoſtien. in c. Canonum ſtatuta, nu. 14. de conſt. Ioã. Andr. nu. 26. Deci. nu. 29. in prima lectura, Gemin. in c. fidei, de Sum. Trinit. l. 6. verſ. Nota argumentum. Aut cum diſcerni non poteſt, propter Doctorum varietatem; quæ ſit verior, & magis recepta opinio Menoch. de arbitr. lib. 2. cẽt. 4. caſu 349. nu. 19. At in caſu noſtro cõis eſt opinio, ſtatutum eſſe contra Eccleſiæ libertatem, ſi clericos comprehẽdat, eadem eſt benignior, non potuit ergo in foro exteriori a ſupremo Magiſtratu reſcriptum edi, vt ſtatutum ſeruaretur, ex quo libertas læditur Eccleſiæ, nec a publico conſilio Ciuitatis impetrari, aut impetratum, ſeruari in præiudicium Eccleſiæ, cuius libertatis læſionem peccatum eſſe

mor-

mortale nemo, credo, inficiabitur, atq; adeo excommunicationem incurri.

Secundò reſpondetur, admiſſa etiam citra veri, rectiq. præiudicium opinione illa Medinæ,& aliorum, quod liceat tuta conſcientia probabiliori opinione ommiſſa, ſequi probabilem, adhuc nihil ſuffragatur hæc ratio; nam opinio illa, quod ſtatuto prohiberi poſſit, ne Eccleſia bona immobilia acquirat ſine facultate Senatus, non eſt probabilis; Nam Dec. citato loco diſputatiuè loquitur, quādoquidem vtriuſque partis argumenta conatur ſoluere ad acuendum potius ingenium, quam ad decidendum. Iacob. de Graffijs nulla ratione mouetur, ſed tantum Baldi auctoritate, Baldus verò potius pro nobis ſtare dicendus eſt, quam contra nos; nam ſi ſemel in dicto c. clerici, contra Eccleſiam dixit, ſuſtineri ſtatutum, ter pro Eccleſia docuit eſſe cōtra Eccleſiæ libertatem, nimirū in d. conſ. 132. lib 3. in d. l. iubemus, & in d. l. vt inter diuinum. relinquitur ergo in hac opinione contra Eccleſiam vnus Signorolus, cuius rationes accuratè diſſoluit, & refellit Alber. de Roſate d. tract. de ſtatut. p. 2. q. 2. & eſſe contra expreſſum textum in c. eos qui, de immu. Eccl. tradit Alba conſ. 8. nu. 10. & corruere omnes ex vno principio, quod Eccleſiæ libertas lædatur, etiā cum ea auferuntur, quæ ſolum de iure communi competunt Eccleſiæ, quod a nobis ſupra demonſtratum eſt in primo argumento. Reliqui Authores, qui pro opinione cōtra Eccleſiam citātur a Carpano in d. §. collegijs, non loquuntur in caſu noſtro, vt legenti fiet manifeſtum. Cum ergo hæc opinio vno Signorolo nitatur, nec vllam habeat rationem firmam, dici non poteſt probabilis, nam opinio probabilis illa eſt, quam viri ſapientes, & in ea reperiri aſſerunt, & optima argumēta cōfirmant, vt docet Ariſt. lib. 1. Top. cap. 1 & lib. 1. Ethic. cap. 4. Greg. Sayr. Theſaur. caſ. conſcien. in Claue Regia, lib. 1. cap. 5. nu. 4 & Michael Salon com. S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 4. cōtrou 2. conci. 4. verſ. Eſt hic autem, vbi rectè monet nō eſſe ſatis, vt opinio ſit probabilis, & ſecura, quod illā teneat vnus, vel alius Doctor, & eam opinionem, a qua pauciſſimi recedunt, & quæ communis eſt, relinquere, & torrenti Doctorum ſe apponere, propter vnius, vel alterius dictum

ctum, etiam ſi grauium Doctorum certè periculoſum eſſe. Adde Signorolum loquutum eſſe ante Bullam in Cœna, ita ſaltem amplificatã, ſicuti nunc habemus, cuius textus nullam admitti tergiuerſationem. Quare ſi opinio etiam, quę aliquando fuit cõis, vbi contra illam noua conſtitutio emanauit, tanquam falſa reijcitur, vt probat Greg. Saytus in clau. reg. lib. 1. cap. 6. nu. 6 & ſexcentis exemplis confirmari poſſet, quanto magis tanquam falſa reijcienda erit opinio vnius Doctoris: Et quamuis liceat aliquando vnius, aut alterius Doctoris ſententiam ſequi per tex. & ibi Scribentes in l. 1. §. ſed neque, C. de vet. iur. enucl. Felin in d. c. Canonum, nu. 54. verſ. Hoc limitatur: Id tamen fauore pię cauſæ verum eſt, & cum illa opinio vnius, vel alterius Doctoris non habet contra ſe textum, & optimis eſt ſuffulta rationib. Ita limitat, & optimè Præpoſ. cap. ſi vir. de cognat. ſpir. nu. 2. Alex. de Neuo, nu. 3. Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 18. nu. 7. multos allegans. At opinio, quod ſtatutum valeat textum habet expreſſum ſibi repugnantem in d. §. 15 & 18. Bullæ Cęnæ, & piæ cauſæ aduerſatur, & nullam habet firmam rationem; vt propterea non probabilis, ſed omnino falſa cenſenda ſit.

Secundò, non obſtat, quod ſalua Eccleſia libertate, liceat pacto priuato prohibere bonorum alienationẽ extra familliã, vt in fideicõmiſſis, vel ſine conſenſu Domini, vt in emphyteuſi, & feudo, quæ in Eccleſiam transferri non poſſunt, vt patet, ergo idem ſtatuto fieri poterit, nam valet argumentum a pacto ad ſtatutum, l. fin. C. de fideicom. vbi glo. Bar. Bald. & alij DD. Euerard. loc. 89. Menoch. conſ. 4. num. 32. Surd. conſ. 383. nu. 17. vol. 3. Atq; hoc argumento maximè nititur Bald. in d. c. clerici. Nam reſpõdetur argumentum a pacto ad ſtatutum non procedere, vbi eſt ratio differẽtię, vt in caſu noſtro, ita Deci. in d. c. Eccl. S. Mariæ, num. 55. verſ. Non obſtat, Felin. nu. 89. verſ. Quibus non obſtantibus, de ſententia Imolæ, Dominici, & Panormitani. ratio autem diuerſitatis eſt; nam pactum fit de ea re, cuius proprietas eſt ipſius paciſcentis, ſine vllo præiudicio libertatis Eccleſię: pactis. n. priuatis quotidie obligari Eccleſiam videmus, quæ omnia ſtatuto non conueniunt; nam qui ſtatuit pro-

poteſtatem non habet earũ rerum, ſuper quibus ſtatuit, nec ſtatuto laicorum ligari bona immobilia poſſunt in præiudicium Eccleſiæ; indirectè.n. Eccleſia ipſa grauatur, quod fieri nequit, vt probatum eſt in tertio argum. Ita Card. Alban. in tract. de immunit. Eccl. nu. 85.

Tertiò, non obſtat, quod prohibitio alienandi bona non ſit in odium Eccleſiæ, ſed ſolum ob bonum publicum, ne minuãtur onera neceſſaria ad ſtatus conſeruationem: cum.n. Eccleſia ſe immunem prædicet ab oneribus, & in dies magis, magiſq; acquirat, verendum eſſet, niſi opportuno remedio prouideretur, ne, vel publici redditus minuerentur in maximum boni publici damnum, vel laicorum bona ſupra vires grauarentur, quo caſu ſtatuto continente commune bonum, ligari etiam clericos multis allegatis, probat D. Menoch. conſ. 800. & conſ. 1000.

Sed reſpondetur cum Surd. d. conſ. 301. num. 26. quod honeſta cauſa vel vtilis, ſiue commune bonum nequit concedere facultatem ſtatuentibus, quam non habent, nam ad legem, quę iniqua non ſit non ſolum requiritur finis, quod eſt bonum publicum, ſed cauſa etiam efficiens, quæ eſt Princeps Iuriſdictionem habens, at nullus laicus iuriſdictionem habet in clericos, Eccleſiamuè, nec directè, nec indirectè, cum clerici omnes exempti ſit a iuriſdictione laicorum; quare notabiliter dixit Bald. in l. cunctos populos, nu. 20. ſtatuto quodam, de quo ibi agitur, non ligari clericos, quamuis ſtatutum æquum ſit, quia per hoc, inquit, non datur auctoritas ſtatuenti, ſequitur Felin. in d. cap. Eccleſiæ S. Mariæ, nu. 81. verſ. Nec obſtat, & alij quos citat Surd. d. conſ. 301. nu. 27. & ſeq. vbi acutè dixit, ſi boni publici ratio ſatis eſſet ad hoc, vt laicorum legibus ligarentur clerici, fatendum eſſet, omnibus legibus ligari; quandoquidem nulla lex eſt, quæ bonum publicum non reſpiciat. facit tex. in c. aduerſus, de immun. Eccl. in quo licet de cõmuni vtilitate agatur, nullam vult Pontifex laicis in clericos eẽ poteſtatem, ſed ab Epiſcopo cogendos eſſe ad contribuẽdum, conſulto tamen prius Romano Pontifice. Addo non licere ad bonum finem obtinendũ malo, ac vetito medio vti, nam tunc ex circunſtantia mali medij, actio omnis peruerſa red-

dere-

deretur; bonum.n.ex integra cauſa, inquit Dion. Areopagita de diu. nom. cap. 4. malum ex ſingulis defectibus non ſecus, ac ſi quis, vt eleæmoſynam faceret, furaretur, quem apertè non eleæmoſynarium, ſed furem eſſe patet, ex Ariſtot. doctrina, 5. Ethic.& ſic lex omnis iniqua eſſet & iniuſta, quæ ius Eccleſiæ ſibi vſurparet contra ſacrorum Canonum ſanctiones, S. Tho. 1. 2. q. 18. art. 4. & ibi Caietanus.

PRIMA ILLATIO.

Hinc infertur in excõicationem incidiſſe, qui reſcriptum ediderunt, aut ſi fortè bona fide excuſari poſſunt in foro conſcientiæ, quod in animo nunquam habuerint contra Eccleſiæ libertatem facere, nunc cum edocti ſint, quo loco ſtet, niſi reſcriptum reuocauerint. Item incidit in eandem excõicationem Conſilium Ciuitatis, quod reſcriptum procurauit, & eo vtuntur; nam licet Cõias, vel Collegium excõicari non poſſit c. Romana, §. Vniuerſitatem, & Theologi in 4. d. 18. quos refert Greg. Sayr. lib. 1. Theſau. caſ. cõſc. cap. 18. nihilominus in ſillata ſit excõicatio a iure eam incurrunt quicunque ex Collegio culpam contraxerunt, cui annexa eſt excõicatio. caſusq; eſt in c. ſignificauit, de exception. Silueſter verbo excõicatio 1. nu. 10. verſ. Secus excõicando. Tab. eod. 5. caſ. 20. nu. 4. Greg. Sayr. d. c. 18. nu. 8. Demum omnes, qui auxilium, conſilium, fauorem dederunt ad prædicta, patet ex Bulla Cœnæ §. 18. ibi, *Necnon qui per ſe, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur*; vbi videndus Franc. Tol. lib. 1. inſtruct. Sacerd. c. 29. verſ. Aduerte etiam.

SECVNDA ILLATIO.

Infertur ſecundò, prædictos, qui in excõicatioem incideruut, vt poſſint ab ea abſolui, debere ius vſurpatum reſtituere Eccleſiæ, quod patet ex communi doctrina de reſtitutione; non.n.remittitur peccatũ, niſi reſtituatur ablatum. c. peccatum, de reg. iur. lib. 6. ibiq; Scribentes Couar. in pri. par. relect. S. Thom. 2. 2. q. 62. & reliqui Theologi 4. di-

ſtin.15. Eodemq; iure tum naturali, & Diuino, tum Canonico reſtituere Eccleſiæ tenentur quicquid damni paſſa eſt ob extenſionẽ eiuſmodi ſtatuti; nimirum quicquid ad licentiam impetrandam ſolutum eſt, quicquid ex dato fideiuſſore exactum eſt nomine onerum extraordinariorum, ad quæ Eccleſiam non teneri pro bonis etiam de nouo acquiſitis, etiam in æſtimo deſcriptis, tradit cõis ſententia, vt teſtatur Oſaſc. deciſ. Pedem. 136. num.1. Ant. Theſaur. deciſ.Pedem.274.num.7.Io.Azorius lib.5.inſtit.moral.cap. 13. q. 5. nam horum damnorum in cauſa fuere contra ius, & fas, & non modo contra Religionem, ſed etiam contra iuſtitiam peccarunt, Eccleſiam iure ſuo ſpoliantes, atque adeò reſtitutioni ſunt obnoxij, & iuris, & damnorum, quæ inde ſequuta ſunt, tradit ex cõi Pet. Nauar. de reſt.lib.2. c. 1.nu.10. & ſeq. Greg. Sayr. tom. 2. lib.10. tract.2.cap.pri. Clau. Reg. Sacerd. Nec ſolum ex poſitiuo actu reſtituere tenẽtur Iudices, publiciq. Magiſtratus, ſed etiam ex omiſſione, ſi cum poſſent damno Eccleſiæ obuiare, id facere neglexerunt, cum ex officio tenerentur. Pet.Nauar.lib.3.cap. 4.nu.120.Sayr.d.tract.2.cap.13.nu.1.

Ad hæc tenentur declarare, nec reſcripto, nec ſtatuto cõprehendi Eccleſiam, argum. d. c. nouerit, de excom. ita.n.extẽſione ſtatuti abolita Eccleſię ſua libertas reddetur, & reſarciet reſtitutio, quod læſio abſtulit, l.quod ſi minor § reſtitutio, ff.de minor. Bart. in l.qui proprio, ff.de procur.& ſanè ſi in ſtatuto mentio expreſſa Eccleſiæ facta fuiſſet; ſtatutum de capitularibus omnino deleri deberet, d. c.nouerit. Nec.n.ſufficeret illo ſtatuto non vti; nam in d.c.nouerit duæ continentur excõmunicationes; ſiue.n.obſeruent etiam, ſi deleant, ſiue non deleant ſtatuta, quamuis non obſeruent, nihilominus incurrunt, ita Aſtenſ. p.2. lib.7. tit.2. caſ.12. Ang. verbo excom. 7. caſ. 12. Palud.4. diſt.18. q.3. art.3.§. quintus. Martin. Ledeſm. in 4. p.2. q.26. art.2. & alij, quos refert, & ſequitur Greg. Sayr. lib 3.Theſau.cõſc. c.34. nu.5. & accedit Fran. Suarez in 3. p. S.Thom. tom. 5. diſp.21. ſect.2.verſ.Quia verò, & cõis eſt, quicquid ſine ratione voluerit in contrarium Caiet. d. c.31.quem ſequitur Nauar. in Manual, cap. 27. num. 119. §.decima, cum verò

præ-

præfatum ſtatutum expreſſam Eccleſiæ mentionem non faciat, & ſi de ſolis laicis intelligatur validum ſit, ſolum erit declarandum modo prædicto, ne in praxi aliquid fiat illius occaſione contra Eccleſiam.

Addit Hoſtienſ. teneri præfatos, de quibus loquitur d. c. nouerit, officia relinquere, quibus funguntur, ſi aliter ſtatuta cõtra libertatẽ Eccleſiæ abrogãdi non habent põtatẽ. ſequitur Card. Zabarel. in d. c. nouerit, nu. 4. de mente Innoc. Boich. nu. 6. Silueſt. excom. 9. nu. 32. Tab. excom. 5. caſ. 20. nu. 4. ex cõi Doctorum ſententia.

Videant ergo, & maturè proſpiciant cõſcientiæ ſuæ, qui in præfatas cenſuras incidere, & ſi fortè ſpecie publici boni allecti in has anguſtias ſe coniecere, reſtituta Eccleſiæ ſua libertate, ab iiſdem ſe curent quantocius expedire.

IN Congregatione Deputatorum per Sanctiſſimum D. N. Pium Quintum, facta die quinta Iunij 1567. fuit propoſitũ dubium, An Epiſcopus in cauſis ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, poſſit contra laicos executiones perſonales, & reales facere, abſque requiſitione Iudicis ſæcularis.

ET vt reſolutio eiuſdem reddatur facilior, & clarior; fuit dictum, in primis diſcutiendum eſſe hunc articulum de iure cõi, ante Sac. Concil. Trident. Deinde an ex Decreto Concilij Trident. 25. ſeſſ. cap. 3. de reformatione hæc difficultas definiatur; conſiderata diſpoſitione iuris communis ante dictum Concilium Tridentinum fuerunt diſtincti tres Caſus.

Primus. ſ. quando ſumus in criminibus, quorum cognitio, & pœnæ iniũctio ad forum Eccleſiaſticum ſolum, ſeu mixtim ſpectant, & quęritur, An Epiſcopus poſſit procedere ad ca-

pturam, & carcerationem pro cuſtodia, & cognitione, & pœna delicti contra laicorum perſonas, abſq; requiſitione Iudicis ſæcularis.

Secundus eſt in eiſdem criminalibus, quando in caſibus, in quibus poteſt, contingat Epiſcopum mulctare, ſeu pœnam pecuniariam laicis imponere, an ad executionẽ dictarum mulctarum, & pœnarum contra bona eorundem laicorum procedere poſſit, abſq; requiſitione Iudicis ſæcularis.

Tertius eſt in cauſis ciuilibus, quarum cognitio ſpectat ad forum Eccleſiaſticum, an executionem ſuæ ſententiæ Epiſcopus facere poſſit ſuper bonis eorundem laicorum, abſq; requiſitione prædicta.

Quo ad primum caſum, in terminis iuris communis pro parte negatiua fuerunt adductæ infraſcriptæ auctoritates, & rationes; In primis.

Io. Andr. in addit. ad Specul. in Rubr. de offic. ordi. vbi dicit communiter teneri inferiores Prælatos non habere poteſtatem carcerandi laicos.

Pet. de Ancha. in c. cum Epiſc. circa fin. de off. ord. in 6. & in reg. 2. quæ ad decus, de regul. iur. eod. lib. in 11. q.

Oldr. conſ. 86. in fin.

Imol. in d. c. cum Epiſcop. relatus per Dom. ibid.

Io. Lopez rep. c. per veſtras, in 2. not. in §. ſed eſt pulcra quæſtio, de donat. inter virum, & vxo. fo. 181. per plures col.

Villalob. de commun. opin. ſuper littera I. nu. 517.

Franc. Mar. in deciſ. Delfina. deciſ. 449.

Guid. Pap. ſing. 220.

Rom. ſing. 703.

Aug. Arimin. in tract. de malef. ver. quod fama publica nu. 88. fuerunt inſuper adducta infraſcriptę rationes.

Primò, clericis armorum vſus eſt prohibitus, c. inter hæc 33. q. 2. c. clerici, de vita, & honeſt. cler. huiuſmodi aũt captura laicorum non fit ſine armis, & violentia, ergo cum dicta violẽtia, & miniſtris armatis Eccleſ. Iudex vti non poſſit, capere et non poterit laicos.

Secundò, captura perſonæ ſpectat ad habentem territoriũ in loco, quia ſi executio in bonis ſpectat ad Iudicem territorium habentem, in quo ſunt bona, c. poſtulaſti, de for. cõp.

ergo

ergo multo magis captura perſonæ cum perſona ſit dignior, ſed territorium loci eſt Iudicis ſæcularis, non Eccleſiaſtici, ergo non procedit ad capturam, & hac ratione vtitur Ancha. d. reg. Ex quæ ad decus q. 11. & 10. Lop. d. c. per veſtras, loco præallega.

Tertiò, clericus per ſæcularem remittitur ad Eccleſiaſticum, c. cum non ab homine, cum ſua materia, de iud. Idem ergo faciẽdum eſt de laico per Eccleſiaſticum Iudicem, cum ſint diſtinctæ poteſtates, c. cum ad verum 96. diſt. c. quoniam, cum ibi not. 10. diſt. & quod iuris vult Eccleſiaſticus ſibi fieri, eo vti debet erga laicum, Regula, quod quiſque iur. cum vulgat.

Conſiderata etiam fuere iura ciuilia, & Canones. de iure. n. ciuili videtur materia ſatis clara, cum in delictis, in quibus Epiſcopus procedere poteſt contra laicos minimè id poſſit facere ſine Iudice ſæculari, vt ex tex. in l. placet. C. de ſacroſanct. Eccleſ. §. ſi verò Canonicum, in authen. de manda. Princ.

Canones etiam hanc opinionem probare videntur. In primis tex. in d. c. cum Epiſcop. de off. ord. in 6. vbi quando in eo tex. conceditur facultas Epiſcopo carcerum, talis facultas reſtringitur ad perſonas Eccleſiaſticas, ergo à contrario ſenſu contra laicos talis facultas conceſſa non videtur.

Pro hac opinione videtur facere tex. in c. poſtulaſti, de iudic. vbi remittitur Iudæi iudicibus laicis punien. & in c. 2. de cler. excõmunic. vbi laici participantes cum excõmunicatis per Iudices ſæculares exilio mulctãtur, in c. ſi. de maled. vbi ſimiliter Iudici laico punien. dimittuntur, in c. nec licuit, 17. diſt. c. petimus, 11. q. 1. c. de liguribus, 23. q. 5. in quibus locis dicitur, quod pœna, de qua in illis Canonibus imponitur laicis per publicas poteſtates, & ſic per Iudices laicos, ex quo oſtenditur, quod Eccleſiaſticus has pœnas non imponat.

Iſtis tamen, & ſimilibus non obſtantibus, placuit Congregationi contraria opinio affirmatiua, quod ſit Epiſcopus perſonalem diſtrictionem pro delictis Eccleſiaſticis, etiam in laicos facere poſſit, pro qua conſideratum fuit, quod licet Io. Andr. cum ſequacibus videantur aſſerere negatiuam opinio-

pinionem eſſe communem, attamen rectè intelligen. neque talis aſſertio communis opinionis, reſpectu Epiſcopi, reperitur, & hæc affirmatiua pluribus comprobatur auctoritatibus; eam.n.tenent infraſcripti Doctores, vz. Domi. in d. c.cum Epiſcopus, nu.9.de offi.ordin.in 6.

Franc.ibid. in 4.not.

Gloſ.in c.contra idolorum, 26.q.5. ibi. Item patet hic, quod Epiſcopus poteſt in carcerē mittere reos, cum qua pertrāſit ibi, Archid. ibi, ſed non cum proprijs manibus, quē ad hoc refert, & ſequitur Ioan. de Senan.

Ana. in rub. de ſortileg. col. penult. propè fin. verſ. Et ſic patet, quod Epiſcopus, & in c. qualiter, & §. ad corrigendos, de accuſat.& in c.2.de adult. col.8.

Felin.in d.c.ſignificaſti, ſub nu.4.ad fin.de offi.deleg.in c.cum ſit.nu.20. de foro comp.

Soci. d.c.cum ſit. in fin. de foro comp.

Aufr. de poteſt.Eccleſ. ſuper lai. nu.1.

Et in Clem.1.q.5. de offi.ordi. Gundiſ. Villad. in tract.de hæret.q.11.ſub nu. 17.ad fin. Cagnol. in l.1.nu.26.ff.ſi quis iuſdic. non obtemp.

Couar. pract. q. c.10. 5, & 7.colum.

Abb. in c.ſicut, de priuil.

Dec. in lect. nouiter impreſſa, d. c. ſicut, cir.princ.de priui.

Abb. antiquus relatus a Felin. in c. irrefragabili, §. cæterum, ſub nu.1. de offi. ord.

Idem ſentit Ægydius Boſſ.in praxi crimin. in tit.de foro compet.n.159. dum dicit, Eccleſiaſticum Iudicem in laicum in criminibus Eccleſiaſticis oēm poteſtatem habere.

Folle.ad partem q. diſputans, hanc partem tenens in ſua praxi crimin. in ver. aut inquiſitione formata a num.52. vſque ad 55. fol. 97.

Pro hac etiam opinione adduci poſſunt oēs hi, qui in alia cōcluſione tenent Iudicem Eccleſiaſticum in cauſis ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, poſſe facere executionem realem in bonis laicorum; & etiam oēs Doctores allegati in alia conluſione, &c. Epiſcopus poteſt habere familiam armatā, qui in c. ſignificaſti, de offi. deleg. dicunt delegatum recurrere ad ordinariū Eccleſiaſticū pro executione facien.

qui

qui plurimi ſunt, vt oſtenſum fuit in dicta alia concluſione: ſtantibus igitur, tot. auctoritatib. & quod auctoritates in cõtrariũ adductæ, facilè euitari poſſunt, viſa fuit toti cõgregationi, hæc pars maioribus auctoritatibus cõprobata.

Fuit etiam conſideratum hanc quæſtionem pro hac affirmatiua parte canonibus, hoc expreſsè aſſerentibus, definiri.

In primis. n. hoc decidit tex. in c. 1. de offi. ord. dupliciter inducen. Primò, dicitur in illo textu, quod Epiſcopi liberam poteſtatem habeant adulteria, & ſcelera inquirere, vlciſci, & iudicare, ſecundum quod canones cenſent, ſine impedimento alicuius; Id verbum, liberam, ſignificat, ideſt ſine alicuius requiſitione, c. de multa, vbi Abb. num. 3. aſſerit cõem; de præb. in c. penul. de pœnit. & remiſ. cum illud dicatur liberè fieri, quod alterius non indiget miniſterio, vt poſt Bart. tradit Iaſ. l. Centurio. nu 47. de vulgar. & pupillar. Bart. l. precibus, col. 3. verſ. Quæro quid ſi dicet, C. de impub. & alijs ſubſtit. Habet ergo poteſtatẽ Epiſcopus, ſine alterius auxilij ſæculari requiſitione, crimina. in d. tex. ſpecificata, inquirere, & iudicare, & vlciſci, ſed clarum eſt in iure in delictorum inquiſitione ante ſententiam multoties ad capturam perſonæ deuenire neceſſe eſſe, vt declarat Bald. l. 2. nu. 3. C. de his qui latro. Vnde cum libera facultas detur Epiſcopo inquirendi, & iudicandi in iſtis criminibus, idq; fieri commodè non poſſit, ſine captura perſonæ, facultasq́. demandata cenſeatur cum omnibus his, ſine quibus commodè talis facultas exerceri non poteſt, c. præterea, vbi poſt alios Dec. ſub nu. 6. verſ. Secunda concluſio ſupra facta, de off. deleg. maximè in ord. Bar. l. 2. col. 2. verſ. 2. de iuriſdict. omn. iud. Igitur videtur Epiſcopo in d. c. 1. conceſſa libera facultas, ideſt ſine alicuius Iudicis ſæcularis requiſitione, etiam carcerandi laicos in illis criminibus, ſine qua carceratione commodè ſuper talibus criminib. inquirere, & iudicare non poſſet per prædicta.

Augetur, & ſecundò, hoc idẽ conſiderando verba ſubſequẽtia, ſecundum quod canones cenſent: nam, vt infra oſtendetur, in crimine adulterij, & etiam in alijs criminibus, canones iubent laicos pro pœna in carceres detrudi, & virgis etiam affici. Si igitur liberè, vlz., ſine alicuius requiſitione Epiſ-

copus laicos iudicare, & punire poteſt, ſecundum canones, vſque ad detruſionem in carceres, vt dictum eſt; ergo eis permiſſa eſt facultas carceran. ſine aliquo auxilio brachij ſæcularis. Quod & comprobatur ex illo verbo, vlciſci, quod immediatè ſignificat pœnæ impoſitionem, vt eſt tex. in l. 1. in fin. C. ſi ſer. aut liber. ad decu. aſpi. lib. 10. l. cum vir nubit in fœminam, C. de adult. ibi gladio vltore, ex quo oſtenditur, quod Epiſcopus, & pœnam a canonibus ſtatutam, & ſic detruſionem in carcerem imponere poteſt laicis liberè, ſine alicuius ſæcularis requiſitione, per ſupra deducta.

Id etiam probatur in c. contra idolorum, 26. q. 5. & in c. attendendum 12. q 4. vbi expreſsè continetur, quod per Epiſcopum ſortilegus, & ſacrilegus carceri traditur, & ea iura intelligi debent de laicis; tum ex eo, quia crimina illa ſortilegij, & ſacrilegij demandata ſunt Iudici Eccleſiaſtico, etiã contra laicos, c. cum ſit, c. conqueſtus, de foro compet. & per Domi. d. c. cum Epiſcopus præalleg. cum Folle. & alijs ſupra deductis, tum etiam, quia d. c. contra idolorum, expreſsè loquitur de laicis, dum in eo dicitur, ſi ſerui ſint, verberibus cædantur, ſi liberi, carceribus includantur, cum illa qualitas ſeruitutis non detur in clericis, vt notum eſt.

Idem etiam probatur ex tex. in c. 2. de adult. nam ibi is, qui debuit detrudi in carcerem erat laicus; ex quo ei imponitur etiam pœna ducendi raptam, quę ſolum conuenit laico, vt per Domi. & alios præallegatos. Ex quibus iuribus clarè conſtat hanc partem affirmatiuam eſſe veriorem; & contrariã nullo pacto poſſe ſuſtineri, vt per Couar. & alios ſupra allegatos.

Et vltra dictas auctoritates, & iura, fuerũt conſideratæ etiam infraſcriptæ rationes.

Prima, quod in his criminibus eccleſiaſticis Epiſcopus habet auctoritatem ſibi à lege Pontificia demandatam, c. cum ſit, c. conqueſtus, de foro compe. cum infinitis iuribus ſimilib. certum eſt autem, quod Delegatus Principis habet executionem ſuæ ſententiæ in cauſa ſibi demandata, c. quærenti, de off. deleg. habetur per omnes in d. c. ſignificaſti, eod. tit. Iaſ. l. 2. nu. 24. de iuriſd. omn. iud. Sed cum poteſtas a lege

data

data æquiparetur poteſtati datæ a Principe, ad not. in l. mo re. de iuriſdi. omn. iud. igitur ſicut delegatus Principis habet executionem ſuæ ſententiæ, ita & Epiſcopus habens poteſtatem a lege in criminibus eccleſiaſticis, in quibus, ſecundum canones, carceris pœnam infligere poteſt; ſententias huiuſmodi carcerationis executioni demandare poteſt per ſuprad.

Hæc ratio fortius ſtringeret deducendo, quod cum Epiſcopus in toto ſuo territorio habeat in his criminibus iuriſdictionem ordinariam, c. cum ſit, c. conqueſtus, de foro compet. toto tit. de off. ordin. Necnon habere poſſit familiam armatam, cuius medio poſſit huiuſmodi diſtrictiones perſonales facere, iuxta reſolutionem factam in hac Congregatione. Meritò videretur indecens, & inutilis circuitus requirendi, & implorandi auxilium alterius Iudicis ſæcularis, poſtquam ordinarij exequi poſſunt, & debent ſuas ſententias, vt not. Doct. in l. a Diuo Pio, in princ. ff. de re iudi. & in c. ſignificaſti, de off. deleg. Specul. in tit. de execut. ſent. §. nunc videndum.

Secunda eſt ratio, ne delicta remaneant impunita, l. ſi longiꝰ, §. 1. de iud. l. ita vulneratus, ad l. Aquiliam, c. vt famæ, de ſent. excom. ex qua ratione multa permittuntur, quæ in alio titulo de familia armata dicta fuere. Si. n. pro carcerandis reis in huiuſmodi delictis, Epiſcopus cogeretur ſemper recurrere ad brachium ſæculare, poſſet contra agere, quod interim rei aufugerent, & ſic circuitus huiuſmodi afferret impunitatem delictorum, quod eſſet abſurdum, & propterea cum iura velint reos in cauſis criminalib. carcerari, ad congeſta per Mode. in eorum pract. crimin. Folle. in verſ. & in carceribus mancipatis. Boſſ. in tit. de captu. hæc carceratio etiam laicorum delinquentium in delictis eccleſiaſticis debet cenſeri permiſſa Epiſcopo, cui demandatur iudicium talium delictorum, ne per fugam reorum, delicta remaneant impunita, & vt facilius, & cõmodius cognitionem huiuſmodi Epiſcopus facere poſſit, ad not. in d. c. præterea, de offi. deleg. cum alijs ſupra alleg.

Hoc idem vltimo loco definitur per Concil. Tridẽt. cap. 3. ſeſſ. 25. vt infra oſtendetur.

data æquipararetur poteſtati datæ a Principe, ad not. in l. more. de iuriſdi. omn. iud. igitur ſicut delegatus Principis habet executionem ſuæ ſententiæ, ita & Epiſcopus habens poteſtatem a lege in criminibus eccleſiaſticis, in quibus, ſecundum canones, carceris pœnam infligere poteſt; ſentẽtias huiuſmodi carcerationis executioni demandare poteſt per ſuprad.

Hæc ratio fortius ſtringeret deducendo, quod cum Epiſcopus in toto ſuo territorio habeat in his criminibus iuriſdictionem ordinariam, c. cum ſit, c. conqueſtus, de foro compet. toto tit. de off. ordin. Necnon habere poſſit familiam armatam, cuius medio poſſit huiuſmodi diſtrictiones perſonales facere, iuxta reſolutionem factam in hac Congregatione. Meritò videretur indecens, & inutilis circuitus requirendi, & implorandi auxilium alterius Iudicis ſæcularis, poſtquam ordinarij exequi poſſunt, & debent ſuas ſententias, vt not. Doct. in l. a Diuo Pio, in princ. ff. de re iudi. & in c. ſignificaſti, de off. deleg. Specul. in tit. de execut. ſent. §. nunc videndum.

Secunda eſt ratio, ne delicta remaneant impunita, l. ſi longi⁹, §. 1. de iud. l. ita vulneratus, ad l. Aquiliam, c. vt famæ, de ſent. excom. ex qua ratione multa permittuntur, quæ in alio titulo de familia armata dicta fuere. Si n. pro carcerandis reis in huiuſmodi delictis, Epiſcopus cogeretur ſemper recurrere ad brachium ſæculare, poſſet contra agere, quod interim rei aufugerent, & ſic circuitus huiuſmodi afferret impunitatem delictorum, quod eſſet abſurdum, & propterea cum iura velint reos in cauſis criminalib. carcerari, ad congeſta per Mode. in eorum pract. crimin. Folle. in ver. & in carceribus mancipatis. Boſſ. in tit. de captu. hæc carceratio etiam laicorum delinquentium in delictis eccleſiaſticis debet cenſeri permiſſa Epiſcopo, cui demandatur iudicium talium delictorum, ne per fugam reorum, delicta remaneant impunita, & vt facilius, & cõmodius cognitionem huiuſmodi Epiſcopus facere poſſit, ad not. in d. c. præterea, de offi. deleg. cum alijs ſupra alleg.

Hoc idem vltimo loco definitur per Concil. Tridẽt. cap. 3. ſeſſ. 25. vt infra oſtendetur.

His ſtantibus, non obſt. ſupra in contrarium deduct. & in primis, quod Io. Andr. aſſerat partem negatiuam, cõiter teneri. Nam præter id, quod hodie cõis opinio eſt in cõtrarium, vt patet ex numero Doctor. qui hincinde allegantur, ſi rectè aduertatur. Io. And. nihil dixit de Epiſcopo, etiam dum proponit quæſtionem de ordinario eccleſiaſtico, ſed de inferioribus Prælatis, qui non habent iuriſdictionẽ a laicis exigen. ad not. in c. licet, de pœnis, quæ verba, inferiores Prælati nullo pacto verificãtur in Epiſcopo, qui eſt culmen dignitatum, inquit tex. in c. venerabilis, de præben. gloſ. in c. 2. in verſ. Dignitatum, eod. tit. in 6. & tales inferiores ab Epiſcopis; & dicuntur Prælati, vt per Abb. in c. cum ab Eccleſiar. ſub nu. 1. & ſub nu. 5. de off. ordin. Vnde cum Io. Andr. dicat de inferioribus Prælatis, non poteſt inferri ad Epiſcopum, ex his etiam, quæ infra in alia reſponſione ad fundamentum de territorio dicetur. Et quod Ioã. Andr. non loquatur de Epiſcopo, ſed de inferioribus, vltra quòd ita videtur intelligere cum Anchara. in dicta reg. ea quæ ad decus in 11. q. de reg. iur. in 6. ibi & reg. non benè capio, oſtenditur; quia excipit tantum crimen hæreſis, & allegat c. vt commiſsi, de hæret. in 6. quod loquitur de Inquiſitore, & ſic de inferiori: vnde omnes Doct. referentes Io. Andr. cum illis verbis cõiter tenetur inferiores Prælatos, &c. & ſic referentes cões ſub verbis Io. Andr. nihil faciunt ad caſum, de quo agitur. reſpectu Epiſcopi per prædicta. Hæc interpretatio Doctor. Io. Andr. comprobatur ex eo, quod idem Io. Andr. tradit in c. ſub nu. 6. de homi. in 6. vbi connumerans auctoritatem Epiſcopi in laicos dicit, quod incarcerat, & verberat, ex quo oſtenditur, quod vt ſaluetur a contrarietate, intelligi debet, quòd in loco ex aduerſo allegato loquatur non de Epiſcopis, ſed de inferioribus Prælatis, vt dictum eſt. Nec obſtat, quòd in d. c. 1. de homicil. in 6. ante nu. 7. dicat ad harum pœnarum executionem ad brachium ſæculare recurrit, quia id non dicit reſtrictiuè, quaſi per ſe non poſſit facere, ſed cumulatiuè, vlz, quod per ſe incarcerat, & etiam ad brachium ſæculare recurrit, quod expreſsè dicitur in c. 1. de offic. ordin. quod patet infra, dum ſub nu 7. verſ. Dicit tamen, ſemper

æquum

æquum fore primo per Eccleſiam recurri ad temporale dominium, &c. innuens de iuris vigore Epiſcopum per ſe facere poſſe, vt ſupra dixerat de æquitate, & vrbanitate, tamē melius eſſe inuocare brachium ſæculare; quod propriè dicebat Felin. d. c. ſignificaſti ſub nu. 4. prope fin. de off. deleg. ex quibus patet Io. Andr. huic parti affirmatiuè reſpectu Epiſcopi non eſſe contrarium, immo eam potius approbare per prædicta.

Semota ergo auctoritate Ioā. Andr. qui aſſerit contrarium de communi, & aſſertione communis aliorum referentiū; merè verba Io. And. remanent ſolum pro parte negatiua, Anchar. Imol. Villal. & Franc. Mar. & ſic quatuor tantum Doctores.

Nam Oldrad. in conſ. 86. in fine non dicit contra hanc partem affirmatiuam, quia illa verba, ſed alij dicunt, in fin. poſita, vltra quod ab alio addita fuere, non oſtendunt tenere contra id, quod ſupra aſſertiuè Oldrad. dixerat, ad trad. p Iaſ. in l. ſi idem, cum eodem, in fin. ff. de iuriſd. omn. iud. vnde Doct. tenentibus hanc partem affirmatiuam, poſſunt addi Io. Andr. & Oldrad. exaduerſo conſiderati. Io. Lopez non loquitur de captura perſonali in cauſa criminalis; ſed de executione facien. in cauſis ciuilibus, vnde eius auctoritas non cadit in hoc membro diſtinctionis.

Guid. Pap. ſing. 220. dicit, quod Epiſcopus, nec clericos, neq; laicos carcerare poteſt, quod tum reſpectu clericorū, eſt contra tex. in d. c. cum Epiſcopus, de off. ord. in 6. & ſic cum loquatur contra iura aperta, eius auctoritas non eſt conſideranda.

Rom. ſing. 203. & Angel. Arimi. exadu. deducti, nihil faciunt ad præſentem quæſtionem, an Epiſcopus laicos carcerare poſsit, quia loquuntur tantùm, quando Epiſcopus pœnam perpetui carceris imponere vellet, & ſic in illo ſpeciali caſu; vnde cum ſolum quatuor Docto. ſint pro parte negatiua eorum opinio, & auctoritas non eſt attendenda contra tot Docto. qui hanc affirmatiuam tenent, ad trad. per oēs in c. 1. de conſtit. cum vulgar.

Non obſt. prima ratio de prohibito armorum vſu, & violētia clericis, quia in alia Congregatione reſolutum fuit pro exe

cutio-

cutione iuſtitiæ, talem vſum armorum improbatum non eſſe; & propterea dicit B. Thomas, 2. 2. q. 65. art. 3. quòd carcerare aliquem, vel violenter retinere, eſt illicitum, niſi fiat ſecundum ordinem Iuſtitiæ; vnde cum agatur ad præſens, vt carceratio Epiſcopi fiat ſecũdum ordinem Iuſtitię, hoc non eſt clericis prohibitũ, per prædicta, & in alia reſolutione deducta.

Secunda ratio, quòd Epiſcopus non habeat territorium, facilè tollitur, q̃a immo Epiſcopus habet territoriũ, vt eſt tex. in termin. in c. omnes Baſilicæ ibi, in cuius territorio, & c. ibi, q. 7. Hoſtien. in c. cum contingat, vbi Innoc. & Io. And. de foro comp. Abb. d. c. cum ab Eccleſiarum, ſub num. 10. verſ. Vnum tum ſcias, de off. ord. Alex. in addit. ad Bar. in l. pupillus. §. territorium, de verb. ſignif. & quia habet imperium certo loco applicatum, d. c. 1. de off. ord. Bil. l. ſiue pars ſi. C. de dila. Berta. de Epiſc. in 3. par. 4. libri num. 3. Ideo cum habeat ius terrẽdi certo loco, dicitur habere territorium. d. l. pupillus §. territoriũ; & propterea videmus, quòd laici in Eccleſia delinquentes, tanquam in territorio Epiſcopi, delinquentes, per Epiſcopum puniuntur, per Afflict. in conſtit. Regni, in conſtit. incip. multæ leges, ſub nu. 6. ad fin. & propterea ceſſante ratione territorij, ceſſat ratio ſupra allegata; fit. n. de territorio Epiſcopi laicus delinquens in delictis Eccleſiaſticis, gloſſ. in conſtit. Item ſi nulla, in ver. ab Eccleſia, C. de Epiſc. & cler. Vnde etiam colligitur reſponſio ad tex. in c. poſtulaſti, de foro compet. qui conſueuit principaliter allegari pro contraria parte, vbi probatur, quòd ſi Epiſcopus, in cuius Diœceſi eſt commiſſum delictum, condemnauit, & priuauit clericum beneficio, quod in alia Dięceſi habebat, non exequitur ſententiam, ſed Epiſcopus Dięceſis, in qua eſt ſitum beneficium; nam illud procedit, quia cum in alia Dięceſi nullam habeat poteſtatem, ratione territorij, prohibetur ſibi talis executio, vt per Dec. in c. paſtoralis, §. quoniam, nu. 3. de reſcrip. ſed ſi contingat executionem fieri in ſua Dięceſi, ceſſat hæc prohibitio.

Tertia ratio facilè etiam tollitur: nam licèt diſtinctæ fuerint auctoritates eccleſiaſtica. ſ. & ſæcularis, adhuc tamen apud

Eccleſiam tanta remanſit auctoritas temporalis, quanta requiritur pro regimine ſpiritualium, & pro conſeruatione Fidei, pacis, & vnitatis ipſius Eccleſię, &c. inquit Turrecremata in d.c. cum ad verum, col. 2. in fin. 96. diſt. & ideo cum carceratio etiam neceſſaria ſit pro cognitione, & punitione delictorum eccleſiaſticorum, ea poteſtas fuit reſeruata Eccleſiæ: quod autem dicitur, quod clericus remittitur ad eccleſiaſticum, eſt ex eo, quia laici nullam penitus poſſunt habere iuriſdictioně in clericos c. ſi diligenter, de foro comp. cum vulg.

Non obſtat ius ciuile, tum quia id non attenditur, vbi ſpecialius per canones eſt prouiſum, ad not. in c. 1. de oper. nou. nunc. canones autem ſpecialiter Epiſcopis concedunt poteſtatě laicos carcerandi, vt ſupra oſtenſum eſt: tum etiam quia textus in contrarium allegati non negant, quin etiam Epiſcopus poſſit facere executionem per ſeipſum, immo, quòd Epiſcopus poſſit facere huiuſmodi executioně etiam in laicos, eſt tex. in Authen. cauſa, quæ. C. de Epiſ. & cler.

Non obſtat tex. in d. c. cum Epiſ. quia argumentum a cŏtrario ſenſu, ex eo tex. ſumi non poteſt, ex eo, quòd per alios canones contrarium reperitur deciſum, ad trad. in l. 1. de off. eius, cum vulgar.

Non obſtat tex. in c. poſtulaſti, de Iudæ. Quoniam ibi prius imponitur Epiſcopo, vt puniat pœna temporali, & faciat ſatisfacere parti læſæ, alioquin moneat Iudicě ſæcularem, vt ſatisfactionem huiuſmodi fieri faciat. Idem.n. verbum alioquin, idem importat, ac ſi diceretur, ſi talem ſatisfactionem, & pœnam ſoluere non fecerit Epiſ. ad tradit. per Tiraq. de retract. §. 8. gloſ. 6. vnde vtrunque ibi oſtenditur, fuiſſe in poteſtate Epiſcopi, vel per ſeipſum imponere pœnam, & ſatisfactionem, vel mediante monitione Iudicis ſæcularis. c. 2. de cler. excommun. miniſt. nihil facit, quia ibi dicitur, ſi Epiſcopus illum emendare non potuit, is Regis iudicio exilio damnetur, & ſic inuocatur brachium ſæculare, vbi Epiſcopi vires non ſuppetunt, iux. trad. per Innocen. in c. cum non ab homine, ſub nu. 5. vbi Ant. de Butr. pri. col. verſ. Et nota, quod ceſſantibus omnibus remedijs, & Imol. ſub nu. 14. & Arc. nu. 10. de iud. Barba. d. c. ſignificaſti

ſub

ſub nu. 15. de off. deleg. Alber. l. Epiſcopalem, nu. 5. C. de Epiſcop. audi.

Et idem dicitur in d. c. fin. de maled. vlz. & ſi neceſſe fuit, & in c. nec licuit, 12. diſtin. vbi primo dicitur per Epiſcopos attrahi quoquomodo contumaces neceſſe eſt, aut per ſæculares opprimi poteſtates, & fit in defectũ eccleſiaſticæ poteſtatis, prout idem dicitur in d. c. petimus, 11. q. 1. & in dicto c. de liguribus, 23. q. 5. quod loquitur de punitione Epiſcoporum, & perſonarum eccleſiaſticarum, quas nullas negat per ordinarium eccleſiaſticũ carcerari, d. c. cum Epiſc. de off. ord. in 6. ſed in defectum poteſtatis ordinariæ permittitur inuocatio brachij ſæcularis, vt dictum eſt.

Quamuis. n. Epiſcopus brachium inuocet ſæculare, d. c. 1. de off. ord. non tamen ob hoc ei denegatur, vt etiam carcerare laicos non poſſit. Videmus. n. Inquiſitorem brachiũ huiuſmodi ſæculare inuocare, c. vt officiam § denique, de hæret. in 6. tamen per ſeipſum, & ſuos miniſtros carcerat Clemen. 1 § de hæret. Ac etiam Iudex ſæcularis inuocat auxilium alterius Iudicis, l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & cleri. & tamen nulla eſt dubitatio, quin etiam per ſeipſum poſſit punire delinquentes, & propterea ſtantibus ſupra deductis, placuit vniuerſæ Congregationi hæc pars affirmatiua, tanquam communis, & melioribus comprobata iuribus, & rationibus in hoc primo caſu diſtrictionis perſonalis laicorum.

Quo ad ſecũdum caſum, quando in criminalibus contingeret Epiſcopum in caſibus, in quibus poteſt pœnã, ſeu mulctam imponere pecuniariam, quam quidem imponere poteſt, vbi magis timetur, ad trad. in d. c. licet, de pœnis, communem aſſerit. Feli. in c. irrefragabili, § cæterum, nu. 5 de off. ord. Aufre. in adpi. ad deciſ. Tholoſ. 274. verſ. An autem Epiſcopus, & in hoc caſu conſideratum fuit, quod ſtante ſupra firmata concluſione reſpectu diſtrictionis perſonalis in laicos. licere etiam debet Epiſcopo abſque auxilio brachij ſæcularis in huiuſmodi criminibus executionẽ in bonis laicorum facere. Hoc. n. in term. tradit Abb. in d. c. licet, nu. 8. de pœnis. Aufre. de poteſt. eccl. ſuper laic. nu. 2. quæ quidem Docto præſuppoſita dicta prima concluſione pro vera nullum habent contradictorem.

Nam

Nam Ioã. Andr. in c. 1. de homi. in 6. referens Hoſtien. nullo modo tenet contrarium, immo tenet hanc partem, dum dicit ſub nu. 6. paulo ante fin. quod Epiſcopus mulctat: & licet ſubiungat, quod propter illarum pœnarum executionem ad brachium ſæculare recurrit, id ponitur cumulatiuè, vt.ſ. per ſeipſum mulctet, & etiam pro tali mulcta, & alijs pœnis ad brachium ſæculare recurrat, vt ſupra in alia cõcluſione, & reſponſione ad auctorit. Io. Andr. dictum fuit: Vnde Hoſtienſ. & Io. Andr. hanc etiam partem fouent; vltra quod illa opinio Hoſtiẽ. & Io. Andr. non eſt vera, & in ſpecie reprobatur per Abb. in c. licet, nu. 8. de pœn. quamuis idem Abb. in pluribus locis tenuerit illam opinionem, quod Epiſcopus non poſſit habere familiam armatam, Hoſtien. in d. c. ſignificaſti, circa fin. de off. deleg.
Ant. de Butr. ibid. circa fin.
Bal. in Marg. in verſ. delegatus.
Ang. l. fin. nu. 5. C. de iud.
Card. Clem. 1. in 10. q. de off. deleg.
Io. Lopez cap. per veſtras, in 2. not. verſ. Sed eſt pulcra. de donat. inter virum, & vxor.

Oẽs iſti non loquuntur in criminalibus, vbi Epiſcopus omnimodam habens iuriſdictionem, & imperium contra laicos, pœnam pecuniariam imponit, tanquam eam, quæ magis timetur, quam corporalis, vt dictum eſt, ſed loquuntur in ciuilibus, vbi Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de dote, vel de alijs cauſis ciuilibus ad eius forum ſpectantibus, tum enim præſ. Docto. negant Iudicem eccleſiaſticum executionem facere poſſe in bonis laicorum. & quòd ſit differentia in ciuilibus, & criminalibus tradit in ſpecie Couar. in pract. q. in cap. 10. col. 7. verſ. 2. & verſ. 3.

Et ratio eſt differentiæ, quia Iudex eccleſiaſticus reſpectu cauſæ ciuilis non habet ſubditum laicum, cum ſubditus non dicatur quis ratione cauſæ ciuilis, glo. Clem. 1. in verſ. Subditus, de foro compet. declarat Anchar in d. reg. ea quæ ad decus, ſub nu. 12. de regul. iur. in 6. Ideò contra non ſubditum non poteſt procedere ad executionẽ, quæ requirit ſubiectionem, cap. poſtulaſti, de foro comp. ita declarat Bald. d. c. ſignificaſti, de off. deleg. & in c. Epiſcopali, num. 2. ibi

 Paul.

Paul. de Caſt. nu 3. C. de Epiſcop. aud. At in criminalibus perſona laici eſt ſubdita ipſi Iudici Eccleſiaſtico in delictis eccleſiaſticis, vt ſupra in proxima concluſione oſtēſum eſt, ideo ſubdita illi etiam cenſentur eius bona, vt eſt decif. 7. de teſta. in antiq Andr. de Iſer. in tit. de ſtatu, & conſuet. contra liber. eccleſ. nu. 12.

Item, cum ratione delicti eccleſiaſtici laicus fiat de territorio Epiſcopi, vt ſupra in dicta proxima concluſione oſtenſum eſt, in conſequentiam, & bona eius fiunt, reſpectu imperij, de eodem territorio, cum ſequantur perſonam, vt cui ſubeſt perſona, ſubſint bona, vt proximè dictum eſt. Ideo illa ratio principaliter cōſiderata, reſpectu exequtionis in bonis in cauſis ciuilibus, quia bona nō ſint de territorio Epiſcopi, ceſſat ex quo in criminalibus delictis eccleſiaſticis laicus fit de imperio, & territorio Epiſcopi, vt dictum eſt; & propterea ſtantibus prædictis rationibus, & auctoritatibus viſa fuit Congregationi hæc pars affirmatiua magis iuridica, etiam in hoc ſecundo caſu exequtionis pœnæ pecuniariæ in criminalibus.

Et præcipuè in hanc partē inclinauit tota Cōgregatio, etiam reſpectu huius ſecundi caſus, quia ex decreto vltimi Cōcil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. is videtur decidi, vt prox. oſtendetur.

Quo verò ad tertium caſum, An, ſlz, in cauſis ciuilibus ſpectantibus ad forum eccleſiaſticorum, Iudex eccleſiaſticus exequtionem ſuæ ſententiæ poſſit facere in bonis laicorum de iure communi, circumſcripto decreto prædicto vltimi Concil. Trident. viſa fuit omnibus Dominis de Congregatione hęc quæſtio ſatis difficilis, in qua quæſtione loquuntur Doct. proximè allegati in contrarium in proxima concluſione ſecundi caſus, contra quos tamen multi alij tenēt, vlz, Io. de Imol. in d. c. ſignificaſti, propè fin.

Barba. ibid. ſub nu. 21.

Felin. ibid. ſub num. 4.

Et pro ea poteſt connumerari Innoc. & Aegyd. in altero loco opi. pro parte affirmatiua, licèt per ver. alij, & in ſpecie illud dictum Innoc. intelligit ibi Io. And. & Colli. in fin. Card. ſub num. 3. ad fin. Folle. in pra. crim. fol. 92.

in

in verſ. Immo, in fin. & magis in ſpecie prædictam opinionem tanquam veriorem firmat Spec. in tit. de 2. decret. in fi. & Io. de Anan. in d. c.ſignificaſti. in fin.

Item, etiam prædictorum auctoritas poteſt de facili euitari, quia omnes illi loquuntur in delegato, & in ordinario contrarium tenent, vt patet ex verbis Innoc. ad quem alij ſe referunt in d.c.ſignificaſti. Nam dum refert opinionem negatiuam, loquitur ſolum in delegato: dum autem refert aliam opinionē affirmatiuam, dicit, quòd alij tamen dicūt, quod ex quo cauſa eſt de iuriſdictione Eccleſiæ, licèt poſſeſſiones ſint laicales, tamen Iudex eccleſ. ſiue ordinarius, ſiue delegatus, etiam in poſſeſſione laicali ſententiam exequetur. Et ſic præſupponit, quòd ordinarius poſſit exequi ſententiam in bonis laicorū, & quòd Doct. ad hoc non dubitent, ſed ſolum diuerſitas illarum opinionum verſetur circa delegatum, nec ita firma eſt poteſtas delegati in huiuſmodi executione, ſicut eſt ordinarij, vt plenius in alia cōcluſione, quòd Epiſcopus poſſit habere familiam armatam, oſtenſum fuit, quod hic non repetitur, breuitatis cauſa, & hoc idem tradit Folle. diſtinguen. inter delegatum, & ordinarium in ſua praxi crim. in verſ. Aut inquiſitione formata ſub num. 52. verſ. Allegat etiam dictum Innoc. Vnde rectè omnia conſideranti videtur, quòd hæc pars affirmatiua etiam in ciuilibus ſit magis communis.

Attamē ſuper hoc de iure communi, circumſcripto dicto decreto vltimi Concil. Trident. per Congregationem, nihil certè determinatum fuit.

Sed fuit dictum, quòd hic tertius caſus ſimul cum alijs duobus præcedentibus definitur, ſeu ſaltem in eis pars affirmatiua approbatur per dictum decretum vltimi Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. dum expreſsè in eo dicitur, quòd loco cenſurarū, quibus vtebantur Iudices eccleſiaſtici, liceat Epiſcopis in cauſis ciuilibus ad forum eccleſiaſticū, quomodolibet pertinentibus, contra quoſcunque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, ſeu per captionem pignorum, perſonarumq. diſtrictiones per ſuos proprios, aut alienos executores procedere, & cauſas definire. fuit n. dictum, quòd hæc verba non ſunt enūciatiua, ſed diſpoſitiua, Tum ex eo,

 quia

quia loco cenſurarum, quibus prius Epiſcopus vtebatur, hæc poteſtas procedendi contra bona, ac perſonas etiam laicorũ ſubrogata eſt. Ex quo ergo ſubrogatus ſapere debet naturã eius, in cuius locum ſubrogatur, l.ſi eam. §.qui iniuriarum ſi quis caut. cum ibi not. cum vulg ſicut cenſuris vtebatur Epiſcopus ex iure proprio, ita & hac facultate loco earũm ſubrogata, vti debet.

Tum etiam, quia in hoc decreto adeſt verbum diſpoſitiuum, liceat Epiſcopis,&c. quod reſpicit verbum facti, vlz, procedere per captionem pignorum, & diſtrictionem perſonalem, quo caſu intelligitur licere Epiſcopis hoc facere de iure,& de facto, vt declarat Bal. in l. ſtipulatio iſta. § hi, qui. ſub nu. 3. de verb.oblig. Ex hoc ergo oſtenditur huiuſmodi decretũ hanc facultatem de iure, & de facto Epiſcopis tribuere. Vnde viſum fuit vniuerſæ Congregationi hunc tertium caſum in ciuilibus expreſsè pro parte affirmatiua definiri, ſeu ſaltem approbari in prædicto Concilij decreto, & propterea non curauit aliter illũ diſcutere in prius terminis iuris communis.

Dixerunt etiam omnes Domini de Congregatione in eodem decreto definiri, ſeu ſaltem approbari duos caſus præcedẽtes, de quibus ſupra in cauſis criminalibus; dum in dicto decreto ſubiungitur, in cauſis quoq; criminalibus, vbi exequtio realis, vel perſonalis, vt ſupra, fieri poterit; illa.n. dictio, vt ſupra, repetitiua præcedẽtium habet vim expreſſionis,& repetitionis eorum,quæ ſupra dicta erant,ad trad. per Iaſ.conſ. 15. in pri. Ruin.conſ. 32.nu.3. in ver. cum vulg. Sicut ergo ſupra dictum erat, quòd Epiſcopis liceret in ciuilibus talem exequtionem realem, & perſonalem facere contra laicos, ita & in criminalibus hoc idem eiſdem licere diſponere voluit ſacr. Concil. ſtante d. clauſula repetitiua, vt ſup. prææallegata.

Et ex his prædictis omnibus placuit vniuerſæ Congregationi pars affirmatiua in omnibus prædictis tribus caſibus reſpectiuè, &c.

INCER-

INCERTI AVCTORIS AD GREGORIVM XIII.

SVMMARIVM.

1 VTrum, Epiſcopus, & alius habens iuriſdictionem ordinariam eccleſiaſticam, poſſit propria auctoritate laicos perſonaliter capi facere, & punire, ac in bonis eorum exequtiones facere, plurimum controuertitur inter Doctores.

2 Atque primum referuntur, qui probarunt opinionẽ negatiuam.

3 Dein fundamenta eiuſdem partis.

4 Iuriſdictiones, & poteſtates eccleſiaſticæ, & ſæculares ſunt diuiſæ, & altera alteri ſuam prærogatiuam ſeruare debet, nec promiſcuis actibus ſunt eorum officia perturbanda.

5 Nemo poteſt exequi ſententias ſuas in territorio alieno.

6 Sententia lata à Iudice, qui non præſtet territorio, mittetur exequtioni per eum, qui territorio præeſt.

7 Quamuis ratione delicti, vel alias efficiãtur laici de foro Eccleſiæ, non tamen propriè ſunt eius ſubditi.

8 Iudex ſæcularis non poteſt exequtiones facere in perſona, vel bonis clericorum per ſe.

9 Iura, quibus probatur, quòd Iudices eccleſiaſtici pro exequtione debent inuocare brachium ſæculare.

10 Fatentur omnes, quòd ſi extaret conſuetudo, quòd Iudex eccleſiaſticus exequeretur, contra laicas perſonas, vel bona earum capiendo, ea deberet obſeruari.

11 Opinio affirmatiua proponitur, quòd Epiſcopi, & alij Iudices eccleſiaſtici in cauſis mixtis, & in alijs, in quibus poſſunt procedere & cognoſcere contra laicos, ex propria iuriſdictione ſententias ſuas exequi valeant, etiam per bonorum apprehẽſionem, & perſonarum diſtrictionem, & quòd non teneãtur, niſi ita ſibi viſum fuerit, vel neceſſitas eos induxerit ad implorandum brachium ſæculare.

12 Authores opinionis affirmatiuæ.

13 Patres, qui in Concilio Tridentino interfuerunt, hanc ſecun-

dam

dam opinionem pro vera ſuppoſuerunt.
14 *Epiſcopus multas cauſas poteſt cognoſcere contra laicos.*
15 *Exequutio eſt quid dependens ab ipſa cognitione, quinimò eſt pars integralis, & principalis ipſius iudicij ſicut & ipſa.*
16 *Qualitas delicti facit laicum de foro Eccleſiæ.*
17 *Iura in quibus habetur, Epiſcopum poſſe carcerare laicos, hæreticos, ſortilegos, ſtupratores, & alijs modis delinquentes, & eos varijs pœnis afficere.*
18 *Hæc ſecunda opinio, ſicuti communior eſt, ita & in puncto iuris verior, etiam ſecundum antiquiora iura, ſed hodie poſt decreationem decretorum ſacri Concil. Trident. omni penitus dubitatione caret, ſed apertiſſimè in eo determinata eſt.*
19 *Epiſcopi ſunt Iudices ordinarij in ſuis cauſis eccleſiaſticis, & mixti fori, etiam contra laicos.*
20 *Qualitas cauſæ facit laicum de foro Eccleſiæ.*
21 *Regulis iuris adhærendum eſt.*
22 *Iudex ordinarius ſuas cauſas exequitur.*
23 *Cui conceditur iuriſdictio, cenſentur conceſſa ea omnia, quæ exercitio eius ſunt neceſſaria.*
24 *Regulariter iudicium eſt vnus actus integer, qui conſtat cognitione, definitione, & exequutione.*
25 *Ius ſingulare denotat ius commune, & regulam in contrarium.*
26 *Epiſcopus dicitur habere Territorium.*
27 *Diœceſis idem in effectu ſignificat, quo ad iuriſdictionem eccleſiaſticam, quod Territorium quo ad temporalem.*
28 *Natura verborum liberè, & ſine impedimento alicuius, eſt vt excludat omnem conſenſum, auctoritatem, & neceſſariam cuiuſcunque alterius requiſitionem.*
29 *Qui dicit iure ſpeciali, quid factum eſſe afferre debet rationem ſpecialitatis.*
30 *Quæſtio hæc nullam hodie videtur habere difficultatem, ex decreto ſacri Concilij Tridentini.*
31 *Argumentum à contrario ſenſu deductum, non concludit, quãdo contrarium ſtatutum eſt in iure.*
32 *Declaratio ad capit. Cum. C. laicus. de foro compet. in ſexto.*
33 *Iudex Eccleſiaſticus eſt capax temporalis iuriſdictionis, etiam in perſonas laicorum.*
34 *At contra Iudex ſæcularis eſt incapax iuriſdictionis in clericos.*

Iura

35 *Iura, in quibus dicitur Epiſcopum debere implorare brachium ſæculare: vel exequtiones reales, vel perſonales contra laicos faciendas eſſe, per poteſtates ſæculares intelliguntur, quando de facto ob caſum aliquem difficilem Epiſcopus per ſe non pōt.*

CVM multæ, & graues exortę ſunt tēporibus noſtris, & in dies exoriantur (Pater Beatiſſime) controuerſiæ, & diſſenſiones in varijs Regnis, Prouintijs, & Ciuitatib. Chriſtianorū, Reipubl. ſubiectis, inter Iudices, & Magiſtratus temporalem poteſtatem, ac iuriſdictionem exercentes ex vna, & Epiſcopos, Abbates, aliosq. Prælatos, eccleſiaſticam iuriſdictionem ordinariam exercentes ex altera, occaſione exercitij iuriſdictionū ipſarum, & poteſtatum eccleſiaſticæ, ſcilicet & temporalis, perinde ac ſi per leges, per ſacros Canones, aliasque diuerſorum Conciliorum generalium, ac variorum Pontificum epiſtolas, ac decreta, non fuerint ſufficienter diſtinctæ iuriſdictiones, ac poteſtates, quod tamen ſapientiſſimè, & copioſiſſimè effectū eſt, ſi præfata omnia iura in varijs libris diſperſa, & ſcripta diligenter inſpiciantur, & ſimul collecta coniungantur. Cumque propterea multæ quotidie inter Officiales & præfatarum iuriſdictionum Miniſtros contentiones variæ oriantur, ex quibus etiam ſæpè ad aliquos actus indignos fortè, & minimè conuenientes deuentum eſt, 1
inter ipſomet Officiales, & Miniſtros, non ſine magno populorum ſcandalo, honoris, & dignitatis vtriuſque fori detrimento, & forſan non ſine aliqua ſupremorum ipſorum Principum, vtramq. ſupremam poteſtatem exercētium inter ipſoſmet indignatione, vnionis animorum ipſorum Principum inter ſe diminutione, & omnipotentis Dei obſequij, eiuſq. Religionis cultus detrimento non medioceri, exiſtimaui aliquam fortè Reipub. Chriſtianæ vtilitatem allaturum, & aliquod omnipotenti Deo obſequium, pro modulo ſuo præſtaturum, ſi quis reperiatur, qui in libello aliquo apertam, & diſtinctam præfatarum iuriſdictionum diuiſionem in varijs partibus iuris diſperſam congregare, ac coniungere, indeq. ſingulas modernorum temporum controuerſias, iam a multis annis per ſapientiſſimos Patres noſtros

ſtros

ſtros deciſas eſſe, apertiſſimæ demonſtraret; quod ego q; dem in animo maximè habui,& ex illo tempore ſummoperè, iuxta virium mearũ tenuitatem implere deſideraui,quo præfatarum diſſenſionũ notitiam habui. verum varijs ſemper curis, & impedimentis detentus, præſtare quod optabam, hactenus nequiui. cum autem diebus proximè elapſis inter Illuſtriſſimum Neapolitani Regni Proregem, & R.P. Archiepiſcopum Neapolitanũ, occaſione vnius ex illis diſputationibus, quæ circunferuntur, ortæ ſint aliquæ diſſenſiones, & ferè hincinde ſit, non ſine aliquo populorum ſcãdalo, ad diſſidia deuentum; ſtatui in hac particulari quæſtione S. V. quam breuius per me poterit, nunc referre, qd per varios Doctores in hac ipſa re, varijs in locis traditum ſit, quidque per ſacros Canones, & Oecumenica Concilia fuerit determinatum, tum vt illud, quòd mihi S. V. specialiter præcepit, aliqua ſaltem in parte, iuxta viriũ mearum tenuitatem adimpleam, tum etiam, vt aliqua in parte præfato meo deſiderio ſatisfaciam. Quod ſi id S. V. gratum eſſe cognouero, aliquando forſan, & alia in hac materia,& maiori diligentia, & cura collecta, ipſi offeram, vt ſaltem ei teſtimonium aliquod afferam propenſæ meæ in eam deuotionis,& enixæ voluntatis meæ, aliquam Chriſtianæ Reipublicæ vtilitatem pro modulo meo offerendi.

1 MAGNA eſt cõtrouerſia inter Doctores, vtrum † Epiſcopus, & alius habens iuriſdictionem ordinariam eccleſiaſticam, in inquiſitione cauſarum criminalium, & in recognitione tam earum, quàm etiam ciuilium, & pro ſententiarum per eos latarum in laicus exequtione (in caſibus, in quibus poſſunt cognoſcere, & iudicare etiam in laicos, ipſos perſonaliter capi facere,& punire, ac in bonis eorum exequtiones facere.

Quoniam autem quæſtio eſt inter Canoniſtas, & Iuriſtas, & de eis, quæ in iure ſunt, vt plurimum determinata, exiſtimaui non inconueniẽs futurum eſſe, ſi more ipſorum, opiniones, & rationes tenentium hanc, vel illam ſententiam ad partes referam, cum reſponſionibus, ac replicationibus, ſuis locis aptatis, & tandem explicem, quam exiſtimem ſententiam defendendam, ac obſeruandam eſſe, ex ſacris Canonibus,

ex ſacris Concilijs eorum collectàm: omnia tamen, & ſingula determinationi ſemper ſubijciens S. V. & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Multi referuntur tenuiſſe opinionem negatiuam contra Epiſcopos, & multi etiam teſtati fuerunt hanc eſſe communem, quorum quidem aliqui illam apertè tenent, alij verò adeo obſcurè de ea mentionem habent, vt non conſtet cui ſententiæ adhæſerint, & alij Doctores controuertunt, quid ipſi tenuerint. Tertij autem de Iudicibus eccleſiaſticis delegatis tantum loquuntur, itaque ſit tantus numerus illam tenentium (vt ſupponitur, a quibuſdam) immo cum hodie multo plures ſint, qui tenent affirmatiuã ipſam, poteſt verius dici, ſaltem hodie ipſam magis communem, vt infra latè demonſtrabo.

2 Negatiuam igitur opinionem † tenuit primò Io. Andr. in additionibus ad Specul. in tit. de offic. ord. in Rubr. lib. 4. vbi dicit hanc opinionẽ communiter teneri, præter quàm in crimine hæreſis.

Secundò, eam tenet, quòd dicit eſſe veritatem, Lud. Rom. in ſing. 703. incipiente, Tu ſcis, quod iure ciuili.

Tertiò, eandem firmat, & communem atteſtatur Pet. de Anchar. in reg. ea, quæ, nu. 17. de regul. iur. in 6. & de ea meminit in c. cum Epiſcopus. nu. 4. de off. ordin. in 6.

Quartò, eam videtur tenere Hoſtien. in c. ſignificaſti. de off. deleg. dicens iuſtiorem eſſe opinionem tenentiũ, quòd debeat recurrere ad Iudicem ſæcularem.

Quintò, hanc opinionem tenet, & communem eſſe atteſtatur, & in pract. ſeruari, Iulius Clarus in pract. crimin. q. 37. circa fin. vbi refert quoſdam dicentes, ita iudicatum fuiſſe per parlamentum Pariſij.

Sextò, hanc eandem firmat, & diſputando defendit, & communem atteſtatur Ioan. Lup. in rep. capit. per veſtras, de donat. inter virum, & vxo. in §. ſed eſt pulcra dubitatio nu. 18.

Septimò, hanc tenet Bald. & communem dicit in c. ſignificaſti, nu. 2, de off. deleg.

Octauò, idem videtur ſequi Boer. in deciſ. 227. in 2. parte nu. 11. vbi dicit per plura areſta ita fuiſſe declaratum.

Doctores autem, qui adducuntur, tanquam tenentes hanc opinio-

pinionem, qui tamen ſubobſcurè loquuntur, nec poteſt verè dici, quod illam affirment, immo quidam credunt, quod contrariam opinionem teneant, hi ſunt.

Innocentius in c. ſignificaſti, de offic. deleg. qui refert duas opiniones, & vltimo loco refert opinionem affirmatiuam; & ideò ſecundum quoſdam, videtur illam affirmare, ſed ioã. Lup. vbi ſupra nu. 6. dicit Innoc. hanc ſequi, quia eam referens, vtitur hoc verbo, non credimus rem num. 4. ſed ego conſidero, quod ſub num. 4. loquitur de delegato, quando autem in fine refert affirmatiuam loquitur, expreſsè etiam de ordinario, & propterea Vaſquius Hiſp. in lib. 3. §. 12. n. 17. verſ. Et ideo. Dicit Innoc. tenere opinionem affirmatiuã, ꝙ mihi magis applaudet ex verbis eius, & quia illam tenet apertè in c. olim, il 3. de reſtitut. ſpoliat. vt infra dicetur.

Butrius etiam adducitur, tanquam tenens hanc opinionem in d. c. ſignificaſti, ſed ſi diligenter inſpiciatur, dubium eſt, qd teneat, nam & ipſe refert duas opiniones, & vltimo loco refert opinionem affirmatiuam pro Eccleſia, & ideo videtur illam firmare, nam referens plures opiniones, videtur vltimam in dubio affirmare, gloſ. in l. qui filium. ff. ad Trebel. Hoſtien. Io. And. & alij in c. 1 de pœn. in 6.

Oldradus etiam adducitur, tanquam tenens hanc opinionem in conſ. 86. ſed verè nullam firmat, ſi diligenter inſpiciantur eius verba, vt etiam aduertit Didac. in lib. pract. quæſtion. cap. 10. num. 2.

Felinus etiam adducitur in d. c. ſignificaſti, nu. 3. tanquam tenens hanc opinionem negatiuam, & teſtantem hanc eſſe communem, ſed verè cõſiderando verba Felini conſtat, qđ ipſe loquitur, in Iudice delegato, immo in Iudice ordinario, de quo eſt quæſtio noſtra, ipſe tenet cõtrarium in cap. cum ſit generale, num. 20. de foro compet. vt etiam infra dicetur.

Baldus etiam in l. Epiſcopale. C. de Epiſcopali audientia, adducitur tanquam tenens opinionem hanc negatiuam, ſed ſi diligenter aduertatur, loquitur ſecundum antiqua tempora, & ſecundum iura antiqua, dicens hæc verba, Nota ꝙ ſententia eorum, qui non præſunt territorio, vt erant Epiſ-

copi,

copi, iure iſto mandatur, exequtioni per eos, qui Territorio præſunt, idem dicit in fine, quòd eo iure Epiſcopus non habebat Territorium, ex quo conſtare videtur, quòd ipſe tenet, quod hodie, & nouo iure Epiſcopus habebat Territorium ſibi aſſignatum.

Tertij, qui adducuntur, etiam tanquam tenentes hæc, qui loquuntur clarè in delegato tantùm, vel exequtore Papæ, sũt Ang. in l. fin. C. de iud. Laud. & Card. in Clem. 1. de off. delega. & Andr. Siculus in c. ſi quis contra clericum. de foro compet. quorum dicta non ſeruiunt quæſtioni noſtræ, quæ eſt de Iudice ordinario.

Ex his in effectu videtur, quod octo tantum Doctores, ſeu circa habeantur, qui clarè hanc opinionẽ teneant, ex his, quos viderim, alij omnes ſubobſcurè loquuntur, & nihil firmare videntur, vel loquuntur in delegato, de quo nõn eſt quæſtio noſtra.

Quidam etiam alij Doctores ſunt, qui teſtantur opinionem hanc negatiuam eſſe communem; ipſi tamen affirmatiuam defendunt, prout Didac. Couar. in illo tractatu pract. quæſtion. c. 10. & Vaſquius Hiſp. vbi ſupra, & Stepha. Aufrer. in tract. de poteſt. eccleſ. ſuper laicos nu. 1. & Vaſ. vbi ſup. licet dicat negatiuam eſſe communem, addùcit tamen vndecim Doctores tenentes contrariam, & dicit tot eam tenere, quot tenent iſtam.

Referunt tamen multas leges Regias de hoc in Hiſpania latas, vt Iudices eccleſiaſtici non poſſint exequtiones facere in perſona, & bonis laici.

3 Primum † fundamentum eorum eſt in c. cum Epiſcopus, per contrarium ſenſum, de off. ord. in 6. vbi Bonifatius Octauus generaliter de poteſtate Iudicis ordinarij loquens dicit, quod in quolibet loco ſuæ diœceſis ordinarius poteſt pro tribunali ſedere, & cauſas eccleſiaſticas audire, perſonas eccleſiaſticas capere, carceri deputare, & alia, quæ ad eius officium ſpectant, exercere. Cum itaque dicat eccleſiaſticas perſonas capere, &c. infert quod perſonas laicorum capere non poteſt, quia vnius incluſio eſt alterius excluſio.

Secundò, adducunt textum in cap. cum c. laicus. de foro cõp. in 6. vbi Bonifatius Octauus dicit laicum periurũ per Epiſ-

 copum

copum cogi debere ad obſeruantiam iuramenti per cenſu-
ras eccleſiaſticas, non autem dicit debere cogi per captio-
nem pignorum, vel perſonarum, ad quod inquiunt facere.
Nam Epiſcopus contra ſuos contumaces vti debet cenſu-
ris, tanquam hoc ſit ipſorum remedium in executioně, vt
in c. cum non ab homine. de iuditijs, & notatur per gloſſ. in
verbo, præmoniti, & in verbo carceri. in Clemen. diſpen-
dioſam. de iudic.
4 Tertiò mouentur ratione, quia † iuriſdictiones, & poteſta-
tes eccleſiaſticæ, & ſæculares ſunt diuiſæ, & ſeparatæ, & al-
tera alteri ſuam prærogatiuam, & præeminentiam ſerua-
re debet, c. quoniam. 10. diſtinct. c. cum aduerſum. 96. di-
ſtinct. c. nouit. de iudic. nec promiſcuis actibus ſunt eorum
officia perturbanda. iuxta not. in l. conſulta diualia. C. de
teſtam. cum ſimilibus: cum igitur iuriſdictio eccleſiaſtica
reſpiciat perſonas, & res eccleſiaſticas, in eis tantum con-
uenit, vt Epiſcopus poſſit exequi, & non ſe immiſcere in
perſonis, & bonis laicorum; & cum arma Eccleſiæ ſint cẽ-
ſuræ, ſuis armis vti debẽt eccleſiaſtici, & alias executiones
reales, vel perſonales debent permittere, vt faciat Iudex
ſæcularis.
5 Quartò, nemo † poteſt exequi ſententias ſuas in Territorio
alieno, c. poſtulaſti. de homicid. faciunt notata in l. cum v-
nus. §. is qui. ff. de bon. aut. Iud. poſſid. & per gloſſ. nota-
bilem in l. ex quacunque, in verbo ex cauſa. ff. ſi quis in ius
voc. non ierit. Hinc gloſſ. Bald. & Doctores in l. Epiſcopa-
6 le. C. de Epiſcopali audien. dicunt, † quòd ſententia lata a
Iudice, qui non præeſt Territorio, mittetur executioni per
eum, qui Territorio præeſt, ſed inquiunt Epiſcopus non ha-
bet Territorium in laicos, vt ſentiunt gloſſ. & Bald. in d. l.
7 Epiſcopale, & quamuis † ratione delicti, vel alias effician-
tur laici de foro Eccleſiæ, non tamen propriè ſunt eius ſub-
diti, vt notat gloſſ. in Clemen. vnica. in verbo ſubditos, de
foro compet. dicunt notari c. a nobis. il primo, de ſentent.
excommun. adducunt in ſimili textum in c. poſtulaſti, & in
c. Romana. §. contrahentes. eod. tit. in 6.
Quintò, ſic arguunt, quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit
ipſe eodem iure vti debet, Vul. l. 1. ff. quod quiſque iur. ſed.

8 Iudex ſæcularis † nõ poteſt exequtiones facere in perſonas vel bonis clericorum per ſe, c. vt famæ. de ſent. excom. notat. in c. poſtulaſti, & in c. verum, de foro compet. Hinc ſi clericus arma portet prohibitus, in c. 2. de vita, & honeſt. cleric. vel per legem, ſeu bannum Iudicis ſæcularis pro publica vtilitate pœna exigetur, per iudicem eccleſiaſticum, ita Ioan. de Plat. in §. item lex Iulia. Inſtit. de publ. iudic. cũ ſimilibus, ſic conueniens eſt, vt eccleſiaſticus iudex non poſſit exequtiones facere de per ſe in perſonis, & bonis laicorum.

9 Sextò, & vltimò, adducunt multa iura, † in quibus dicunt probari, quòd iudices eccleſiaſtici pro exequtione debent inuocare brachium ſæculare, quod dicunt verum tam in ordinario, quam in delegato, ita Abb. Alciat. & Doctores in c. 1. de offic. ordinarij.

Primò, adducũt tex. in c. 1. de offi. ordin. vbi Ioan. Papa in ſinodo dicit: Habeant Epiſcopi in ſuis Diœceſibus poteſtatem liberam adulteria, & ſcelera inquirere, vlciſci, & iudicare, & cum opus fuerit, publicum conuocent auxilium.

Secundò, in cap. Princeps ſæculi, 23 quæſt. 5. vbi Iſidorus dicit, Principum ſæculi poteſtatẽ in Eccleſiam eſſe interdum neceſſariam, & quod non præualent efficere Sacerdotes, per doctrinæ ſermonem, ipſi hoc imperent per diſciplinæ terrorem.

Tertiò adducunt tex. in c. quoniam, circa finem, de off. ordin. vbi Innocentius Tertius in Concilio generali ſtatuens vnicum Epiſcopum per ſingulas Ciuitates eſſe debere, mandãt, quod ſi aliquis ſe ingeſſerit, alius vt excommunicetur, & deponatur, adhibito (ſi neceſſe fuerit) brachio ſæculari.

Quartò, adducunt tex. in c. petimus. 11. q. prima, vbi ex Cõcilio Cartaginenſi mandatur, vt qui admonitioni S. Epiſcopi aquieſcere noluerit, authoritate iudiciaria potius excludatur, in fine refert, quòd duo Epiſcopi dixerũt, hoc omnibus placet.

Quintò, adducunt tex. in c. de liguribus, 23. q. 5. vbi Gelaſius Papa ait, quòd regulæ Patrum hoc ſpecialiter ſtatuerunt, vt ſi qua eccleſiaſtici officij perſona, cui ſubiecta eſt, reſtiterit, vel ſciſma fecerit, excõicetur, atque damnetur: quòd ſi &

hæc contempſerit, per poteſtates publicas opprimatur.

Sextò, textus adducitur in c.2. Canonic. 23. q.8. vbi refertur in Conc. Pariſienſi ſtatutum fuiſſe, ne Iudices cenſum, vel aliquid aliud exigant temporalem ex agro eccleſiaſtico, qđ ſi fecerint cõione vſq; ad ſatisfactionem priuentur, & reges poteſtatem dare cogantur.

Septimò, adducitur in c. ita quorundã, de Iudæis, vbi Alexãder Tertius in Conc. Lateranenſi ſtatuit, vt ferentes arma Saracenis, & eis ſeruientes in Galeis, &c. ab eccleſiaſtica cõione præciſos, & excõicationi ſubiectos, rerum ſuarum per Principes Catholicos Ciuitatum priuatione mulctari.

Octauò, adducunt tex. in c. excõicamus, il primo. §. ſi vero. de hæret. in illis verbis, ſi vero temporalis Dominus requiſitus, & monitus ab Eccleſia, ſuam terram purgare neglexerit ab hæretica prauitate excõicetur, &c. ergo Epiſcopus per ſe non poteſt exequi.

Nonò, adducitur tex. in c. poſt miſerabilem, & in c. quanto, de vſur. vbi Innocentius Tertius ſtatuit, ꝙ Iudæi per excõmunicationem a Iudice eccleſiaſtico ad remittẽdum vſuras compellantur, & per Principes, & poteſtates per alia remedia, ſimile habetur in c. in nonnullis, de Iudæ.

Decimò, adducunt tex. in c. 2. de maledicis, vbi Gregor. Nonus loquitur de pœna contra blaſfemantes, & dicit, quod vltra pœnitentias ſalutares, de quibus ibi, Epiſcopi per tẽporalem poteſtatem cogant pœnam ſoluere quadraginta ſolidorũ, ſi diues ſit, vel alia, ſi pauper, ſed tex. ponit clauſulam, ſi neceſſe fuerit.

Vndecimò, allegant cap. ſecundum, de cler. excom. miniſtrãte, & ex Conc. Antiochenſi in illis verbis, quod ſi aliquis iſta oĩa contempſerit, & Epiſcopus emendare minimè potuerit Regis iudicio, ad requiſitionẽ Eccleſiæ, exilio damnetur.

Duodecimò, Io. Lup. vbi ſupra, num. 20. adduxit tex. in cap. poſtulaſti, de homic. vbi Epiſcopus contra ſacrilegos procedens, quærit a Summo Pont. Innocent. III. An poſſit Regiam implorare poteſtatem, cum vix abſque ſanguinis effuſione illi laici poſſint coarctari poſſe reſpondetur.

Adducuntur & alia iura multa huiuſmodi, quę potius laborio-

ſum

ſum eſſet, quam vtile referre, & quorum declaratio, & reſolutio pendet ab his, quæ dicentur pro reſolutione, & declaratione ſupradictorum iurium.

10 Fatentur tamen omnes, quòd ſi † extaret conſuetudo, qđ Iudex eccleſiaſticus exequeretur cõtra laicas perſonas, vel bona eorum, capiendo, quod deberet obſeruari, ita Bald. & Doct. in d. c. ſignificaſti. de foro compet. ita Didac. d.c. 10.quæſtionum practicarum, qui dicit, quod ita a pluribus Eccleſijs in Regno Hiſpaniarum præſcriptum eſt: idem dicit Io.Lup. in d.c.per veſtras. in §.ſed eſt pulcra dubitatio, il ſecondo nu.26.& ſeq.

11 CONTRARIA opinio † affirmatiua, quod imò Epiſcopi, & alij Iudices eccleſiaſticiin cauſis mixtis, & in alijs in quibus poſſunt procedere,& cognoſcere contra laicos ex propria iuriſdictione,ſententias ſuas exequi valeant,etiam per bonorum apprehenſionẽ, & perſonarum diſtrictionem, & quod non teneantur, niſi ita ſibi viſum fuerit, vel neceſſitas eos induxerit ad implorandum brachium ſæculare, tenuerunt.

Primò, Dominicus in c. cum Epiſcopus. de off. ord. ſub nu. 9. in ſexto.

Secundò, Philippus Franchus, in d.c.cum Epiſcop. de off.ord.

Tertiò, Io. de Annanias in Rubr. de ſacrileg. nu. 5.

Quartò, Gloſſ. in c. contra idolorum, per illum tex. directum Epiſcopis, 26. q.5. nota, inquit, quod Epiſcopus poteſt aliquos verberibus caſtigare,item poteſt eos mittere in carcerem, & cum tex. loquatur, de ſeruis verberibus caſtigãdis,vel de liberis carcerandis, patet, quod gloſſ. intellexit, de laicis, & ita Annania, vt ſupra.

Quintò,opinionẽ expreſsè tenet Stephanus Auffrerius in tractatu de poteſtate eccleſiaſtica ſupra laicos in princ. Et ita dicit ſæpè obſeruaſſe, non tamen abſque murmuratione ſæcularium iudicum, & idem tenuit in Clemen. 1. de off.ord. ſub 5 quæſt. principali.

Sextò, Abb in c. grauem. num.5. de pœnis, tenet, quod Iudex eccleſiaſticus de iure poteſt mulctare, & temporaliter punire laicum,perſeuerantem in excommunicatione.

Septimò, Innocen. in c.olim. il 3. de reſt. ſpol. dicens q̃ Epiſ-

copus

copus poteſt capere, & ſpiritualiter punire, & temporaliter ſuos Parochianos, etiam mulctando, & bona eorum occupando, ſi videat eos obedire alteri Epiſcopo, vel eius ſententias ſeruare, & cum generaliter loquatur de omnib. Parochianis, comprehendit etiam laicos, & ex hoc, quod tenet ibi Innocentius, declaratur, quod quando Doctores dubitat, quid ipſe tenuerit in hac quæſtione in ſuis verbis dubijs in illo capitulo ſignificaſti, quod ipſe voluit tenere pro Eccleſia, & quod Innoc. ita tenuerit, dicit Follerius in pract. crim. Can. in 2. parte iudiciali, in verſic. Aut inquiſit. formata, nu. 25.

Octauò, Didacus in d. c. 10. ſub d. nu. 2. verſ. Secundò, quoties, clarè tenet ſe non videre, quomodo contraria opinio poſſit defendi.

Nonò, Foller. hanc opinionem latè defendit in pract. crimin. Can. in 2. parte iudiciali, in verſ. Aut inquiſit. format. n. 25.

Decimò, Marianus hoc tenet, & firmat in c. cum ſit generale, in fine, de foro compet.

Vndecimò, hoc tenet Gondiſlaus in tract. de hæret. q. 11. nu. 17. dicens hoc fortè probari in Clemen. 2. §. de hæret. vbi Papa dans facultatem Inquiſitoribus tantum capiendi laicos in illo crimine, & mouendi arma contra ipſos, non autem Epiſcopis, oſtendit apertè, quod Epiſcopi habent ex ſe hanc facultatem.

Decimoſecundò, Felinus in c. cum ſit generale de foro comp. nu. 20. & in c. ſignificaſti, de off. deleg. num. 4. dicit, quod communis opinio procedit de vrbanitate, dicens quod pōt Epiſcopus exequi ſententiam in bonis laicorū, ſicut ipſum laicum poteſt punire pro crimine ſpectante ad Eccleſiam.

Decimotertiò, eandem opinionem videtur firmare Vaſquius in loco ſupradicto, nam vltimo loco refert 12. Doctores tenentes hanc opinionem, & in ea reſidere videtur, dicens etiam, quod tantus eſt ferè numerus Doctorum tenentium hanc opinionem, quantus eorum, qui tenent contrariam, quæ dicitur communis.

Decimoquartò, idem Vaſquius refert Baldum, eādem opinionem tenere in l. nam ſalutem. ff. de off. præfect. vigil. dum tenet cum poſſe habere familiam armatam.

Decimoquintò, hoc tenet And. Sic. in c. ſignificaſti, ſub nu. 30. verſ; Mihi videtur, de off. deleg.

Decimoſextò, idem tenere Imolam in c. ſignificaſti, nu. 30. de off. deleg. debuit citari in c. 1. de mutuis petitio. dum Imo. dicit, qđ ſi clericus reconueniatur coram iudice laico, qđ poterit laicus exequi ſententiam in bonis clerici, idem ergo erit ſecundũ eum in clerico iudice contra laicum, idem quod Imol. hoc teneat, refert Io. Lup. vbi ſup. nu. 20.

Decimoſeptimò, idem tenet Card. Zabar. in c. literas. ſuper glo. penult. de reſt. ſpol.

Decimo octauò, Ioannes Vanquel. in c. cum Epiſcopus, in vltima concluſ. de off. ordina. in 6. in ſuo breuiario.

Decimonono, Cagnol. in l. 1. nu. 26. ff. ſi quis iuſdicenti. non obtemp.

Ex his videtur, quod potius hæc ſecũda opinio ſit communior quam præcedens, ſaltem hodie, quoniam plures Doctores, & magnæ auctoritatis illam tenuerunt, & multi ex his, qui adducuntur, tanquam tenentes contrariam, & nihil affirmãt apertè, vt ſupra dixi, & quidam alij alibi contrarium ſentiant, vt idem Innoc. & Bal. vel loquuntur in delegatis.

Præterea hoc clarius infra patebit, nam demonſtrabitur, quod

13 Patres, † qui in Conc. Trident. interfuerũt, qui fuere multi ex omnibus regionibus viri doctiſſimi, hanc ſecundam opinionem pro vera ſuppoſuerunt, quod Epiſcopi etiam cõtra laicos poſſent per diſtrictionem perſonarum, & captionem pignorum per miniſtros proprios, vel alienos procedere: immo mandarunt Epiſcopis, vt tam in criminalibus, quàm in ciuilibus cauſis ſemper prius contra perſonas, & bona, etiam laicorum procederent, & vltimo loco in ſubſidium vterentur excommunicatione, quod ſi vera eſſet opinio contraria, ſolum poſſent vti cenſuris, non captione pignorum, vel diſtrictione perſonarum.

14 PRIMO loco ſic arguunt, certũ eſt, qđ Epiſcopus † multas cauſas poteſt cognoſcere contra laicos, vt cauſam dotis, c. 1. & 2. de donat. inter virum, & vxor. Abb. & Doct. in c. per veſtras, eod. tit. quos refert Io. Lup. ibi in § nota ſecundò, Bald. Imol. & Paulus in l. 1. ff. ſolut. matr. & eſt cõmunis opin. vt per Aufr. in illo tract. de poteſtate eccleſiaſtica

ſtica ſuper laicos, nu. 21. Idem eſt in cauſa vſurarum, in cauſa legitimationis filiorũ, & ſimilib. c. tuam. & ibi Abb. de ord. cog. cap. lator, & ibi Abb. qui fil. ſint legit. vt latè per Marant. de ordin. iudit. in 4. parte, in 11. diſtinct. præcipuè num. 8. & ſeq. cognoſcit ẽt contra laicum de crimine eccleſiaſtico, vt ſacrilegio, & ſimilibus, vt ipſimet tenentes contrariam opinionem fatentur, Io. Andr. Rom. Oldrad. & alij in locis ſupra allegatis, quando tenent contrariam opinionem latè hæc proſequuntur. Aufrerius, & Marant. etiam in locis ſupra citatis.

15 Sed exequtio † eſt, quid dependens ab ipſa cognitione, quinimò eſt integralis, & principalis ipſius iuditij, ſicut & ipſa cognitio; & propterea Doctores diſtinguentes partes iuditij interponunt etiam exequtionem, vt per Marant. in 6. par. in verſ. Tertius, & vltimus actus, qui in iudicio emergit, eſt exequtio; fruſtra.n.ferentur ſententiæ, niſi exequeretur. c. quo ad conſultationem. de re iud. gloſſ. & Doct. in Rubr. C. de exequt. rei iud. cum vulgarib.

Reſpondent tenentes primam opinionem, vt per Io. Lup. in d. c. per veſtras, in § ſed eſt pulcra dubitatio, ſub nu. 21. qđ illud eſt verum in Iudicibus, qui habent Territoriũ, & propterea poſſunt facere exequtiones, at Epiſcopi non poſſunt, niſi mediantibus cenſuris, ſed debent petere fieri exequtionem per eum, qui habet Territorium; nec eſt nouum, quod aliqui habeant auctoritatem cognoſcendi, non autem exequẽdi, nam idem eſt in Iudice delegato, vt in l. a Diuo Pio, cum ibi notat. ff. de re iud. in l. 4. de damn. infect.

16 Secundò mouetur: Nam qualitas † delicti facit laicum de foro eccleſiaſtico, notatur in c. cum ſit generale, & in c. ſi duobus de appell. Authen. nulla Communitas. C. de Epiſc. & cleric. cum ſimilib.

Reſpondet Anchar. in d. reg. ea quæ, & Io. Lup. vbi ſup. n. 20. & ſeq. quod illud verum eſt, quo ad cognitionẽ, ſecus quo ad exequtionem, nam inquantũ exequtio non poteſt fieri, niſi per habentem Territorium; & in ipſo, niſi in ſubditos exequentis, c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. l. cum vnus. §. his qui. ff. de bon. author. iud. poſſ. & laicus, licet ratione cauſæ ſortiatur forum Epiſcopi; non ta-

men pro hoc dicitur abſolutè ſubditus, vt dicit gloſſ. in ſimili, in Clem. 1. de foro comp & ſimilis in c. nuper, in verbo tunc erit, vbi Abb. prope finem, de ſent. excom.

Tertiò, adducunt multa iura, in quibus habetur Epiſcopum
17 † poſſe carcerare laicos Hæreticos, Sortilegos, Stupratores, & alijs modis delinquẽtes, & eos varijs pœnis afficere.

In primis adducunt in c. excõicamus, il 2. in fin. de hæret. in c. commiſsi. eod. tit.

Reſpondent tenentes contrariũ, quod iſtud eſt ſpeciale, cum ſit merè, eccleſiaſticum, in quo nullo modo Iudex ſæcularis ſe intromittit, d. c. vt inquiſitionis. § prohibemus, hinc eſt, quod traditũ poteſtati ſæculari, immediatè ipſe punit, nec poteſt videre an iuſtè, vel iniuſtè ſit proceſſatus, Ancharan. Imol. Abb in c. 1. de off. ord. Io Lup nu 22.

Secundò, contra Sortilegos, adducunt tex. in c. contra idolorum 26. q. 5. vbi Gregor. mandat Epiſcopis, vt Sortilegos, & aruſpices, ſi ſe non emendant, vt ſeruos verberibus caſtigent, liberos carcerent, & puniant, & ſic loquitur etiam de laicis, quod crimen eſt mixtum, Abb. in c. 1. de ſortilegijs. Foller. vbi ſupra, nu. 54.

Reſpondit Io. Lup. ſub nu. 24. in fine, quod de clericis, item quod loquitur de Hæreticis, vt patet ibi; idolorum cultoribus, vel alijs, qui ſunt ſimiles Hæreticis, nam contra iſtos inquit, poteſt procedi, prout contra Hæreticos, per not. in c. accuſatus. de hæret. in 6. nam largo modo dicunt̃ hæretici.

Tertiò, in crimine ſtupri, in c. 2. de adult. vbi Gregorio Epiſcopo ſcribens, mandat, vt Stupratores corporaliter caſtiget, & in carcerem detrudat, qui tex. quod loquitur, in laico patet, quia dicit, quod erat plectendus pœna legis ciuilis, qua non puniuntur clerici, c. ad reprimendum. de offic. ord. in 6. item patet, quod vult, quod contrahat matrimonium.

Reſpondit Io. Lup. num. 23. quod ille Felix erat de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, vel 2. quod non dicit, quod Epiſcopus nõ detrudat in carcerem, & verberet, ſed fortè ꝑ ſuum iud. hoc faciat.

Quartò, adducitur tex. in c. fraternitatis. 34. diſtinct. vbi Pelagius Papa mandat Epiſcopo Florentino, vt in Monaſteriũ

pro carcere quandam Ancillam concubinam tradat, propterea glo. in c.eos, in verbo indulgemus. 25. diſtinct. vbi Archid.& Domin. dicunt,quod concubina clerici debet puniri per Epiſcopum.

Reſpondit Io. Lup. ſub nu. 22. in fin. primo, quod eſt ſpeciale propter graue delictum in Deum, & Eccleſiam, quod committit concubina clerici, & propterea dicebatur, ſerua Eccleſiæ, & poterat illam Epiſcopus vendere, c. quidam. 81. diſtinct. ſi non habeat filios, alias claudatur in Monaſterio.

Deinde reſpondendo, dicit eam detrudendam in Monaſteriũ, ſed non dicit per quẽ fortè hoc fiet per Iudicẽ ſæcularem.

Quintò, adducitur tex. in c. attendendum. 17.q.4. vbi Vrbanus Papa mãdat, vt Sacrilegi perpetua damnẽtur infamia, & tradantur carceri, aut deputentur, & ibi notat glo.quod Eccleſia habet carcerem.

Reſpondit Io. Lup. nu. 24. quod loquitur de clerico, 2. quod non dicit per Iudicem eccleſiaſticum, vnde ſi erit laicus per Iud. ſæcularem punietur, vel tertio, quod ibi, eſt ſpeciale, propter grauitatem criminis.

Sextò, adducitur in c. ſtatuimus. 16. quæſt. 1. vbi Anaſtaſius Epiſcopus punit laicos retinentes decimas, vel oblationes, pœna mulctæ, dicens, bannum noſtrum componat.

Septimò, adducitur tex. in c. quiſquis. 17.q.4. vbi Ioannes Papa ſcribens omnibus Epiſcopis, dicens, quiſquis inuentus fuerit reus ſacrilegij, Epiſcopis, vel Abbatibus, vel perſonis, ad quas quærimonia ſacrilegij iuſtè pertinuerit, triginta libras examinati argenti puriſſimi componat.

Ad hæc duo, & multa alia de mente tenentiũ contrariam opinionem, reſpondetur, quod quoniam Epiſcopus non habẽs Territorium, vt ſupra, non poteſt per ſe exequi, debẽt intelligi hæc iura, quod ipſe has pœnas contra laicos exequatur, mediante miniſtro Iudicis ſæcularis,& ſic per auxilium brachij ſæcularis, quod in multis iuribus permiſſum eſt petere, vt ſupra; reſpondent id Epiſcopum poſſe, mediantibus cenſuris, exequi.

Octauò, adducitur tex in c. in Archiepiſcopatu, de rapt. vbi Alexander Tertius reſpondit, quod Epiſcopus poteſt Sarracenos raptores mulctare, flagellis moderate afficere, & a-

lias

lias punire, dummodo citra mortem, & truncationem.

Videtur reſponderi poſſe, quod illud ſit ex poteſtate ſibi delegata a Rege, & ſic potius videtur retorqueri.

Nonò, adducitur, c. fraternitatis. 11 q. 2. vbi Gregor. Auguſtino Epiſcopo Anglorum reſpondẽs qui quæſierat, quomodo fures rei Eccleſiæ puniri deberent, dicit, tua fraternitas ex perſona furis penſare poteſt qualiter valeat corrigi, nam aliqui damnis, quidam verò verberibus corrigantur neceſſe eſt, ex quo oſtendit, quod Epiſcopus ſacrilegos pauperes etiam verberibus corrigere poteſt.

Reſpondetur de mente aduerſariorum, vt ſupra ſexto, & ſeptimo textui eſt reſponſum.

Decimò, adducitur c. 1. de offi. ordin. vbi datur Epiſcopo facultas generaliter adulteria, & ſcelera inquirere, iudicare, & vlciſci; ad quam cognitionem, & vltionem neceſſaria eſt captura, & caſtigatio, vel in perſona, vel in rebus.

Reſpondet Io. Lup. nu. 21. quod debent vlciſci mediantibus cenſuris eccleſiaſticis.

Vndecimò, adducitur c. Epiſcopi. 26. q. 5. vbi mandat Concilium An vireſe Epiſcopis & eorum miniſtris, vt ſi viros, vel mulieres ſortilegas, vel magas inueniant eas turpiter dehoneſtatas, de parochijs ſuis eijciãt, quod intelligit Follerius, vbi ſupra, nu. 54. dehoneſtatas per mitram, per fuſtigationem, & ſimiles pœnas; & certè in vilibus perſonis illa verba non patiuntur alium intellectum.

Duodecimò, adducitur c. poſtulaſti. de Iudæis. vbi Innocen. Tertius mandat Epiſcopo cuidam, vt Iudæum, qui manus iniecerat in clericum, puniat pœna pecuniaria, vel alia tẽporali, ſi eſt ſuæ iuriſdictionis, ſi verò alienæ exiſtat iuriſdictionis dominum, eius moneat.

Decimotertio, poteſt addi tex. in Authen. cauſa, quæ. in fin. C. eod. de Epiſc. & cler. vbi dicitur poſſe Epiſcopos carceribus mancipare exequtores, qui citauerint, vel admonuerint monachum, vel monialem ad Iudicem ſæcularem.

Decimoquarto, adduci poteſt tex. in c. 1. 23. q. 5. in verſ. Noli perdere. in illis verbis, q̃ modus cohertionis ſæpè etiam in iudicijs ſolet ab Epiſcopis adhiberi, nam Diuus Auguſt. de hac conſuetudine Epiſcoporum clarè de verberibus vir-

garum

rarum teſtimonium facit,& loquitur indefinitè, vnde videtur etiam laicos continere, ad quod ſeruit tex. in c.illi qui. 5. q. 5. loquens de Iudice eccl. pro habenda veritate ab accuſatoribus, vel teſtibus contra Epiſcopos, qui debet exigere veritatem de latebris ſuis ab illis teſtibus diuerſis cruciatibus religioſus tortor, & loquens abſolutè de his, qui ſpontè accuſant Epiſcopum, vel de ſuſpectis illi de inimicitia, vel de ſuſpectis in fide conſtat, quod etiam laicos continet illa diſpoſitio.

Ad hęc etiam de mente tenentiũ contrariam opinionẽ reſpondetur, vel quod intelliguntur de clericis ipſis puniẽdis, put glo. in d.c.1.23.q.5. videtur ſentire, quod loquuntur de laicis puniendis per Epiſcopũ, mediante miniſtro Iudicis ſæcularis, vel quando ipſi Iudices eccl. habent etiam temporalem iuriſdictionem, prout in multis locis habent.

18 EGO exiſtimo hanc † ſecundam opinionem, ſicuti communiorem eſſe, vt ſupra dixi, ita, & in puncto iuris veriorem etiam, ſecundum antiquiora iura; ſed hodie poſt decretationem decretorũ ſac. Conc. Triden. ipſam omni penitus dubitatione carere, ſed apertiſſimè in eo determinatam eſſe.

In primis moueor, namque vt omnes etiam aduerſarij fatentur,
19 tur, Epiſcopi ſunt † Iudices ordinarij in ſuis cauſis eccleſiaſticis, & mixti fori etiam contra laicos, vt notant Doctores omnes ſupra citati, etiam tenentes contrariam opinionem,
20 in c.ſignificaſti. de off. deleg. quia † qualitas cauſæ facit laicum de foro Eccleſiæ, vt notatur in c.cum ſit generale, & in c.ex tenore. de foro comp. in c.ſi duobus. de appel. cum ſimilibus, pro hac opinione affirmatiua multæ ſunt regulæ, quæ illam probant, & ex hoc ſolo videtur defendi poſſe, qđ hęc opinio eſt, ſecundum regulas iuris, quibus in dubio ſemper eſt inhęrendum, & ſatis eſſe videtur, ſi oſtendatur adducta in contrarium nihil nocere, nec operari, vt debea-
21 mus a regulis † recedere, quibus, vt dixi, adhærendum eſt, l.ab ea parte. ff.de probat.c.2.de coniug.leproſorum. Bart. in l.ſi tutor.C.de ſer.pign.dat.manum Felyn.in c.1. de re iudic.& Dec.in c.cum ab eo. de reſcript. cum ſimilib.
22 Prima regula eſt, quod † Iudex ord. ſuas cauſas exequitur,

l. cum

l.cum quædam puella, vbi Doct. ff. de iuriſdict. omn. iudic. c. quo ad conſultationem. de re iud. Bart. Alex. & Doct. in l. a Diuo Pio. ff. de re iud.

23 Secunda regula, cui † conceditur iuriſdictio, cenſentur cõceſſa omnia, quæ exercitationi eius ſunt neceſſaria, l. 2. vbi Doct. ff. de iuriſd. omn. iud. c. præterea, vbi Doct. de offic. deleg. vbi glo. in verbo ex ea, multa ſimilia congerit.

24 Facit, nam regulariter iudicium † eſt vnus actus integer, q conſtat ex cognitione, diffinitione, & exequtione, & ſic exequtio eſt pars iudicij, vt per Innocen. in d. c. ſignificaſti. de offic. deleg. & propterea Rob. Marant. in illo tract. de ord. iudiciorum, præcipuè in 6. par. quando loquitur de exequtione, illam appellat tertium actum iudicij, & propterea dici ſolet, quod idem ſtatuitur de poteſtate exequendi, qd de poteſtate cognoſcendi, & diffiniendi, not. in c. præterea. de off. delega. & ideo habet locum alia, & tertia regula iuris, quæ habet, quod vna, eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.

25 Quarta regula ſeruit huic ſententiæ, nam ius † ſingulare denotat ius cõmune, & regulam in contrarium, l. quod vero contra. C. de leg. l. ius ſingulare. ff. de legibus. ſed ſpeciali iure eſt ſtatutum, vt clericis ſententias ſanguinis non ferant, non dictent, nec vindictam ſanguinis exerceant, vel vbi exerceatur interſint, ita Innoc. 3. in c. ſententiam ſanguinis, ne cler. vel monac. loquens de Iudice eccleſiaſtico, exercente ſuam iuriſdictionem eccleſiaſticam. Idem etiam ſpecialiter inducitur in Epiſcopo, vel alio, habente iuriſdictionem temporalem, vt in ea non poſſint per ſeipſos ſententias ſanguinis exequi: ergo infertur, quod regulariter extra ſanguinis effuſionem cæteras ſentẽtias ſuas exequi poſſint. Hinc eſt, quod in cauſis hæreſis, quamuis ipſi etiam laicos carcerare, & corporaliter punire poſſint, vt in Clemen. 1. de hæret. tamen quando capitali pœna ſunt puniendi, traduntur per ipſos eccleſiaſticos Iudices Curiæ ſæculari. c. ad abolendam, cum vulg. de hære.

Satis ergo pro tuenda hac opinione eſſet reſpondere ad iura adducta in contrarium, quia regulæ communes attendi deberent illis ſublatis, ex abundanti tamẽ ex multis alijs credo

do hanc opinionem corroborari poſſe.
26 Secundò igitur probatur, nam † Epiſcopus dicitur habere Territorium, ita ex verbis Concil. Aurelianenſis probatur in c. omnes Baſilicæ. 16. q. 7. vbi quod omnes Baſilicæ ſunt in poteſtate Epiſcopi, in cuius Territorio ſunt poſitæ. alius eſt tex. in c. fin. de conſtit. in 6. vbi Bonif. 8. dicit, quod ſtatutum Epiſcopi cõtra fures non habet locum in his, qui commiſerunt furtum extra eius diœceſim, & reddit rationem, quia extra Territorium iuſdicenti impunè non paretur, ergo Epiſcopus habet Territoriũ, & ita not. ibi Gem. in vlt. not. omnis namq; iuriſdictio ordinaria requirit Territorium, cui cohæreat, & ſine eo non poteſt ſubſiſtere, ita Bald. in l. ſi quis ex conſenſu. num. 9. in fin. C. de Epiſcopali aud. & hanc communem opinionem eſſe, dicit Boer. deciſ. 227. & probatur in l. fin. C. vbi, & apud quem. eſt n. Territorium ſpacium terræ munitum iuriſd. Bald. in Rubr. quæ ſint regalia. Dec. conſ. 649. Boer. vbi ſupra. nu. 7.
27 Præterea hoc patet, quia Diœceſis † idem in effectu ſignificat, quo ad iuriſd. eccl. quod Territorium, quoad temporalem, Io. Andr. Gem. & Doct. in c. cum Epiſc. de off. ord. in 6. Sed qui habet Territorium habet poteſtatem carcerãdi ſuos ſubditos, quia Territorium ſonat ſuperioritatem, cohærtionis. Old. conſ. 176. & executio fit in ſubditos Territorij exequentis, c. Rom. §. contrahentes, de foro compe. in 6. & quod Diœceſis idem ſit, quod Territoriũ tenuit Angel. & Docto. in Auth. quo Epiſcopus. § non aliter. Alber. in dictionario, in verbo Diœceſis: Dicunt. n. quod Diœceſis ſignificat locus ſpiritualis, ſicuti Territorium locus temporalis; cum itaque non ſit dubium, quod qualitas cauſæ faciat laicum de foro Eccleſiæ, vt ſupra latè probatum eſt, ſequitur, quod Epiſc. in eum tanquam in ſubditum, Territorio ſuo in illis cauſis poteſt facere executiones.
Ex his patet reſponſio ad illud ſecundum fundamentũ aduerſariorum, in quo vim maximam faciebant, ex quo colligebant reſponſiones ad multa ex fundamentis, quæ pro hac opinione affirmatiua adducebantur, immo fundamentum retorquetur contra ipſos, nam in eo verificantur ea, quæ ipſi dicunt de habente Territorium, quod poteſt in eo facere exe-

re exe-

re exequtiones, & nemo alius poteſt ſe intromittere in eo in faciẽdis exequtionibus. Adducta aũt per ipſos fortè vera erãt antiquiſs. iure eo tempore, quo Epĩ ordinariã iuriſdictionem non habeant, neq; Territoriũ, de quo meminerũt Cyn. Bal. & quidã antiqui in l. Epiſcopi. C. de epiſcop. aud. Tertiò, moneor per tex. generaliter docentem qualis ſit poteſtas Epiſcopi, in c. 1. de off. ord. vbi Ioã. Papa in Synodo dicit, Habeant Epiſcopi in ſuis Diœceſibus liberam poteſtatem adulteria, & ſcelera inquirere, vlciſci, & iudicare, ſecundum quod canones cenſent abſque impedimento alicuius; qui tex. adeo clarus, & apertus videtur, vt nullam recipere videatur declarationem, & continet etiam laicos, tum quia ſermo ejus eſt indefinitus, & laici quoq; committunt adulteria, & alia ſcelera eccleſiaſtica, vt ſacrilegia, vſuras, & ſimilia, tum quia ſe remittit ad canones, & ſic loquitur de omnibus ſceleribus, & de omnibus perſonis, de quibus in canonibus mandatum eſt, vt cognoſcatur p Epiſcopos, & vult. tex. vt poſſit etiam vltionem de eo ſumere. Nec conuenit reſponſio, quam ſolent aduerſarij adducere, quod intelligatur mediantib⁹ miniſtris ſæcularibus, vel ſolum per cenſuras, nam vltra, quod eſt diuinatio, & nimia reſtrictio, ac violatio verborũ, idem tex. inferius hanc reſponſionem excludit, dicens, & cum opus fuerit publicum conuocent auxiliũ. ecce quod per ſe ſcelera vlciſci poſſunt, & non ſemper debent implorare auxilium, ſed tantum cum opus fuerit cum auxilium prædictum ſolum in ſubſidium ſoleat peti, ſecundum omnes, vt infra, & tam contra clericos, quàm contra laicos. Pondero etiam in eo textu illa duo ver-
28 ba, liberè † & ſine impedimento alicuius, quorum natura eſt, vt excludant omnem conſenſum, auctoritatem, & neceſſariam cuiuſcunq; alterius requiſitionem, vt in his terminis not. Butr. in d. c. 1. not. 2. & ita Arch. & Gem. num. 9. & Franc. not. 2. & alij in c. cum Epiſc. de off. ord. in 6. & eſt tex. in c. de multa, vbi Abb. nu. 3 teſtatur hanc eſſe cõmunem opin. de præben. illud. n. quis dicetur poſſe facere liberè, in quo nullo alterius indiget neceſſario miniſterio, Iaſ. in l. Centur. nu. 47. ff. de vulgar. & pupilar. Bart. in l. precibus, col. 3. verſ. Quid ſi dicit. C. de impuber. & alijs ſubſti-

Quartò moueor, nam multa ſunt ex iuribus, quæ pro hac opinione ſupra deducta ſunt ad probandum, quod Iudices eccleſiaſtici, exequantur etiam in laicos, & tam in perſonis, quàm in bonis eorum, quæ adeo apertè hanc opinionem probant, nulla poſſit eis applicari conueniens reſponſio, vt in hæreticos, d. Clem. 1. de hæret. & in ſortilegos c. contra idolorum & c. Epiſcopi. 26. q. 5. & in c. fraternitatis. 12. q. 2. vbi de ſacrileg. in crimine ſtupri. c. 2. de adult. in cõcubina clerici. in c. fraternitatis. 24 diſtinct. & de pœna pecuniaria. in c. ſtatuimus 16. q. 1. c quiſquis. 17. q. 4. & carceratione exequtorum, Auth. cauſa quæ. C. de Epiſcop. & cler. quæ iura cum ſupra ſint declarata, non repeto, loquũtur enim vel apertis verbis etiam de laicis, vel vtuntur dictione, quiſquis, vel alijs ſimilibus, ex quibus clarè conſtat, quod etiam laicos continet, nam & ipſi huiuſmodi ſcelera ſolent committere, & propterea etiam tenentes contrariam opinionem fatentur, quod Epiſcopus poteſt cõtra ipſos procedere, tanquam in ſubditos factos ex delictis, licèt negent eos poſſe facere exequtiones: & dicere, prout ipſi dicebant, quod in caſibus illorum iurium erat ſpeciale, ob grauitatẽ criminis, vel ea eſſe vera, quando Epiſcopus habet temporalem iuriſdictionẽ, & alia huiuſmodi, de quibus Io. Lup. & alij mentionem habent, eſt diuinare, & maximè præfata iura violare; nam alias, quando aliquid ſpecialiter ſtatuitur, exprimi ſolet id ſpeciali iure fieri, vt in c. licet. in fin. de elect. in c. in fidei fauorem. de hæret. in 6.
29 & qui † dicit iure ſpeciali, quid factum eſſe iuſtificare debet id ratione ſpecialitatis fuiſſe inductum, ſecundum Bar. in l. repet. ff. de quæſt. Abba. in c. 1. de confeſſ. cum ſimilib. quod maximè verum videtur, quando aliquid diſponitur conforme diſpoſitionibus iuris communis, & regulis: tunc enim ſemper videtur credendum id iure potius communi, quam iure ſpeciali ſtatutum eſſe.

30 QVINTO, & vltimo, † quæſtio hæc hodie nullam videtur habere difficultatem: nam in decreto ſacr. Conc. Trid. in cap. 3 ſeſſ. 25. quod cap. incip. Quamuis excommunicationis gladius, in §. in cauſis verò iudicialibus. hoc ſupponitur pro certo, & indubitabili, & ſuper eo, tanquã iã determina-

mina-

minato diſponitur.ſ. Epiſcopi in cauſis iudicialibus, quandoque propria auctoritate ab ipſis fieri poteſt exequtio realis, vel perſonalis, abſtineant a cenſuris. & paulo inferius particulariter de cauſis eorum ciuilibus loquens, dicit, Liceat eis, ſi expedire videbitur, in cauſis ciuilibus ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus contra quoſcunque etiam laico; per mulctas pecuniarias, ſeu per captionem pignorum, perſonarum diſtrictionem per ſuos proprios, aut alienos exequtores faciendam, procedere,& cauſas definire. item paulo inferius ſubijcit, in cauſis quoque criminalib. vbi exequtio realis, vel perſonalis, vt ſupra, fieri poterit, erit à cẽſuris abſtinendũ & verbũ illud, vt ſup. oſtendit, quod ſicuti ſupradictum erat etiam contra laicos, & propria auctoritate,& per proprios miniſtros, ita in criminal intelligendum eſt. Quæſtio ergo hęc hodie dubium non habet: Immo idem ſupponitur fuiſſe, cum nihil in eo canone noui tribuatur Epiſcopis, ſed ſolum diſponitur, vt alio ordine procedant, quam eo, quem antiquitus obſeruabant: in primis.n. cenſuris vtebantur, de in reali, vel perſonali exequtione, hodie in primis reali, vel perſonali illis vtendum eſt exequtione, deinde cenſuris. cum itaque Reges omnes, & Principes Chriſtiani, & decretis in ſacro Concil. interfuerint,& viderit quam diligenti diſputatione & exacta diſcuſſione fuerint ſtatuta, & ipſis conſenſerint; nullus eorum hodie debet illis reſiſtere, præcipuè in his, quæ & rationi, & regulis iuris communis ſunt conformia.

HIS ſtantibus, non obſtant ea, quæ pro contraria opinione adducebantur, & 1. c cum Epiſcop. de offic. ord. in 6. nam
31 reſpondetur, † quod illud, quod inde colligunt eſt per contrarium ſenſum, quod argumentũ tunc non concludit, quãdo contrarium ſtatutum, eſt in iure, glo. eſt notabilis, in c. ſignificaſti, de foro compet. & in Clem. 1. in verbo obſeruare, de ſent. excomm. & eſt tex. quem ibi ad hoc ponderant Abb. Fely. & Doct. in c. a nobis. il ſecondo, de ſent. excõ. & ita ad illum text. & ſimilia in terminis noſtris reſpondet Gemin. Franc.& Doct. in ipſomet c. cum Epiſcopus. de off. ord. in 6. & Foller. in pract. crim. canon. in 2. parte iudic. in verbo aut inquiſitione formata. nu. 3. eſt mihi fol. 98.

Secundò, non obſtat c. cùm C.laicus. de foro comp. in 6. vbi dicitur Epiſcoum contra periurium debere procedere per excommunicationem, & nullum verbum de exequtione reali, vel perſonali, & loquitur contra laicum: ergo infert cō-
32 tra eum alijs remedijs vti non poſſe. Nam in primis † reſponderi poteſt eodem modo, quo ſupra proximè, quod iſtud eſt argu. quodammodo per contrarium ſenſum. Nam ex inclusione vnius poteſtatis excommunicandi, nolunt excludere poteſtatem aliarum exequtionum, quod argumentum in terminis noſtris, in quibus iura aperta contrarium determinant, non concludit, vt ſupra: immo dici debet, q̄ ſicuti vna lex aliam declarat, & extēdit; ſic cum in vno canone ſit dictum eum vti poſſe cenſuris, in alio verò eū poſſe exequtiones reales, & perſonales facere, videtur dicendum pro cōcordandis iſtis iuribus, ex vno canone aliud ampliari, præcipuè cum hoc ſic apertè declaratum; & ſi opus eſt, determinatur in nouiſſimo canone ſacr. Conc. Trident. q̄d tanquā vltimū ius præ ceteris antiquioribus attendi debet.

Præterea poteſt reſponderi, quod ille canon dat ordinē Epiſcopo, vt primo loco per cenſuras exequatur non excludēs, quin pòſtea poſſit vti alijs exequtionibus, qui erat ordo ꝓcedendi, ſecundum iura antiqua, iuxta not. in c. cum non ab homine. de iudi. glo. in Clem. diſpendioſam. eod. tit.

Tertiò, etiam non obſtat, quod iuriſdictiones iudicum ſæcularium, & eccleſiaſticorum ſint diſtinctæ, & propterea ſæculares Iudices in clericos exequi non poſſe, nec eccleſiaſticos in laicos. Nam reſpondetur, quod iuriſdictiones quidem diſtinctæ ſunt, ſed perſonæ laicorum, quandoque ſunt ſubiectæ iuriſdictioni eccleſiaſticæ, vt ipſimet aduerſarij fatentur, & in ciuilibus, & criminalibus: vnde non erit confuſio iuriſdictionum, ſi eccleſiaſticus ſuam iuriſdictionem exerceat, & ſuas ſententias contra ſuos ſubditos etiam laicos exequatur; quæſtio.n.noſtra eſt non de iuriſdictione, ſed de exequitione, eorum autem propoſitio eſt de iuriſdictione, in qua omnes ſunt concordes, quod etiam in laicos illam habent eccleſiaſtici in multis cauſis, immo confuſio eſſet, ſi cauſas iuriſdictionis eccleſiaſticæ exequerentur ſemper ſæculares miniſtri. Nam in iuriſdictionis diſtinctione non

ſim-

ſimpliciter habetur ratio perſonarũ. ſed cauſarũ. prout latiſſimè de mente omnium Doct. oſtendit Aufrer. in illis tractatibus de poteſtate ſæculari in eccleſiaſticas perſonas, & de poteſtate eccleſiaſtica in laicos,& Marant. in illo tract. de ord. iud. in 4. parte, diſt. 11.

Quartò, etiam non obſtat, quod Epiſcopus Territorium non habeat: Nam ſatis huic reſponſum eſt per ea, quæ dixi in ſecundo argumẽto meo pro defendẽda hac opinione. Nam demonſtraui, quod immo Territorium habet, & conſequẽter omnia, quæ habent alij Territorium habentes.

Ad vltimum, & penultimum eorum argumentum dum dicebant, quod non eſſet par ratio laicorum, & clericorũ, nam perſonam clericorum capere non poteſt ſæcularis, nec in eum facere exequtionẽ: nam reſpondetur, verum eſſe pa-
33 rem rationem. Nam † Iudex eccleſiaſticus eſt capax iuriſdictionis temporalis, etiam in perſonis laicorum, vt patet in Summo Pont. & in multis alijs Epiſcop. & Abb. qui habent temporalem poteſtatẽ, & nullam vnquam habuit du-
34 bitationem. At contra † Iudex ſæcularis eſt incapax iuriſdictionis in clericos, vt dixit Abb. in c. ſignificaſti. nu. 16. de foro competen.& hoc eſt de iure diuino. Nam priuilegium fori laicorum eſt de iure diuino, c. ſi Imperator. vbi gloſſ. quam omnes extollunt. 96. diſtinct. Card. in cap. perpẽdimus.de ſent. excom. Tancred. Innoc. Goffre. Hoſt. Io. Andr. Siculus, & alij in c. ſi de maior. & obed. & propterea conſuetudo in contrarium non valet. c. 1.& 2. 11. q. 1. c. clerici. vbi Docto. de iudi. Aufrer. vbi ſupra in 1. regula, & tamen etiam ſecundum aduerſarios valet cõſuetudo, qđ eccleſiaſticus Iudex exequatur contra laicos.

Vltimo loco non obſtant multa iura, quæ pro contraria opinione adducũtur, in quibus dicitur Epiſcopum debere implorare brachiũ ſæculare, vel exequtiones reales, vel perſonales contra laicos faciendas eſſe p principales,& prãtes ſæculares,& alia ſimilia: Nam reſpondetur, ſecundũ Oldr. (quem ipſi citant, tanquam tenentem ſuam opinionem) in conſ. 89. Dec. And. Sic. & alios in d. c. ſignificaſti, quod illa
35 iura intelliguntur, quando † de facto ob caſum aliquem difficilem Epiſc. per ſe non poteſt. Ita etiam ſentit Abba.

in c. poſtulaſti. nu. 5. de Iudæis. ita etiam declarat Conſaluus in tract. de hæret. q. 19. nu. 9. Dicens, quod ita intelligi debent omnia iura, quæ loquuntur de hoc brachio ſæculari, & quod ſit remedium ſubſidiarium tenuit Butr. in d. c. cum non ab homine. ibi, & nota, quod ceſſantibus remedijs ordinarijs. & ſequitur ibi Imol. nu. 4. & Aret. nu. 10. & Fely. colu. 1. de iudi. hoc autem clarè probari oſtendunt in multis ex iuribus per eos adductis, in quibus adſunt illa verba, & cum opus fuerit, ſi neceſſe fuerit, & ſimilia, vt in c. 1. de off. ord. in c. 2. de maled. in c. 2. de cler. excom. miniſtr. in illis verbis, ſi Epiſcopus minimè emendare potuerit. & ꝓpterea hæc communis interpretatio adaptari debet etiam ad alia iura, in quibus hæc clauſula non eſt ſcripta; ſecundum omnes, vt patet clarè in verbis d. c. 2. de cler. excom. min. ibi, ſi Epiſcopus minimè emendare potuerit forte ob paupertatem, & defectum miniſtrorum, vel potentiam delinquentium. Ad quædam etiam ex illis iuribus conuenit alia reſponſio, quod quandocunque Epiſcopi eam viam eligunt; quia magis ſibi expediens eſſe videtur. & ideo Fely. in loco ſupra citato ait, opinionem negatiuam procedere ex vrbanitate: eſt. n. in eorum libertate vti, vel non vti ipſa reali, vel perſonali executione, & ideo in decreto ſupradicto decreti Conc. Tridē. dictum eſt, Liceat eis, ſi expedire videtur, &c.

Quandoque implorat ſæculare brachium, etiam propter periculum effuſionis ſanguinis, vt in caſu c. poſtulaſti. de homicid. quod citant aduerſ. & ſimilium; aut quando pœna eſt capitalis, vt in ſciſmatico, & ſim. vt in c. de ligur. 23. q. 5. per aduerſ. citato, vbi dicitur, per poteſtates publicas opprimatur. Hæ reſponſione declarant omnia iura ſupra adducta in contrarium, & ideo breuitatis gratia non inſiſto in dictis iuribus declarandis ſingulariter; eſt. n. neceſſariũ ipſa ſic intelli in ſubſidium, ne contraria ſint iuribus ſup. pro opin. affirmat. adductis.

Quoniam aut quædam ſunt ex illis iuribus, quæ videntur innuere, quod Epi nihil aliud facere debeant, niſi admonitiones; quibus ſi non acquieſcant homines, poteſtate temporali debent compelli; vt in c. Principes ſæculi. 23. q. 5. & c.

pe-

petimus.2.q.1. & ſi quæ ſunt ſimilia.

Propterea his credo ſic reſponderi poſſe, in primis generaliter, quod fortè illud antiquiſſimis temporibus in Eccleſia obſeruabatur, ſed poſtea per multa poſteriora Concilia, & alias conſtitutiones aliud ſtatutum eſt, vt apertè conſtat ex iuribus ſupra, pro affirmatiua opinione deductis. & propterea Bald. in l. Epiſcopali. C. de Epiſcopal. aud. dicit, quòd antiquiſſimo tempore Epiſcopi non habebãt Territorium, & ſic ſentit, ſecundum aliquos, quod habebant ordinariam iuriſdictionem. & loquitur etiam de mente Cyn.

Præterea ad c. Principes, poteſt dici, Iſidorum non loqui de Epiſcopis, ſed de Sacerdotibus, Prædicatoribus, & Doctoribus, qui etiam de negotijs temporalibus prædicãt, & docent populum, & ideo dicit, vt quod non præualent efficere Sacerdotes per doctrinæ ſermonem, Principes imperent per diſciplinæ terrorem.

Propterea Iſido. non habebat poteſtatem legis cõdendæ ſimiliter dici poteſt, quod Conc. Cartaginenſe in d. c. petimus, dum dicit, auctoritate iudiciaria excludatur, qui admonitioni Epiſcopi acquieſcere noluerit, intelligitur de poteſtate iudiciaria eccleſiaſtica: non enim exprimit de temporali, ſed dato, quod de temporali loquatur illud fortè antiquiſſimo iure diſpoſitum erat, vel fortè ſic temporibus illis ob paupertatem Epiſcoporum, & impotentiam, vel forte ob magnam obedientiam miniſtrorum ſecularium, quam præſtabant ipſis Epiſcopis, illud exprimitur: non tamen poteſt neceſſario inferri, quod Epiſcopus nõ poteſt per ſe, niſi per argumentum a contrario ſenſu, quod vt pluries dictum eſt non concludit.

Stat ergo ex dictis firma opinio affirmatiua, & hodie nullam patiens difficultatem, quod Epiſcopi in cauſis eccleſiaſticis, & mixtis, alijs omnibus ſui fori ſubditos ſuos etiam laicos, & carceri mancipare, & alias contra eos, & eorum bona exequtionem facere poſſunt,

exceptis his, in quibus, vel membrorum mutilatio, vel mors naturalis, aut alias ſanguinis effuſio interuenire poteſt.

I N-

INCERTI AVCTORIS

Quod cauſæ bonorum Eccleſiaſticorum, & Locorum Piorum ſpectant ad Eccleſiaſticum Iudicem.

BONA Eccleſiarum, ac perſonæ clericorum, quo ad priuilegium fori, eodem iure cenſentur: Ideo quemadmodum iſtæ trahunt, & non trahuntur, ita & illa c. Eccleſia S. Mariæ, vbi gloſ. & Butr. c. quæ in Eccleſiarum, vbi Doct. com. de conſt. c. quamquam. de cenſ. in 6. Socin. in c. ſi clericus. nu. 2. de foro comp. cum ſimil.

Vnde quando de illis agitur, etiam ſi reus ſit laicus, conuenitur coram Eccleſiaſtico, c. ſi clericus laicum. de foro comp. vbi Felyn. in princ. Butr. Abb. Bellam. Imol. & alij Scrib. & in c. iudicatum. 89. diſt. & gloſ. fin. in c. clericum. il 3. in ſum. in fin. 11. q. 2. Specul. de compet. Iud. adit. § 1. nu. 27. Socin. in c. licet ex ſuſcepto. nu 14. caſ. 27. de foro comp.

Siue agatur interdicto recuperandæ, c. licet cauſam. de prob. c. 1. de reſtit. in integr. c. reintegranda. 3. q. 1. c. 2. 2. q. 2. glo. pen. in fin. in c. cum dilectus. de his qui vi, & met. Abb. in c. cum ſit generale. nu. 10. de foro comp. ibidem Mar. Soc. num. 14. & Felyn. colum. 2. ver & dum dicit. Couar. var. reſol. c. 4. n. 2. lib. 1. Ipſomet Menoch. in tract. recuper. remed. 15. nu. 205. latiſſimè.

Siue agatur interdicto adipiſcendæ, & hoc ſiue titulo vniuerſali, ſiue particulari, ſiue ex vltima voluntate, vt occaſione relictorum Eccleſiæ factorum, c. nos quidem. c. ſi hæredes. c. tua nobis. de teſt. Conc. Trident. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 8. vel donationis inter viuos. c. cum dilect. de donat. Hoſt. in c. licet ex ſuſcepto. de foro comp. nu. 9. ver. quartus, & ver. duodecimus. & Bellam. ibid. nu. 2. ver. primo nota, & c. fin. de rebus Eccleſ. non alienan. Menoch. in tract. adipiſcen. Et hoc locum habet in quibuſcunque bonis mobi-

 libus

libus, vel immobilibus, iuribus, & actionibus, d. c. ſi clericus, qui loquitur de rebus indifferenter, & rerum appellatione prædicta continentur, l. 1. ff.ſi cert. pet. Inſt.de actio. §. 1. l.rei appellan. de verb. ſignif. Socin. in c.ſi clericus.nu. 15. verſ.Et ſic etiam concludit.

Siue agatur actione perſonali. idem Soci. in loco cit. nu. 15. Innoc. Io. And. Zabarel. ibid.& glo.magna in c. cum ſit generale, vbi Docto.eod.tit. c.quicunque militum. c.Apoſtolicus. 12. q. 2.

Siue agatur actione reali,vel mixta,quę eodem iure cenſetur, ac realis. Specul. de contu.§. 3.num 11.c.cum ad Sedem.de reſtit. ſpol. Soc. in d c.ſi clericus. nu.15.verſ.Ego arbitror, qui citat Zabar. Fely. ibid. nu.14.

Siue in rem ſcripta, Imol. in d. c. ſi clericus. num.3.& Innoc. loquentes in ſpecie de locato, & legato, & ſimul, & dūmodo de re Eccleſiæ tractetur, ſpectat ad Eccleſiaſticum, glo. in ſum. in c.clerici,il 3. 11. q. 1. in fin. Innoc. in d. c. ſi clericus laicū. de foro comp. quem refert Aegyd. in d.c. cum ſit. in pri. quæſt. Felyn. ibidem, nu. 2. Zabarel. quem refert Marian. nu. 15. Hoſtien. in d. c. cum ſit. nu 2.

Item, ſiue agatur petitorio, c.pen. de nou.oper.nunc. glo.pen. in fin. d.c cum dilectus. de his, quæ vi met.&c Hoſt. in d.c. cum ſit.Imol.d.c.ſi clericus.n.3. verſ.Et ſubdit,& verſ.Item pondera. Abb.antiq. in princ.Fely.nu.4.poſt Panorm. Soc. ibid.nu.15.& 16.

Siue agatur in poſſeſſorio, Soc. in d.c.cum ſit. nu.14. & 16. de foro comp. & in ſpecie quando agitur ex c. reintegranda. 3.q 1. & alia adducta ſupra in verſ.Recuperandæ.

Quæ regula procedit etiam, ſi negetur rem eſſe Eccleſiæ, quia tunc etiam ſpectat ad eccleſiaſticum cognoſcere, ſi allegatur delictum, vt rapina, dolus, ſacrilegium, violentia,&c. glo. & Doct. in d. c cum ſit Com.

Et ſi negetur rem eſſe Eccleſiæ, & non adſit delictum, tamen ſi eſſet notorium rem eſſe Eccleſiæ, ad eccleſiaſticum ſpectat cognoſcere, c. ſuper eo. de teſt. cog. Felyn. in d. c. ſi clericus.nu.1.Abb.in eod.loc.Soc.ibid.num 1 & 14.

Item, ad eundem ſpectat cognoſcere, quando negatio haberet contra ſe præſumptionem, Fely. ibid. verſ. 3 qui allegat

Innoc. in c.ex parte, il 2. de verb.ſignif.& Archid. Domin. Angel. & Rom.

Item, quando eſt ſimplex negatio abſque probabili ratione, Felyn. ibidem. verſ. Quintò, fallit. qui ad hoc allegat Butr. Imol. & Bald. latè.

Idem eſt, ſi negatio facit rem dubiam, nam ſpectat ad eũdem Iudicem, Felyn. nu.4. ibid. qui allegat Abb. in c.1.de procurat.& ſimil. Bald.

Item, ſpectat ad eccleſiaſticum cognoſcere de hac qualitate tribuente iuriſdictionẽ, quando negatur. Abb.& alij Scrib. in d.c.cum ſit,& Doct. in d.c.ſi clericus laicum, & præcipuè Butr. & Fely. nu.2. verſ Limita, & Socin. ibidem num. 11. verſ.Prima opinio. latiſſimè,qui citat Zabarell.& Gofred. Butr. in c.cœterum. de iud.nu.9. Aegyd. in d. c.ſi clericus, qui citat Hoſt. Gofred. & alios.

Quo ad tertium de bonis mobilibus, tex. in d.c.ſi clericus laicum, loquitur indiſtinctè, & habet locum vbicunq; tractatur de rebus tam mobilibus,quàm immobilibus: ſed deſcẽdendo etiam ad magis particularia, dicitur.

Cauſas decimarum, & fructuũ, quæ ex illis percipiuntur, ſpectare ad eccleſiaſticum, etiam contra laicos reos. text. eſt in c.1. de decim. c.peruenit. c.nuncios. c. cum homines, & paſſim toto tit.de decim.vbi Doct.Cald. conſ.15. circa fin. de foro comp. Mar. in c. licet ex ſuſcepto. num.15. idem in tract. de foro comp. num. 31. etiam ſi agatur de fructibus, etiam contra tertium poſſeſſorem, Couar.pract. quæſt.nu. 2.cap.35. in princ. Germon. de ſacrorum immunit.c.15.& 19. nu.95.& 96. lib.3.

Cauſæ mortuariorum, & legatorum piorum, tam mobilium, quàm immobilium, & fructuum eorundem ſpectant ac Eccleſiam, c.tua nobis. de teſt.vbi gloſ. in verb. pijs. c.fin. de reb. Eccleſ. non alien. Authen. de Eccleſ.tit.col.9.§.ſi quis autem. Conc. Triden. ſeſſ. 21. de reform. c.8. In vtroque enim caſu cõpelluntur etiam per cenſuras laici ad ſolutionem, vt dicit Couar. in præcitato loco.

Cauſæ pariter, quæ oriuntur occaſione fructuũ, & redditũum eccleſiaſticorum, vt eorum adminiſtratorum ſpectant ad Epiſcopum etiam contra laicos, c. indicatum. 89. diſt. vbi

gloſ.

gloſ. & in c. generaliter. §. iuxta. 16. q. 1. c. iudicatum. de immun. Eccl. Conc. Triden. ſeſſ. 25. c. 8. Socin. in c. ſi quis clericus. nu. 20. de foro compet.

Et eadem de cauſa iudicat contra colonos Eccleſ. d. c. iudicatum. vbi gloſ. & Doct. Archid. & Vgo notat, & dicit ita in practica fuiſſe obſeruatum Bononiæ, l. 2. C. de Epiſc. & cler. l. ſi quis. C. vbi cauſ. Fiſc. Soc. in c. ſi quis clericus. in 5. declarat. de foro comp. Aegyd. in c. 2. de foro comp. num. 2. Idem in c. ſi clericus. nu. 2. quia occaſione bonorum Eccleſiæ ſunt immunes. Burſ. conſ. 25. nu. 1. lib. 1. de com. & conſ. 51. num. 42. lib. 3. Bonac. in tract. commun. de ſacroſanct. Eccleſ. num. 70.

Quod procedit etiam contra conductores bonorum Eccleſiæ, c. propter ſterilitatem. de loc. & conduc. & contra liuellarios, & emphyteutas, c. potuit emphyteuta. eod. tit. Specul. de compet. Iud. Ad. num. 27. §. 1. & quotidie practicatur, quod clerici contra laicos debitores fructuum, vel penſionum, procedunt per cenſuras, Cal. de loc. conſ. 6.

Præſcribit pariter occaſione dd. bonorum formam locationibus, venditionibus, & eorũ alienationibus, tam mobilium, quàm immobilium, & contra inobedientes iudicat, & punit, c. nulli liceat. c. fin. de reb. Eccleſ. non alien. & Extrau. ambitioſè. de reb. Eccl. non alien. vbi Scrib.

Quo ad quartum de Locis pijs, clarum eſt in iure, quod bona ad vſus pios deſtinata, ſunt de foro eccleſiaſtico, l. illud. l. ſancimus, vbi Bald. C. de ſacroſ. Eccleſ. idem in Authẽ. hoc ius porrectum. col. 2. verſ. 2. vidẽdum. & in l. ſi Orfanotrofos. C. de Epiſc. & cler. etiam ſi ſint applicata fraternitatibus ſæculariũ, poſt alios ipſemet Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 37. & ſeq. Mar. Soc. de viſit. nu. 14.

Immo etiam perſonæ in particulari, quouſq; tractant negotia Locorum piorum in his, quæ ad dicta Loca ſpectãt, ſunt de foro eccleſiaſtico, Felyn. in c. nullus. nu. 8. de foro compet. Butr. in c. 2. eod. tit. Abb. conſ. 54. nu. 3. Soc. nu. 14. de viſitat. Franc. in c. indemnitatibus. §. prædicta. nu. 2. de elect. in 6.

Circa quæ Epiſcopus ordinat, & iubet, & remouet Officiales, & reuidet computa, & alia peragit. Clem. quia contingit. de relig. domib. Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. fin. & ſeſſ. 22. cap. 8. de

refor.& ſeſſ.25. cap.8. de reform. Soc. in c. ſi quis clericus. de foro comp. nu.19. latè.

Patrimonialia clericorum,quo ad forum eodem priuilegio vtuntur, ac aliæ res eccleſiaſticæ. c. quaquam. de cenſ. in 6. vbi glo. in ver. ipſarum, quę allegat concordantias in c. ſimiliter. 16. q.1. vbi gloſ.& Ioan. & Ber. in glo. in c. ex litteris. de pigo. 12.q.2..c.Eccleſiarum. vbi gloſ. & 87.diſt.c. eos qui, vbi glo c.ſi clericus laicum.de foro comp.vbi Abb. nu.3.c.fin.vbi glo de vita,& honeſt. cleric. gloſ. in c.Eccleſ. S.Mariæ. de conſtit. Abb. in c.Eccl.S.Mariæ.nu.26.de cōſti. in 2.lect. Idem in c.1.de cler.pereg.in not. idem in c.fin.de vita,& honeſt.cleric.Iaſ.in Auth.quas actiones.C.de ſacroſanct. Eccleſ. Rom. ſing. 457. in pri. incipiente, tu ſcis generale. Card. in Clem.1.de vita, & honeſt. cler.q 17. Ioan. Andr. in c.1.de cler.coniug. in 6. Felyn. in c.Eccl.S.Mariæ. nu.7. latè de com.Butr. in c.fin. de iud. ver.aduerte tamen. Imol. in c.fin.de vita, & honeſt.cleric. idem in c.Epiſ. nu.4. de præb.& dignit. Marian. in d.c.ſi clericus. nu.2. Innoc.& Butr. in c. cœterum. in ver. ex omnibus prædictis, de iud. Gemin. in d.c.quamquam. nu. 2. & in recollect. com. opin. de Epiſ.& cler. nu.52. vbi de magis commun. & plurimi alij Doct. allegantur. Et ipſemet Menoch. recuperand. remed.15.nu.21.

Quoad executionem faciēdam ab eccleſiaſticis, cum proprijs executoribus exaduerſo dicitur, in hoc recedi a diſpoſitione iuris communis: cuius contrariūm facilè apparebit, ſi videatur Deciſio Congregationis Cardinalium,facta ſuper differentijs iuriſdictionalibus a Pio V. in qua conſideratur in ſpecie hic punctus, & multa iura, & plures auctoritates adducuntur, quæ ibi videri poſſunt, quas ego non adduco, ne videar tranſcribere, & primo perpenditur, quid de iure communi, tam in ciuilibus,quàm in criminalibus, ſecundo quid vigore Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. Eccleſiæ competat in hoc negotio.

Secundò dicitur, exaduerſo hoc eſſe contra generalem cōſuetudinem ſtatus. Quod omnino negatur, immo contrarium verius aſſeritur in Mediolanen. Eccleſia adeſſe conſuetudinem præſcriptam, etiam ab immemorabili tenendi fami-

liam armatam, & exequendi ſuas ſententias, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, etiam contra laicos; quod ex proceſſibus, & multis alijs deduci poſſet.

Tertiò dicitur, hic agi ad inobſeruantiam litterarum a S. M. olim tranſmiſſarum, quod non obſtat; nam clarum eſt Regi non competere ius, vel facultatem derogandi immunitati Eccleſiæ, vel illi leges præſcribendi; prætcrquam quod illæ litteræ nunquam fuere vſu receptę, vt docet obſeruantia ſubſecuta 24. annorum. Immo cum Gubernator Mediolani, qui erat tunc temporis pro illarum obſeruantia inſtaret, & coram Cardinali S. Praxedis, fuit ab eodem Illuſtriſſimo dicta de cauſa excommunicatus.

EXaminatur opinio Io. Lopez, ſeu Lupi de Palatios Ruuios, in c. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. in quaſt. quæ incipit Sed eſt pulcra dubitatio. nu. 43. vbi tradit, poſſe Regem prohibere Prælatos, ne vtantur iuriſdictione in bona, & perſonas laicorum; etiam ſi ſint in quaſi poſſeſſione ita faciendi, & eam præſcripſerint; neque eos eſſe reſtituendos, niſi oſtendant titulum ſuæ poſſeſſionis.

AIT Lupus, Videtur neceſſarius titulus in huiuſmodi præſcriptione (loquitur de Iudice eccleſiaſtico præſcribente ius agendi in bona, & perſonas laicorum) quoniam ius reſiſtit Prælato præſcribenti: oportet ergo de titulo docere, vel ſaltem allegare; niſi talis ſit præſcriptio, cuius in contrarium memoria non exiſtit, vt eſt caſus in c. 1. de præſcriptione in 6. Quod reſiſtat ius, probatur; quoniam Rex in ſuo Regno fundat intentionem ſuam de iure communi, quoad Ciuitates, & loca intra Regni ſui limites conſtituta. Hæc Lupus. & inferius quoque dicit, quod poteſt Epiſcopus prohiberi, ne vtatur tali iuriſdictione, neq; debet reſtitui, niſi titulum oſtenderit; quia eam iniuſtè occupâſſe præſumitur. Multa citat, ad probandam hanc propoſitionem, quod Rex habeat intentionem fundatam pro

ſua

ſua auctoritate in Regno ſuo, licet opus non eſſet; cum facilè concedatur. Non eget etiam probatione prima propoſitio, quod, qui præſcriptionem allegat in ea re, cui ius reſiſtit, debet oſtendere, ſeu allegare titulum, niſi res ſit ſupra hominum memoriam: id.n.probatur in d. c. 1. de præſcript. lib. 6.

Sed quod ius reſiſtat Epiſcopo præſcribenti iuriſdictionem in bona, & perſonas laicorum; hoc non probat, & falſum eſt. ex quo opinio Doctoris huius refellitur,& ruit; quæ multas animas irretire poteſt vinculo excommunicationis Pontificię, latæ in Bulla Cœnæ Domini, contra impedientes iuriſdictionem eccleſiaſticam. Allgat ille quidem ad totam doctrinam ſuam probādam Regni Hiſpani legem: quam non vidimus. Sed vel intelligi debet de Prælato verè vſurpante rem Regiam,& quæ de iure competit ſoli Regi,& non Epiſcopo; quod tamen Lupus velit iniuſtè extēdere ad Prælatum, qui ſolet exercere iuriſdictionem in bona, & perſonas laicorum. aut tanquam lex a canonicis doctrinis prorſus aliena, reijcienda eſt. omnino ea nihil ad nos attinet. Allegat etiam c. cum perſonæ. de priuilg. in 6. quem textū licet hic Doctor dicat eſſe valde accommodatum ad propoſitum ſuum; in eo tamen itidem longè errat, vt modo dicetur.

Videamus quo pacto Lupus ꝓbare conetur eā propoſitionem quod ius reſiſtat Epiſcopo. Probatur, inquit, quoniam Rex in ſuo Regno fundat intentionem ſuam de iure cōmuni hic fallacia eſt manifeſta; non.n.ſequitur, Rex habet intentionem fundatam de iure in Regno ſuo imperandi laicis: ergo ius reſiſtit Epiſcopo pręſcribenti iuriſdictionem in laicos. ſequitur quidem illud: ergo ius reſiſtit laico, qui dicit ſe non eſſe ſubditum Regi. & in his terminis ſe habet d. c.cum perſonæ. de priuil. vbi clericus allegans exemptionem præſcriptam contra ſuum Epiſcopum, debet titulum oſtendere: non autem in terminis a Lupo propoſitis. nam ſicut ius Epiſcopi ibi defenditur contra clericum ſe eximentem; q̄a ordinariè ſubeſt Epiſcopo: ita ius Regis contra laicū, qui ſubeſt itidem Regi ſuo, niſi aliud oſtēdat. non autem id extenditur ad excludendum Epiſcopum, qui eſt etiam laico-

rum

rum Epiſcopus; & qui vna cum Rege ius habet in eos. Simul.n.eſſe poſſunt hæc, & reuera ſunt; quod laici ſint ſubditi Regis; & Epiſcopi quoque in cauſis diuerſis: immo etiam in ijſdem, veluti in ijs, quæ ſunt mixti fori. immo ſimul eſſe poteſt, quod & Rex, & Epiſcopus habeant intentionẽ ſuam fundatam in laicos in cauſis ad ſe ſe pertinentibus; vt dicetur. Hinc patet error Lupi huius, qui permittit fieri impunè in Eccleſiam, quod ne in prædonẽ quidem ius permittit: cum etiam prædo ſit tenendus, & reſtituendus in ſua poſſeſſione, vt paſſim allegatur, & probatur, c. in litteris. de reſt. ſpol.

Atq; nobis quidem hoc loco ſufficit, quod Lupus minimè probet ius reſiſtere Epiſcopo exercenti iuriſdictionem in laicos, ad eius doctrinam refutandam; neque re vera textus eſt, quo id probari poſſit. Sed ex abundantia quadá ex parte Eccleſiæ melius, ac verius contra affirmare poſſet, qui vellet, ius potius aſſiſtere Epiſcopo id exercenti: primo q. dem per plures canones, quibus tribuitur Epiſcopo, vt laicos carceri tradat, & corporea pęna afficiat; quos textus Lupus ipſe citat; & nititur cauere; licet id re vera non poſſit, ſi bona fide, non autem cauillis agere velimus. Deinde id probari poteſt auctoritate multorum Doctorum, qui affirmarunt Epiſcopo id iuris eſſe: nam licet multi etiam negent; tamen inde ſaltem efficitur, verſari nos in iure dubio: & ita non poſſe dici, quod ius reſiſtat Epiſcopo. Poſtremò amplius probari poſſet Epiſcopũ in exequendo contra laicos ex cauſis, & cognitionibus, quæ ad ſuum forum pertinent, habere intentionem fundatam in iure; cum habeat regulas iuris notiſſimas; ex quibus cui datur iuriſdictio, dari intelligitur etiam executio. Qui iudicat regulariter etiam exequitur. Executio eſt pars iudicij, & aliæ: regulis autem intentionem fundari nemo neſcit. Et fundata intentione, qui allegat exceptionem debet probare; quia regula transfert onus probationis in aduerſarium. Sed nũc non immoramur in his: cum hoc quidem loco nobis ſufficiat refutare Lupum in memorata ſua opinione. Ex quo firmum illud manet non poſſe Epiſcopum impediri in eius conſueta iuriſdictione; & ſi impediatur, eſſe reſtituendum,

etiam

etiam ſi titulum non oſtendat: quod ſi etiam memoria eius conſuetudini contraria non exiſtat; tanto magis eſſe reſtituẽdum, vt clarum eſt in iure: qui autem impedit, aut non reſtituit, non poſſe effugere ſacras cenſuras.

De conſuetudine valida trahendi laicos ad Iudicem eccleſiaſticum.

Præſuppoſita conſuetudine non ſolum quadragenaria, ſed immemorabili totius Status Mediolani concedẽte clericis facultatem cõuueniendi laicos, tam in actionib. realibus, quàm perſonalibus, coram Iudice eccleſiaſtico, vel ſæculari, vti ipſis clericis magis placet, & ſic præſuppoſito, quod quando clericus eſt actor cõtra laicum, ſit locus præuentioni, non credo Eccleſiã potuiſſe ſua poſſeſſione ſpoliari, immo ius non ſolũ in poſſeſſorio, ſed etiam in petitorio fouere.

Primò, quia iſta conſuetudo eſt approbata a lege, c. ſi clericus laicum, de foro compet. nec ſuper hoc inſiſto, cum expreſſa ſint verba textus, & clariora reddantur ex auctoritatib. omnium ſcribentium ſuper illo; tanto magis, quia iſta cõſuetudo, iuſta conſuetudo potius dicetur ius, quam conſuetudo, quia eſt regiſtrata in iure, Lancell. de ſubſtitu. in c. de pupill. nu. 3.

Nec obſt. quod obijcitur huic conſuetudini, quod non ſit vniformis, ſed diformis ex eo, quod aliquando eccleſiaſtici cõuenerunt laicos coram Iudice ſæculari, & ideo ſtante iſta deformitate, cõſuetudo non ſuffragatur Eccleſiæ per cõem doctrinam Bar. in l. 2. ff. ſolut. mat. quia reſpondetur multipliciter.

Primò reſpondetur, iſtam conſuetudinem non eſſe deformem, quia id procederet, ſi Eccleſia modo prętenderet iſtam iuriſdictionem priuatiuè ad Iudices ſæculares; tunc. n. poterit dici deformis, ſed Eccleſia non prętendit iuriſdictionem priuatiuam, ſed cumulatiuam, & inſolidum, ita vt ſit locus

præ-

præuentioni: & quo ad hòc nulla reperietur contrarietas, ſeu deformitas, quia non reperitur, quod cauſæ introductæ coram eccleſiaſtico fuerint remiſſæ ad laicum.

Secundò reſpondetur, iſtam conſuetudinem poſſe dici difformem, ſi à iure non daretur iſta iuriſdictio cumulatiua; ſed iſta eſt adeo à iure approbata, vt ſemper præſumatur conceſſa iuriſdictio cumulatiuè, & non priuatiuè, Menoch. de arbitr. Iud. caſu 1. q. 40.

Tertiò reſpondetur, quod velle affirmare iſtam eſſe conſuetudinem diformem, & conſequenter inualidam, eſſet negare iuriſdictionem cumulatiuam, quod eſt minus, & concedere iuriſdictionẽ priuatam, quod eſt plus, conſuetudine acquiri poſſe, quod eſt contra diſpoſitionem autenticæ. multo magis C. de ſacroſ. Eccleſ. & l. quæ de tota. ff. de re iudic.

Quartò, ſi omnis iuriſdictio acquiritur lege, & conſuetudine, vel priuilegio Principis, Abb. in c. duo ſimul. de offic. ord. Bart. in l. more. ff. de iuriſd. omn. iudic. ſed priuilegio, & lege poteſt concedi iuriſdictio cumulatiuè, Menoch loco citato, Roman. conſ. 393. qui alios citat, Bart. in l. fin. ff. vti poſſidetis ergo & conſuetudine; quia in iuriſdictione acquirenda conſuetudo, & priuilegium à pari procedunt, Innoc. c. nouit ille. de iudicijs, & conſuetudo eſt altera lex, l. de q. bus, ff. de legibus.

Non obſtat, quod ſecundo obijcitur hanc conſuetudinẽ fuiſſe introductam inſcio Potentiſs. Reg: Catholico, Mediolani Duce, qum inſcientia ſtante, iſta conſuetudo, niſi ſit immemorabilis, eſt inualida, etiam data ſcientia Officialium, Io. Lopez de Palat. in repet. capituli per veſtras. de donat. inter vir. & vxor. p. 3. §. 1. nu. 92. quia multipliciter reſpondetur, &

Primò reſpondetur, quod contra Lopez vrgent auctoritates multorum Doctorum, tenentium etiam abſque ſciẽtia Regis introduci potuiſſe iſtam conſuetudinem, etiam ceſſante immemorabili, maximè de iure ciuili, Aret. conſ. 152. nu. 1. in fin. Abb. in c. fin. de conſuetud. Gal. de ſtatu præfat. 4. num. 24.

Secundò, quia ſcientia ipſius Regis probatur attenta ſcientia Senatus, qui repreſentat perſonam ipſius Regis, Afflict. de-

 ciſ.

cil.120. in fin. Crauet. conſ.120. & dicuntur pars corporis ipſius Regis, & dicuntur inhærere Principi, ſicut ſtellæ firmamento. Decian. tract. criminal. lib.2.cap.5. quæ omnia tanto magis procedunt in Excellentiſs. Senatu Mediolanẽ. ad quem recurrimus tanquam ad Regem dicendo, Potentiſs Rex, & ipſe ſe inſcribit, Filippus Tertius Rex.

Tertiò reſpondetur, quia probatur ſcientia ipſorum Hiſpaniæ Regum, & Mediolani Ducum, attenta ſcientia tot Excellentiſſimorum Gubernatorum, & Viſitatorum, ſeu Syndicatorum, qui quandoque ſolent pro bono regimine ab ipſis Regibus, ab ipſa Hiſpania in hunc ſtatutum tranſmitti, & per duos Senatores, qui reſident ſemper apud Catholicum Regem, qui Regentes dicuntur, qui vti diligentiſſimi, & acerrimi defenſores iuriſdictionis Regiæ, non eſt veriſimile, quod Reges non certiorauerint de re tanti momenti, Surd. conſ.355. vol.3. & tanto magis, quòd alias tempore Excellentiſs. Gubernatoris Alburquerque fuit ſuper hoc controuerſia cum Beato Carolo tunc Archiepiſcopo, qui Excellẽtiſs. Gubernator reuocauit proclama in hac materia factũ, quod non eſt veriſimile actũ fuiſſe ſine ſcientia Regis, Crau. conſ.123. quia quod non eſt veriſimile, imaginẽ habet falſitatis, Menoch. de arbit. Iudic. caſu 85. quæ omnia tanto magis procedunt, quia clarum eſt in iure ſcientiam coniecturis probari, Crauet. conſ.193. nu.7. Surd. conſ.355. nu. 25 qui alios cumulat.

Quartò, multum veriſimile eſt iſtam conſuetudinem fuiſſe introductam ſcientibus Catholicis Regibus Hiſpaniarum, qui ſi ipſi tot theſauros, exercitusq́. conſumauerunt, & cõtinuo conſumunt pro Fide Catholica; facilius, & ſcienter paſſi erunt introduci iſtam conſuetudinem ad fauorem Eccleſiæ, quia quod eſt veriſimile, veritati æquiparatur, Mandoſ. in regul. cancel. 30. qui alios citat in princ.

Quintò, non obſtat Regis ignorantia, quia ſuppoſita immemorabili, nec Lopez, nec cæteri ſcribẽtes deſiderant ſcientiam Regis, Bereta conſ.3. nu.10.

Sextò, videtur probari ſcientia Regum Hiſpaniarum, quia in c. ſi clericus de foro compet. affirmatur adeſſe huiuſmodi conſuetudinem in pleriſq́. partibus, & quilibet præſumitur

ſcire contenta in legibus, l. conſtitutiones. C. de iuris, & facti ignorantia, & multo magis Princeps, qui habet omnia iura in ſcrinio pectoris, l. omnium. C. de teſtam. nec poteſt in dubium deduci iſta ſcientia ex eo, quod in c. ſi clericus, non dicitur in ſpecie huiuſmodi conſuetudinem in Prouincia Mediolani adeſſe, quia ſtãte particula, pleriſq. quæ firmat regulam pro Eccleſia, prout in ſimili dicitur de particula, plerunq. Decius in l. 1. nu. 11. ff. de regul. iuris, & ideo ſtante iſta regula pro Eccleſia, onus probãdi in contrarium transfertur in Officiales Regios, Rot. in nouiſs. par. prima deciſ. 36. nu. 7. tanto magis, quia tractauimus de Potentiſs. Rege Catholico, qui omnia ferè regna mundi, vbi canones vigent, obtinet.

Ex ijſdem rationibus, & fundamentis probatur in memorabilis, quia canon. c. ſi clericus laicum, fuit conditus ab Alex. III. qui geſſit Pontificatũ ab anno 1159. vſque ad an. 1181.

Septimò reſpondetur, quod vbi velint ſequi opinionem magis fauorabilem Iudicibus ſæcularibus, & ſic inclinare, quod ſit neceſſaria ſcientia Principis, adhuc dicimus ſufficere ſciẽtiam Officialium, prout atteſtatur Surd. conſ. 429. & 335. in lib. 3. qui alios cumulat, & hanc ſententiã approbat Menoch. ipſe in conſ. milleſimo, num. 66. edito contra Eccleſiam Mediolanen. & ita fuit a Magiſtratibus executũ, ideo vt titulus, quod quiſque iuris in alium vtitur, non peruertatur, debet etiam admitti iſtã opinio pro Eccleſ.

Nec etiam obſtat, quod huic cõſuetudini opponitur tertio loco, nempe fuiſſe introductam cum qualitate ſcribendi litteras hortatorias, ex eo, quod eodem tempore ſolebat Excellentiſs. Senatus litteras ſcribere hortatorias Iudicibus eccleſiaſticis in ſimilibus cauſis, & in alijs merè ſpiritualibus: ideo ex hoc inferunt, quod non debet obſeruari iſta conſuetudo, niſi cum iſta qualitate ſcribendi litteras hortatorias, cuius contrarium ſuſtineri poſſe, credo.

Primò, quia non ex eo, quod conſtet eodẽ tempore Senatum ſcripſiſſe huiuſmodi litteras, poteſt inferri iſtam conſuetudinem conueniendi laicos in auctoritatibus realibus, & perſonalibus, corã Iudicibus eccleſiaſticis, fuiſſe introductam cum iſta qualitate ſcribendi has litteras. ita vt vna ſine al-

tera ſubſiſtere non poſſit, cum hoc non probatur, & tamen cum vna ſine altera conſiſtere poſſit, erat hoc probandum a Magiſtratibus ſæcularibus, cum non probat hoc eſſe, qđ ab hoc contingit abeſſe, l. neque natales. C. de probat. tāto magis, quia quando quis prætendit aliquid egiſſe vigore conſuetudinis, illud actum fuiſſe vigore conſuetudinis in ſpecie probare debet. Aym. conſ. 171. nu. 14.

Rurſus obſeruantia, quæ eſt valde potens ad declarandū Rot. in nouiſs. par. pri. dec. 503. nu. 2. declarauit non fuiſſe introductam iſtam conſuetudinem conueniendi laicum cum facultate Excellentiſs. Senatus ſcribendi litteras hortatorias, quia ille vſus ſcribendi litteras a triginta annis receſſit, & conſuetudo conueniendi laicos perſeuerauit; & conſuetudo recepit declarationem ab alia conſuetudine, poti' quam a iure, Crauet. conſ. 118. nu. 4.

Poſtremo videtur tolli omnis difficultas, attenta conſuetudine non ſcribendi litteras hortatorias, obſeruata per triginta annos, quia omnis conſuetudo ſpatio decem annorum tollitur, Felyn. c. cum acceſſiſſent. de conſtit. nu. 30.

Quæ omnia, ſi firmant petitorium pro Eccleſia, multo magis poſſeſſoriū, quia etiam prædo manutenendus eſt in ſua poſſeſſione, c. in litteris. de reſtit. ſpoliat.

Nec quoad poſſeſſorium obſtat doctrina Lopez allegati, qui loco ſupra citato num. 43. dicit, quod ſi Rex, vel eius Officialis reaſſumat ſibi iuriſdictionem, & non permittant Prælatis Eccleſiarum laicorum bona, vel perſonas capere nullo modo reſtituentur Prælati, niſi euidenter docuerint, qđ iuriſdictionē legitimè aſſecuti fuiſſent, hæc ſunt verba Lopez.

Primò, qa Lopez non loquitur de Prælato, exiſtēte in ſua poſſeſſione, cognoſcēdi cōtra laicos, ſed de Prælato exiſtēte in poſſeſſione exequēdi ſentētias in bona, & perſonas, nō vocato brachio ſæculari, in quo etiam decipitur, prout ſuo loco demōſtrabimus, & quod Lopez ſit intelligendus de executione, & non de cognitione probatur, quia Lopez diſputat quæſtionem executionis fiendæ per perſonalem detentionem, & realem executionem, & non diſputat queſtionē cognitionis; immo numero 18. concedit cognitionem, dum dicit, quod in cauſis, in quibus pōt eccleſiaſticus in-

ter laicos iudicare, prout in cauſa dotis incidēter cum matrimonio, poſſe quidem laicum pro executione ſententiæ excommunicare, ſed non capere, & verba ipſius Lopez clara ſunt; dicit.n.ipſe reaſſumant ſibi iuriſdictionem, & non permittant Prælatos laicorum bona, vel perſonas capere, vbi nec verbum de cognitione: & quod Lopez loquatur de executione pro diſtrictionem rerum, vel perſonarum facit, quia ſuam reſolutionem fundat in illa propoſitione, quod Rex habet fundatam intentionem iuriſdictionis contra laicos ſui regni; & quod Epiſcopo ius reſiſtat; quod ſi eſſet intelligendus de cognitione per conſequen. eſſet dicendum, Lopez voluiſſe negare iuriſdictionem ſpiritualem in laicos, & negare etiam Epiſcopū poſſe cognoſcere in cauſis fidei, & mixti fori, quod non eſt credendum.

Secundò, non obſtat doctrina Lopez; quia ille non loquitur, quando Prælati ſunt in poſſeſſione quadrigenaria, prout in caſu noſtro, quia tunc dato etiā, quod ius reſiſteret, nihilominus daretur manutentio, licet non doceretur de titulo, quia eſt loco tituli, Capic. deciſ. 209 nu. 18.

Tertiò, nec obſtat doctrina Lopez, quia non probatur ius reſiſtere huic conſuetudini, quia ad hoc, vt ius reſiſtat, non ſufficit allegare regulam; quod actor teneatur ſequi forum rei, ſed neceſſe eſſet de iure eſſe prohibitam huiuſmodi cōſuetudinem, Capic. eodem num. 17. prout in ſimili dicimus de ſeruitutibus, quia licet res præſumātur liberæ, attamen non poteſt dici, quod ius ſeruituti reſiſtat, quia non reperitur de iure prohibitum introducere huiuſmodi conſuetudinē, tanto magis, quia ad hoc, vt ius reſiſtere dicatur, neceſſe eſſet huiuſmodi prohibitionē non ſolum fuiſſe factam in genere, ſed eſt neceſſaria in ſpecie, Felyn. in c. ſi diligen. de præſcript.

Quartò, non obſtat doctrina Lopez, quia ille fundat ſuam intentionem in c. cum perſonæ. de priuileg. in 6. cuius tamen diſpoſitio non obſtat, quia ille textus loquitur in præſcriptione, quod demonſtrant illa verba text. præſcriptione canonica, in qua neceſſarius eſt titulus, vt quis manuteneatur in ſua poſſeſſione, ſed ſecus in conſuetudine, prout in caſu noſtro, Felyn. in eod. nu. 8.

Quin-

intò, nec obſtat diſpoſitio dicti capit. cum perſonæ, quia ibi eſt ſpeciale, vt ſcandala, quæ committebant eccleſiaſtici illi, tollerentur, de quibus ſcandalis teſtatur Acurſius in figuratione caſus; ideo non erant reſtituendi Andreas Gail. de Ariſt. cap. 12. num. 2. propter ſcandala enim recedimus a regulis iuris, Menoch. de adipiſc. remed. 6. nu. 19.

Sextò, non obſtat diſpoſitio dicto cap. cum perſonæ, quia non habet locum, quando agitur interdicto vti poſſidetis, prout ex pluribus rationibus, & auctoritatibus, & argumentis probat Capic. in allegata deciſ. 209. quæ, quia ad rem noſtram multum faciunt. referam, primo enim ſe fundat Capicius in c. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & propr. vbi clerici Sutrinenſes cõtra diſpoſitionem iuris, de quo in illo capitulo volebant interuenire electioni Epiſcopi, & fuerunt in ſua quaſi poſſeſſione eligendi manutenendi, & in petitorio contra ipſos declaratum. Secundò, ſe fundat Capicius in c. 2. vt lite pendente, vbi Epiſcopus Eboracen. erat in poſſeſſione deferen. Crucem ante in tota Anglia, qđ tamen controuertebat Archiepiſcopus Cantuariẽſis in ſua Diœceſi, & Summus Pontifex determinat, quod licet poſſeſſio Epiſcopi Eboracen. non ſit præſcripta, nec habeat priuilegium, tamen pendente iudicio, non debere exui ſua poſſeſſione, fretus ſola quaſi poſſeſſione. Tertiò, ſe fundat Capic. in l. nã ſi volens, C. de lib. cauſa, & alijs, in quibus diſponitur, quod nullus poſſit ſuam libertatem vendere; attamen ſi quis reperiatur in aliena ſeruitute, & velit proclamare, nõ poteſt de facto ſe eximere, ſed partes actoris ſuſtinere debet, hæc Capicius.

†

CO-

COMMENTARIVS
In cap. pernicioſam. de offi. Iud. ord. lib. primo Decret.

1 *Iudicium Epiſcopi de adulterijs, & ſceleribus.* 3. 4. 5.
2 *Verbum, Diœceſis, quid comprehendat.*
6 *Contra impedientes officium Epiſcopi.*
7 *Brachium ſæculare debetur Epiſcopis abſque cauſa cognitione.*
8 *Executores laicæ poteſtatis adhibendi ab Epiſcopo.*
9 *Brachium ſæculare dandum, quando Eccleſia omnia fecit, quæ potuit.*
10 *Auxilium executorum non eſt brachium ſæculare,* & 11.
12 *Iudex ſæcularis non cognoſcit cauſam antequam brachiũ concedat.* 14.
13 *Poteſtas ſæcularis non eſt par eccleſiaſtica.*
15 *Marci Antonij Nattæ conſilium reprobatur.*
16 *Quomodo Epiſcopus iudicia ſua exerceat in laicos.*
71 *Decretum Concilij Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. explicatum contra nonnullos recentiores.*

SCopus canonis eſſe videtur auctoritatem, iudiciumq́. Epiſcopi, cum libera poteſtate declarare, ita vt nemo eum impediat, quin inquirat, iudicet, puniatq́. delicta. & non ſolum non impediatur, ſed etiam cum opus fuerit, a poteſtate ſæculari adiuuetur.

1 * *Iudicare.*) Vel hæc eſt inuerſio quędã ordinis; vt intelligamus cõprehenſas oẽs partes iudicij, inquiſitionẽ, ſententiã, & eius executionem. vel ſi, vindicare, legamus, vt quidam ex Doctoribus; ſynonima adhibita ſunt ad vim maiorem: quod non eſt nouum.

2 * Locus huiuſmodi poteſtatis exercendę Dœceceſis eſt; neque verò excluditur vrbs, vt hic Hoſtien. confirmat, ac alij probatur etiam ex c. vn. de re permut. lib 6. & c. cum Epiſcopus. de off ord. eod. lib. Diœceſis nomine vrbem comprehendi: quod in materia fauorabili tantùm, & quæ largam inter-

Digitized by Google

interpretationem meretur, verum eſſe Abbas affirmat hic, & in c. Rodulphus. de reſcript. ſecus autem in ea, quæ ſtri-
3 cti iuris eſt, * vt in reſcriptis, quod ex ipſo c. Rodulphus probatur.

Perſonæ, in quas hęc poteſtas valet, ſunt non ſolum clerici, ſed etiam laici: Innoc. hic, Hoſtien. Butr. Abb. nu. 3. & reliqui. & non ſolum, qui ibi domicilium habent, ſed etiam aduenę, ſi ibi delinquunt. glo. hic, & c. quod clericis hoc eod. tit. Butr. hic nu. 19. Innoc. nu 5. & alij Doctores.

4 * Ex criminibus autem, de quibus cognoſcit Epiſcopus, adulterium nominatur, de quo Abbas hic. de cæteris agitur in glo. f. & apud Doct. in c. cum ſit generale. hoc eod. tit. & in c. nos inter, de purgat. can. qua ratione autem inquirendum ſit, Abbas hic nu. 6. poſt glo. 1. item glo. f. & latius diſcetur infra.

5 * *Inquirere, vlciſci, & iudicare.*) Quibus comprehenditur totum iudiciū, & ita continetur quidquid ad iudicandum, & vlciſcendum, hoc eſt puniendum neceſſe eſt, lictor, carcer, tortura: habet. n. merum imperium, & omnimodam ordinariam iuriſdictionem. Abb. hic, & Pet. de Anch. in prin. & quando aliquid mandatur, etiam ea omnia mandari cenſentur, quę neceſſaria ſunt ad id peragendum, c. prętereà. de off. deleg. & c. prudentiam. §. ſexta. Fed. de Sen. conſ. 163. num. 4.

6 * *Liberam poteſtatem habeat, ſine cuiuſquam impedimento.*) vt intelligas neque priuatum quempiam, neque imperio vtētem poſſe Epiſcopū impedire, quin liberè hæc omnia exequatur. & hoc notat Pet. de Anchar. nu. 3. non poſſe turbari, aut impediri Epiſcopum in iuriſdictione ſua; & ſi vlciſcatur iniuriam ſibi illatam, non poteſt dici Iudex in cauſa propria. Ciuilibus Iudicib. ne impediant præcipuè iuſſum intelligit Hoſtien. & impedientibus excōicationis pęna irrogatur litteris Pontificijs diei Cœnæ Domini. Hoc eſt obſeruandum Magiſtratibus, qui impediunt, ne Iudex eccleſiaſticus exequatur, qđ opus eſt in laicos, in cauſis ad eum pertinentibus: & qui prohibent executores ſuos operam dare, & inſeruire Iudici eccleſiaſtico, cum opus eſt: qui ſaltem indirectè impediunt poteſtatem Epiſcopalem; cum vel

indi-

indirectè id facere prohibeantur memoratis litteris Pontificijs, excõicatione propoſita ipſo iure. atqui non ſolũ non impedire; ſed etiam auxiliũ publicum ferre debent, vt inf.

Secundum, quod Canones cenſent.) Hoſtienſis hoc ad impedimentum refert; non ad iudicium, aut vltionem: ſupplet.n. poſt verbum, canones; *Iubentes*, inquit, *ne ciuiles Iudices aliquod impedimentum præbeant*. alij referunt ad iudicium Epiſcopi, ne quidquam faciat contra canones, gloſſ. & Abb. nu.4. licet.n. alicui libera poteſtate concedatur, non tamen contra ius facere debet.

7 *Epiſcopi, cum opus eſt, publicum conuocent * auxilium, non ad ꝑiudicandũ, ſed ad ea, quæ Deo ſunt placita proſequendum.* Tantum abeſt, vt Magiſtratus, alijuè Epiſcopi impediant liberam poteſtatem, vt potius auxiliũm ferre debeant, ſi poſtu letur: atque etiam ad id cogantur: vt gloſ. a, & b, ex c.2. de maled. etiam per excõicationem, vt Innoc. & Abb. hic & ex c. adminiſtratores. 23. q.5. & alij publicum hoc auxilium, gloſſa hic iudicium ſæculare appellat, alibi dicitur temporalis poteſtas: communi vocabulo brachium ſæculare. & quidem poteſt eſſe ſatelitum Iudicis, aut militum, ſi eorum ſtatio ibi ſit, aut etiam perſonarum populi: nam ad hæc oĩa referri poteſt ſignificatio publici auxilij. Fatentur omnes cogi poſſe, qui ſæcularem poteſtatem gerit, ad hoc auxilium ferendum contra clericos, & laicos. vt hic, & in c.quoniam. hoc tit. in c. cum non ab homine. de iud. petendum ſtatuitur in clericum incorrigibilem. in c.2. de maled. contra blaſphemos; & alibi ex alijs cauſis, vt 23. q.5. c.de liguribus. & locis citatis in glo.f. in d.c.quoniam. Hoc autem fauore iudicij eccleſiaſtici apparet introductum, vt omnino illud executionem habeat: & ideò etiam vi cenſurarum poteſt exigi. Illud etiam canonis poſtrema verba demonſtrant, *Non ad præiudicandum, &c.* quaſi dicatur, hoc quod decernitur de petitione auxilij, eò decernitur, vt ſęcularis Magiſtratus proſequatur, vuę vti Deo placita Eccleſia ſtatuit, ac mandat; non autem, vt Eccleſiæ præiudicetur, quaſi eius libera poteſtas propterea imminuta cenſeatur; aut ſæcularis Magiſtratus eadem poſt hac poſſit auctoritate ſua ſine Eccleſiæ mandato exequi. ſignificatio ver

Digitized by Google

bi, præiudicare, hic eſt vulgaris, pro eo, quod eſt iuri alicuius damnũ quo vis modo inferre. non autem illam propria latini ſermonis. Duo igitur præiudicia hæc voluit per hæc verba cauere Pontifex & ita interpretatur gloſ. Innoc. Hoſtien. Abb. primum eſt, quod hoc auxilio, quod impẽdunt Prælatis, non debent ſibi aliquid iuriſdictionis vindicare ſæculares poteſtates, niſi ad libitũ Epiſcopi. ita Innoc. quem ſequitur Pet. de Anch. nu. 3. Alterum, quod non propter hoc præiudicabitur Eccleſiæ; immo in poſterum ſine ſæculari poteſtate officium ſuum poterit expedire; quia modo vocantur laici ad auxiliandum, non ad præiudicandum; ad quod auxilium compelli poſſunt per Eccleſiam. Ita Hoſtien. idem Abbas nu. 14. Butr. nu. 8. Nonnulli quidem Doctores, de quibus infra, ita ea verba interpretantur, vt ſæcularis Iudex non concedat brachium ad præiudicandum, hoc eſt ad iniuſtam Eccleſiæ ſententiam exequendam: vnde Oldr. conſ. 89. addidit, quod ex eo videtur canon ſignificare, quod ſæcularis aliquid cognoſcat prius de iuſtitia ſententiæ Eccleſiæ; ſed hæc interpretatio eſt contra gloſſ. nec eſt magis recepta, immò nec veriſimilis. nam quod attinet ad iuſtitiam ſententiæ, ſatis erat dixiſſe, agendum eſſe Iudici eccleſiaſtico, ſecundũ canones; & ita opus nõ erat illud repetere his alijs verbis: & ſi canonica, & iuſta eſt ſententia, erit etiam executio. cumque verba non reſpiciant perſonam Iudicis laici, ſed eccleſiaſtici potius; dicitur. n. Iudici eccleſiaſtico, vt conuocet, &c. non ad præiudicandũ: minus etiam veriſimilis eſt coniectura Oldradi, quod innuatur de aliqua cognitione Iudicis laici, priuſquam concedat brachium.

Ex duob. præiudicijs, quæ ꝑcauit Pontifex in illo, ne ſæcularis tentet ſine mandato Eccleſiæ; minus periculi fuit, quam in altero: cum fuerint ſæculares, qui impedirent Eccleſiã, ne ꝑ ſe exequeretur, quod poſſet, & vellet; contra hæc verba canonis, & contra alia iam commemorata, ſine cuiuſquam impedimento, immo & contra alia expreſſa verba, cum opus fuerit: ſancitũ eſt. n. vt eccleſiaſticus petat, cum opus fuerit, velut in c. quoniam hoc eod. tit. ſi neceſſe fuerit. hi verò Eccleſia petere volunt etiam, cum neceſſe non habet,

&

& cum ipſi obligati ſint ad dandum; Eccleſiam obligatam volunt ad petendum.quod Eccleſiæ datum eſt arbitrio, volunt eſſe neceſſitatis. quod introductum eſt in fauorem, retorquent in odium: & quod ad auctoritatem Eccleſiæ firmandam, & ampliandam ſancitum eſt, conuertunt ad eam opprimendam. Itaque permittendum eſt, vt Eccleſia petat auxilium, cum libet; & per ſe faciat cum poteſt, & videtur; niſi contra eius libertatem, & contra ſacros canones quis facere velit. poteſt autem Eccleſia & pignus auferre hominis cõtumacis, & in carcerem ducere: nam vel habet executores ſuos, vt paſſim videmus; & iniuria eſt prohibere ne vtatur: vel non habet, & iniuria eſt prohibere, ſi
8 habere velit, * quòd ſi etiam executoribus laici Iudicis vti velit; non eſt ei denegandum, tum ex mutua neceſſitudine, quę eſt inter vtramque poteſtatem, viciſſim.n.ſe ſe iuuare debent. *96.* diſt. c.cum ad verum, & Doct. hic. pręſertim Hoſt. nu. *6.* & quod inter priuatos faciendum eſt, multo magis inter eos, qui poteſtatem gerunt.

Si laicus compellitur dare brachium integrè, multo magis aliquid auxilij concedẽdo aliquos ſatelites. quod ſi dicatur, hoc eſſe etiam brachium ſęculare, neque illud negari, modo fiat cognitione adhibita, quę de iure: dico non eſſe hoc
9 brachium ſæculare. * propria.n.ſunt brachij huius; vt petatur, ac detur, cum Eccleſia fecit quidquid poteſt. ita ex
10 c.cũ non ab homine, de iud. * Doctores affirmant. Oldra. præſertim in conſ.*89.*nu.5. & Fed. de Sen. conſ. 251. per ea verba, ſi opus, aut neceſſe fuerit.& cum Eccleſia nõ habeat vltra quid faciat. ideoq́. Doctores moderni diſputantes de brachio ſęculari, tunc dandum tantũmodo affirmant, cum Eccleſia omnibus viribus ſuis vſa fuerit: cum excõicauerit, ſemelq́., & iterum grauauerit contumaces. Rolan. a Vall. conſ.37. In caſu autem noſtro habet, quod faciat,& facere vult. ergo non eſt brachio ſęculari locus. Præterea petitur in brachio ſæculari, vt ipſe laicus Iudex exequatur: at hic exequitur eccleſiaſticus, licet cum auxilio laici: vnde potuit diſputari, an laicus Iudex deberet aliquid eius rei cognoſcere, quam ipſe exequi debet: non autem cum eccleſiaſticus executurus aliquot executorib. laici vna cum ſuis

Digitized by Google

opus habet. abſurdum.n.eſſet nimium, & inofficioſum Eccleſiæ petenti vnum, aut alterum executorem ideo denegare, quod neque inter amicos fieri ſolet. Quod ſi etiam conſentiamus hanc eſſe brachij ſæcularis ſpeciem; abſurdum tamen videretur, propterea cognitionem aliquam Iudicis laici in ea requiri; tum ob ea, quæ dicentur poſtea de cognitione adhibenda in brachio ſeculari; tum multo magis ob modicum auxilium, de quo hic agimus; propter qđ etiam inter pares, & extraneos Iudices adhibere cogni-
11 tionem aliquam, videretur quodāmodo iniurioſum.* Hāc verò totam rem ratione, & ſacris ſanctionib. ita firmatam optimè explicauit decretum Concil. Trident. ſeſſ. 25. c.3. vbi eccleſiaſtico Iudici preſcribit; vt etiam in laicos agat per mulctas pecuniarias, per captionem pignorum, per diſtrictionem perſonarum, per ſuos, aut alienos executores exequendam, & per alia remedia, antequam ad cenſuras veniat: & hoc in ciuilibus, & criminalibus cauſis, de quo decreto latius agetur infra.
12 * Vtrum verò Iudex ſecularis, a quo auxiliū, & brachium petitur, de iuſtitia cauſæ, propter quā petitur, cognoſcere aliquid debeat? Primò dicimus, canones, quibus peti, & dari debere brachium ſtatutum eſt, id abſolutè decreuiſſe, neque addidiſſe, ſi ita iuſtum eſſe laicus cognouerit: nulla item gloſſa hoc addidit, ſeu excitauit. ex quo putādum eſt, nullam hac in re cognitionem Iudici laico permiſſam: idq. non ſine optima ratione: præſumitur.n. Iudex eccleſiaſticus iuſtè iudicare, & ſecundum canones, vti hoc capitulo iubetur. quod ſi ſecus eueniret, non eſt tamen Iudicis laici iudicare, ſeu cognoſcere res canonicas. & licet aliqua ſint, quæ ipſe quoque cognoſcere poteſt, alia tamen nefas eſt eum attingere: & vel propter hęc abſurdum eſt interpretari, vt Iudex laicus de re ab eccleſiaſtico iudicata, cognoſcat. Pręterea non eſt eius, qui parere tenetur, & cogi poteſt, iudicare an quod iubetur iuſtum ſit. ſed Iudex laicus parere debt, & pōt cōpelli per cenſuras, vt diximus, auxiliū ſuum prębere, & exequi, quod eccleſiaſticus iudicauit. executio igitur ei mandatur non autem cognitio, & brachium ſæculare concedens dicitur executor Iudicis eccleſiaſtici, Oldr. conſ. 89.

conſ 89. Barbat. hic num. 55. & poſt num. 83. vt in ſimili c. paſtoralis §. pen. de offi. deleg. & brachij officium petitur non capitis. Itaque Innoc. apertè dicit, teneri Regem ipſum parere Epiſcopo, & exequi, quod petit: & quod non eſt eius inquirere, an ſit iuſta ſententia necne. Archid. ſequitur in c. adminiſtratores. 23. q. 5. Hoſtien. ſequitur dicens nu. 8. quod ſæcularis non habet examinare proceſſum
13 eccleſiaſtici. * Hinc apparet non eſſe pares has poteſtates. pares ſunt quidem quodammodo, quatenus altera alteram iuuare debet, vt diximus ſupra. & ita dicit Innoc. hic num. 14. & Ang. in conſ. 276. ſed verè pares non ſunt; quia eccleſiaſticus imperat ſæculari; non autem contra Doct. hic, prꝫſertim Innoc. Butr. nu. 23. Ioan. Andr. & ob alias cauſas, quas Ang. in eod. conſ. proſequitur. item, quia dignitas eccleſiaſtica longè ſuperat ſæcularem, c. duo ſunt. 96. diſtinct. quem canonem miror ab Innocen. & ab Archid. poſt eum eſſe citatum ad id, vt pares videantur; cum contra penitus doceat. idē probatur per c. ſolitę. §. potuiſſes. de maiorit. & obed. Ideo Hoſtienſ. apertè num. 8. dicit, ſecularis Iudex inferior eſt, ergo in ſuperiorem poteſtatem non habet, c. cum inferior. de maior. & obed. & confirmat Abb. q. in executione iuſtitię ſæcularis eſt inferior. num. 11. & 12. Barba. nu. 72. ſed licet Iudex ſæcularis non imperet eccleſiaſtico; diſputant tñ hic Doctores, quod eccleſiaſticus quoq; iuuare debet ſæcularem, vt videre potes. ſed redeundo ad
14 quęſtionem, Abb. quoq; Innocen. ſequitur, * laicum Iudicem teneri ad brachium dandum, ſine aliqua cognitione: immo etiam ſi non fiat ei fides de proceſſu: ſed poſtea cum Butrio diſtinguunt, quod quando agitur de delictis puniendis, ſi quidem delicta ſunt merè eccleſiaſtica, cum ea tractare Iudici laico non liceat, nuda executio ad eum pertinet. ſi vero crimina ſunt communia cum laico; tunc ait fidem ei faciendam de proceſſu, quam diſtinctionem ſequitur Innocen. nu. 15. & 16. Abb. autem tunc tantum hoc poſtremum admittit, cum eccleſiaſticus ita tradit laico reum puniendum, vt fiat de eius foro, & eius ſubditus, ſicuti, quādo tradit clericum degradatum puniendum, quod appellant tradere Curiæ ſæculari. videtur. n. eſſe Iudex in hoc caſu, quia

po-

Digitized by Google

mat, ſi ſententia ſit nulla. ſequitur Ang. conſ.276. nu.4.dicens, quod ſi Iudex ſæcularis ſententiæ nullæ auxilium ſuum impertiretur; dici poſſe illud facere extra iudicium; quod non debet in re iniuſta, ſecundum allatā doctrinam Innoc. addens etiam, quod ſi ex mandato eccleſiaſtici ſæcularis exequatur; opponens adire debet ſuperiorem ipſius eccleſiaſtici. idem in caſu nullitatis, ſcribit Nauar. in c. cum cōtingat. de reſcript. remed.1.nu.7.& 8. licet eius dicta cautè ſint accipienda, quatenus Imolenſem ſequens ab eius dictis, & diſtinctione recedit, num.15.& 16. & dum ſignificat Regem poſſe inueſtigare ex actis partium, cui auxiliū ſuum debeat impertiri. id.n.non dicit Imol. ſed quod ſe poteſt informare ad finem, vt referat illi, qui ſententiam tulit, ſi forte obijciatur exceptio, quæ natura ſua ſoleat impedire executionem, ſecundum tradita in c.paſtoralis. de offi. deleg §.pen. hoc dicit Innoc.nu.15. non autem vt Nauar. neque obſtat c.qui reſiſtit. 11.q.3. vbi non obediendum eſſe decernitur cum maior poteſtas prohibet, & præſertim Diuina: nam quod hic definitur ſecundum canones, & doctrinam S.Thomæ, non eſt contra Diuinū aliquod præceptum. Quod autem Oldr.in d.conſ.89. dicit, auxilium non eſſe ferendum iniuſtè iudicanti, accipiendum eſt, ſecundum doctrinam memoratam S.Thom. & aliorum; quando.ſ.manifeſta eſt iniuſtitia: licet ea verba c.1. de off. ord. non ad p̄iudicandū, &c. quæ ipſe allegat, id non probent, ſecundum ſenſum magis receptum. nam quod ait innuere ipſum textum, quod antequam Iudex laicus auxilium impertiatur, *Aliqualiter cognoſcat*, eſt contra dictum ſenſum magis receptum, & ab alio nemine dictum: licet poſtea ſecutus cum fuerit. Pet. de Anchar. in conſ. 382. nu. 8. qui diſputans de iuramento, quod Iudex eccleſiaſticus temerè, ſine cognitione cauſæ, & parte non citata, tanquam ex metu iuratum relaxauit; tradit ſęcularem Iudicem non teneri ſequi factum eccleſiaſtici, tanquam nullūm: & obiter dicit, quod idem c.1. de off.ord.per ea verba, *Non ad pręiudicandum,* videtur innuere de aliqua cognitione antequam brachium concedatur, qui non eſt ſenſus, vt diximus eorum verborum; neque ſi eſſet, aliquid firmaret contra doctrinam a nobis ſuperius

con-

confirmatam. Concluditur ergo, quod non datur locus cognitioni Iudicis ſæcularis. nam vel iniuſtitia non eſt manifeſta, & tunc non debet quærere, ſed parere: vel eſt manifeſta, & intolerabilis, & iam non habet, quod quærat in re manifeſta; ſed poteſt ſtatim recuſare.

15 * Quæ cum ita ſint, valde miror M. Antonium Nattã conſil. 529. qui non alias auctoritates citat, quam quas nos ſuperius in hac diſputatione citauimus, cōtrariam tamen opinionem ſcripſiſſe, atque edidiſſe, quod. ſ. cognitio cauſæ requiratur in brachio ſęculari dando. Lectorem rogo, vt ipſas auctoritates quærat, & inſpiciat: ex qua deinde opinione aliam ponit, quamquam minus firmam, in cognitione cauſæ requiri citationem partis. vt concludat tandem, Iudicem ſæcularem debere, citata parte, cognoſcere, an iuſtè poſſit brachij ſui auxilium impertiri. ex his. n. propoſitionibus conſtat totum illud conſilium factum, vt videtur, ad euertendum penitus Eccleſiæ priuilegium, de exigendo auxilio ſibi neceſſario a Iudice ſæculari in exequendis ſententijs ſuis abſque cauſæ cognitione. Cum. n. officium parendi, in hijs, quæ canonicè ſunt Iudicis ſęcularis, conuertat in officium cognoſcendi, totam rem peruertit; & brachium ſæculare non ad petitionem eccleſiaſtici Iudicis, ſed ad arbitrium Iudicis ſæcularis refert contra ſacrorum canonum ſanctiones, cum rerum eccleſiaſticarũ cognitionem pluſquam fas eſt, ſæculari concedit. Sed cum prima illa opinio falſa ſit; neque Doctores illi ſenſerint, quod ille concludit, vt legenti patet, totum illud conſilium ruit, ac euaneſcit. Admiratione certè digna eſt iam licentia Doctorum quorundam, præſertim in conſilijs, qui ſeruientes cauſæ, & textus, & doctrinas paſſim citãt confidenter, licèt verè non concludant, aut probent, quod ipſi volunt; ſed aliquid eius rei tantummodo attingant.

Duæ ſunt partes huius capituli; in prima exprimitur poteſtas Epiſcopi in ſcelera iudicanda, & punienda. in ſecunda igitur de petẽdo publico auxilio, quãdo Epiſcopus per ſe non poteſt exequi. De ſecunda ſuperius diſſeruimus. de prima

16 quoque agendum videtur: * hoc eſt, quomodo Epiſcopus iudicia ſua exerceat in laicos. qua de re cũ extet decretum

Conc. Trident. clarum, & optimum ſeſſ. 25. cap. 3. illudq́ue videam a quibuſdam Iureconſultis malè admodum explicari, & contra iuriſdictionem eccleſiaſticam importuno quoddam ſtudio interpretari, illud hoc loco duxi deſcribendum eſſe, & defendendum a mala interpretatione ipſorum Iuriſconſultorum; inter quos eſt Iacobus Beretta in conſ. 3. nu. 21. & conſ. 5. in fin. & Laurentius Polus in quadam ſua quæſtione, ſeu inſpectione, qui etiam admonendi erant, vt viderent, an in excommunicationem inciderint, a Pio Quarto latam, in eos, qui gloſſas, adnotationes, aut vllum interpretationis genus ſuper decretis dicti Concilij addiderint: nam nos non gloſſas ſcribimus, ſed ſimplicem decreti ſenſum defendimus. Decretum hoc eſt. *Quamuis excommunicationis gladius neruus ſit eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad cõtinendos in officio populos valde ſalutaris; ſobriè tamen magnaq́; circumſpectione exercendus eſt; cum experientia doceat, ſi temerè, aut leuibus in rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari; & perniciem potius parere, quam ſalutem. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmiſſis, ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, a nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo, decernantur; & tunc non alias, quam ex re non vulgari, cauſaq́ diligenter, ac magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ eius animum moueat, nec ad eas concedendas cuiuſuis ſæcularis, etiam Magiſtratus, auctoritate adducatur: ſed totum hoc in eius arbitrio, & conſcientia ſit poſitum: quando ipſe pro re, loco, perſona, aut tempore eas decernendas eſſe iudicauerit. In cauſis verò iudicialibus mandatur omnibus iudicibus eccleſiaſticis, cuiuſcunque dignitatis exiſtant, vt quandocũque executio realis, vel perſonalis in qualibet parte iudicij, propria auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe, tam in procedendo quàm in definiendo, a cenſuris eccleſiaſticis, ſeu interdicto: ſed liceat eis, ſi expedire videbitur, in cauſis ciuilibus, ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, contra quoſcunque etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs, ibi exiſtentibus eo ipſo, quod exactæ fuerint, aſſignentur, ſeu per captionẽ pignorum, perſonarumq́; diſtrictionem, per ſuos proprios, aut alienos executores faciendam, ſiue etiam per priuationem be-*

 neſi-

neficiorum , aliaq́, iuris remedia procedere , & cauſas definire .
Quodſi executio realis, vel perſonalis aduerſus reos, hac ratione
fieri non poterit, ſintq́, erga iudicem contumaces tum eos etiam a-
nathematis mucrone, arbitrio ſuo præter alias pœnas ferire po-
terit. In cauſis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel per-
ſonalis, vt ſupra fieri poterit, erit a cenſuris abſtinendum: ſed ſi
dictæ executioni facile locus eſſe non poſſit; licebit iudici hoc ſpi-
rituali gladio in delinquentes vti; ſi tamen delicti qualitas, præ-
cedente bina ſaltem monitione , etiam per edictum, id poſtulet .
Nefas autem ſit ſæculari cuilibet magiſtratui prohibere eccleſia-
ſtico Iudici ne quem excommunicet: aut mandare, vt latam ex-
communicationem reuocet, ſub prætextu, quod contenta in præ-
ſenti decreto non ſint obſeruanda; cum non ad ſæculares , ſed ad
eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat. excommunicatus verò qui-
cunque, ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, non ſolum ad
Sacramenta , & communionem fidelium , ac familiaritatem non
recipiatur; ſed ſi obdurato animo cēſuris annexus in illis per an-
num inſorduerit, etiam contra eum, tanquam de hæreſi ſuſpectū,
procedi poſſit.

Sacrum Conc. licere pronūciat eccleſiaſticis iudicibus ꝑ mul-
ctas pecuniarias, & per ſuos, & alienos executores in res, &
17 perſonas laicorū exequi, &c. vt ſupra vidimus. * Lectorem
obſecro, vt ſincerè conſiderare velit, omni ꝑturbatione re-
mota, hanc ſacrā ſanctionē; & intelliget, ſpero, in ea locum
non habere interpretationes ab ipſis Doctorib⁹ inuentas.

Aiunt Concilium voluiſſe tantum eccleſiaſticis iudicibus or-
dinem procedendi præſcribere , & nihil amplius conſtitue-
re. ſed ſi ita voluiſſet paucis verbis id effeciſſet , & ſufficie-
bat particula illa Decreti , *In cauſis verò iudicialibus, &c.*
Nunc autem expreſsè conſtituiſſe videmus; & multis verbis
decreuiſſe, non de ordine tantùm , ſed de modo, & ratione
procedendi .

Aiunt cōcilium obiter, & enunciatiuè de mulctis pecuniarijs,
& de executionibus in perſonas , & res laicorum mētionem
feciſſe. Sed clarè apparet, ea nōn enuntiantis, ſed ſtatuen-
tis, & decernentis verba eſſe , *Sed liceat eis, &c.*

Dicunt etiam hoc Decreto nihil conſtitui, præter ea, quæ ha-
bet ius commune; & quæ Concilium exprimit intelligenda
eſſe

eſſe in caſu habili, tanquam ſi dicant, non poſſe eccleſiaſticum Iudicem vti via procedendi hic tradita, niſi vbi in aliqua parte iuris communis expreſſa ſit, quod omnino abſurdum eſt; non.n.hic generatim agitur de executione Iudicis eccleſiaſtici, cuius conditiones alibi reperiãtur, ſed ſtatuitur, & explicatur ea, quam ipſi dicunt habilitatem: & ius, & ratio exprimitur, quam alibi quæri non oportet. Si canon ſtatuit Abbates eſſe faciẽdos Presbyteros, intelligitur in caſu habili, hoc eſt, ſi alia non deſint, quæ ad faciendos Presbyteros requiruntur, quæ quidem ex alijs canonibus quærenda ſunt, c.1.de ætate, & qualit. Si lex permittit teſtari, & relinquere ſacris Collegijs, intelligitur, ſi teſtator alioqui habeat conditiones neceſſaria ad teſtandum, l.1.C. de ſacroſ. Eccl. hanc legem,& illum canonem citat Beretta, quæ ad rem noſtram non faciunt; nam in hoc Decreto non generaliter de procedendo, ſeu exequendo tangitur, quod per dictam particulã, In cauſis verò,&c.factum erat: ſed conditiones, & habilitates, vt ita dicam, circa executionem exprimuntur, vt neceſſe non ſit alibi quærere.

Neque opus eſt executionem hic expreſſam ad eccleſiaſticum Iudicem referre, qui iuriſdictionẽ habeat temporalem, cum appareat dilucidè totum Decretum de iuriſdictione eccleſiaſtica agere, & non de temporali.

Neq; ea verba, *Per alienos executores*, ad laicos reos tm̃ referri debent, per laicos Iudices coercendos: quia non poteſt, neque debet diuidi Decreti vnica pronunciatio, & actio tota referatur ad Iudicẽ eccleſiaſticum, qui per ſuos, vel alienos executores exequatur. Vidit Conciliũ in dubium a quibuſdã vocari, an liceret Iudici eccleſiaſtico mulctis pecuniarijs, vti, ac in res,& perſonas laicorũ exequi. vidit multos eccleſiaſticos Iudices non habere executores ad eiuſmodi executionem neceſſarios: ideò decreuit, vt in poſterum controuerſia remota liceret,& alienis executorib. vti poſſet.

Quod autem Polus diſputat, reſpondendo ad regulam ſubrogatorum, nobis ſuperfluum eſt, qui eã regula, ſeu argumento non vtimur, vti ſatis alieno a noſtro caſu.

Notandum verò exiſtimo, noluiſſe Conciliũ agendi rationem in foro eccleſiaſtico mutare in hoc, vt cum antea decretum

eſſet, tum ad auxilium publicum, ſeu brachium ſæculare eſſe deueniendum, cum Iudex eccleſiaſticus excommunicaſſet, & omnia feciſſet, quæ poterat; nunc ad tale auxilium ei confugiendum ſit, antequam excommunicatione vtatur. Sed voluit Concilium decernere, vt eccleſiaſticus ab excõmunicatione non inciperet, ſed prius vteretur remedijs tẽporarijs, quę ſunt in eius manu, poſtea ſpirituali gladio: quę remedia temporaria exprimi voluit, ne quis contenderet adhuc ei non licere. quod autem decreuit, vt etiam alienis vtatur executoribus, noluit tamen Concilium intelligi eſſe illud brachium ſæculare, vt ſuperius diximus; alioqui illud expreſſiſſet, ſicuti alibi fecit; ſed vſum tantummodo alienorum executorum, cum brachium poſtulari ad extremum debeat, & ad maiorem neceſſitatẽ reſeruari. ponderandum eſt nomen illud, Auxilium publicum, quo vtitur canon, quod ad vnum, vel paucos ſatellites referri non debet. Itaque eccleſiaſticus adhibebit mulctas pecuniaris, rerum, & perſonarum comprehenſionem, excõicationẽ quoque, ſi opus erit. ſi demum efficere non poſſit, quod iuſtum fuerit, adhuc adhibebit brachium ſæculare. Tacere non debeo, quòd in litteris B. Caroli Archiepiſcopi Mediolani legi, dum de hoc Decreto Romam ſcriberet, audijſſe ſe a Io. Baptiſta Caſtellio, qui ſcribendis Concilij Decretis interfuerat, mox eius Vicarius Generalis fuit, demumq. Epiſcopus Ariminenſis, ſcire ſe in Decreto illo ſanciẽdo, mentem fuiſſe Patrum inter alia contra negantes declarare, & conſtituere, vt licet Iudici eccleſiaſtico in laicos mulctis pecuniarijs, & captione pignorum, & perſonarum, vti etiam per alienos executores: & ita data opera verba illa in Decreto poſita fuiſſe.

†

COM-

COMMENTARIVS

In c. ſi clericus laicum. de foro comp. lib. ſecundo Decret.

1 *Clericus de rebus ſuis, vel Eccleſiæ, agit coram Iudice eccleſiaſtico, & qua de cauſa.*
2 *De qua actione intelligatur.*
3 *Et quid negante reo, & 5.*
4 *Dictio, plerumq;, quid valeat.*
6 *Reus ſequitur forum actoris.*

SI clericus laicum.) Duas ꝓpoſitiones canon continet expreſſas: aliã neceſſariò intelli-
1 gendã. de hac primo: * Si clericus laicum cõuenit de rebus ſuis, vel Eccleſiæ, coram eccleſiaſtico Iudice id facit. hanc propoſitionem ineſſe canoni ipſa verba declarãt legenti; & Innocentius hic affirmat, cum ait; *Hoc ideo dicit, quia ſi conſtaret res eſſe Eccleſia, quas laicus poſſidet, coram Iudice eccleſiaſtico agi debet.* Cum autem hoc ſit contra notam regulam iuris, quæ habet, vt actor ſequatur forum rei; quæritur, cur ita ſancitũ ſit. Abbas dicit, quia tenens rem Eccleſiæ, vel clerici committit, vel committere præſumitur quodam ſacrilegiũ; non verè, & propriè, ſed quodã modo, & largè. idemq́. affirmat in c. cæterum. de iud. num. 17. ſacrilegium autem pertinet ad cognitionem Iudicis eccleſiaſtici, c. cum ſit. hoc tit. Addit, dicens, quod retinens rem huiuſmodi poteſt dici malefactor Eccleſiæ, de quibus idem Iudex cognoſcit eod. c. cum ſit. Sed quia durius videtur in rebus profanis clerici committi ſacrilegiũ; aut poſſe dici quem malefactorem Eccleſiæ: ipſeq́; Abbas hoc largè accipit, non autem propriè. & quia etiam ſi agatur de rebus Eccleſiæ, poteſt agi rei vendicatione, & non tamen ex ſacrilegio; quia poſſeſſor laicus vnde petitur, potuit habere iuſtum initium poſſidendi: vt idem ipſe Abbas animaduertit poſt nu. 12. ibi; *Exemplum in terminis, &c.* & poſt eum So-

cinus

cinus hoc loco nu. 15. non videtur ratio hæc ſufficere. Ideo idem Abbas paulo poſt & nu. 13. exiſtimat per hunc canonem datum eſſe priuilegium Eccleſiæ, vt cum agitur de rebus Eccleſiæ, vel clerici contra laicum, poſſit adiri Iudex eccleſiaſticus; & Socinus confirmat hoc eſſe priuilegium hac ratione datum, quod laici ſolent eſſe negligentes in iudicijs rerum eccleſiaſticarũ: quæ ratio ſumpta eſt ex c. cum ſit, hoc tit. & affertur a gloſſa huius capit. tribuiturq́. conſuetudini, de qua poſt dicemus: ſed aptatur quoque huic propoſitioni canonis. Equidem arbitror cum Abbate, & Socino ita ſancitum; vt & Eccleſiæ, & clerici dignitati priuilegium daretur contra regulam iuris ciuilis; tum quia laici Iudices ſolent in iudicijs Eccl. & clericorũ neglıgẽtia vti; tum maximè, quia indecorum videtur, clericos in foro ſæculari inter laicos litigantes verſari; ex quo facilè pſonæ clericalis contemptus oritur; quod etiam ſaluti ipſorum laicorum tandem incommodum, & periculum affert. Animaduerti autem Innocentium dicere, *Coram Iudice eccleſiaſtico agi debet*, & non *poteſt*, verbum, vero, *debet*, neceſſitatem affert, licet quandoque honeſtatem. Sed Abbas ipſe apertè dicit hoc eſſe in optione clerici coram quo Iudice agere velit, & rectè argumento c. cum ſit, hoc tit. nam ſi clericus poteſt ſacrilegos etiam conuenire coram laico, multo magis poſſeſſores, q. poſſunt eſſe non ſacrilegi. accipiemus igit̃ verbũ, *debet*, cum ſignificatione honeſtatis: nam certè honeſtius eſt; licèt fortaſſe res ſint Eccleſiæ, quæ ſaltem ex conſuetudine excludant omnino Iudicem laicum.

De rebus ſuis, vel Eccleſiæ.) Non otioſa Hoſtienſis explicatio, Quas dicit eſſe ſuas. Res igitur omnes, quas clericus ſuas dicere poteſt, comprehenduntur. ea eſt.n. vis verbi. ergo & patrimonium, & alia, quæ clericus habere poteſt. cõfirmat Hoſtienſis, Quas dicit eſſe ſuas proprias patrimoniales, ſiue peculiares. ſequitur Io. Andr. Butr. Io. de Anan. Barba. Abbas, notãs caſum, quo bona clerici eodem fruuntur priuilegio, cum bonis Eccleſiæ: & eodẽ modo Socinus: quamquam Butr. ante nu. 10. id ait in bonis clerici procedere q̃ſitis verè, & non fictè; non autem quærendis. ſed videtur potius tenenda doctrina negationis etiam in hoc caſu, vt

infra,

infra, Butrius verò videtur inniti ratione ſacrilegij, quæ tamen reprobata eſt, tanquam quæ non ſufficit.

2 * Iterum, *De rebus ſuis, vel Eccleſiæ*) Quæramus, de quibus actionibus intelligat: reſpondeo, de actionibus, quę ſunt in rem, & de ijs, quæ ſunt in perſonam: quia verba ad vtraſq. aptantur. voluit namq. Pontifex, omiſſa iuris ciuilis ſubtilitate, qua actiones variè diſtinguuntur, ſimpliciori loquēdi modo vtrunque genus actionum complecti: nam verè etiam de re agit, qui agit in perſonam; & ſemper rem aliquam perſequitur, vt inſt. de action. §. rei perſequendæ; & ita petens pecuniam alij mutuo datam, vel ſibi promiſſam: item qui commodati, depoſiti, mandati, pro ſocio, ex empto, vendito, locato, conducto agit, vt ibi. Confirmat Innoc. qui exempla actionum canone comprehenſarum afferens; *Puta*, inquit, *ſi ageretur ex legato, vel ex locato, vel conſimilibus*. nam quia de actionibus in rem non erat dubium, exēpla tetigit earum, quæ ſunt in perſonam: neque vnius, aut alterius, ſed omnium per ea verba, *Vel conſimilibus*. & ad hoc facit ratio priuilegij perſonę clericalis iam allegata: quæ in quibuslibet actionibus conſiderari poteſt. Hoſtien. tamen, & Socin. videtur aliud ſentire; quia vt ipſe Hoſtiē. ait, contradicit textus. ſed quomodo textus contradicat, non videmus: immo contrarium videmus ex ijs, quæ modo dicta ſunt. non puto igitur Hoſtien. in hoc ſentire contra Innoc. ſed in eo, quod Innocen. velle videtur; quod ſi conſtat rem eſſe Eccleſiæ, licet non allegetur violentia, vel ſacrilegium, etiam reo negante rem eſſe Eccleſiæ adeatur Iudex eccleſiaſticus. & ita intelligit Abb. poſt nu. 12. ibi, *Sed Hoſtienſis hic ſentit, &c.* & hoc pertinet ad diſputationem de eo, quod faciat negatio laici, *vt infra*. Quod canon contineat actiones in perſona, clarè idem Abbas exiſtimat ante nu. 13. ſequens Innocentium, ibi; *Puto, quod hoc capit. velit dare priuilegium Eccleſiæ, vt cum agitur de rebus ſuis contra laicum, poſſit adiri Iudex eccleſiaſticus, qualitercunque agatur de rebus ſuis, vel clerici, etiam ſi agatur actione perſonali, vt ex locato, vel legato, & ſimilibus*. quod pluribus verbis explicare vult, & Innocentium defendere, ne videatur contrarium dixiſſe in cap. cum ſit. eod. tit. Sed licet Abbas, & alij

hic, & in cap. cum ſit, Innocentium vti ſibi contrarium accuſent, non videtur tamen eſſe. nam cum propoſuiſſet plures caſus, in quibus etiam negante reo laico rem eſſe Eccleſiæ, Iudex eccleſiaſticus cognoſcit; ſenſiſſetq́. contrarium decerni in hoc caſu clericus; vbi reo negante rem eſſe Eccleſiæ, vel clerici aditur Iudex laicus; voluit diſtinguere, quod in cauſis a ſe propoſitis, etiam negante reo, eccleſiaſticus cognoſcit: quia ſpeciali iure iuuatur Eccleſia, hoc eſt diſpoſitione c. cum ſit, & ſimilium ſacrilegij iure, vel oppreſſionis cauſa. ſed quando agitur rei vendicatione, depoſiti, & ſimilibus actionibus, quia iure illo ſpeciali non iuuatur Eccleſia: negante reo Iudex laicus aditur: negante inquam, vt in ea queſtione dicetur.

Hæc ex canone ipſo, & veterum Doctorum ſententia. ſed alij recentiores canonis ſimplicem ſanctionem deſerẽtes, & veterum ſententiam torquentes, contra hoc priuilegium Eccleſiæ variè diſputant, vt Socinus alios referens; & ferè eas excludunt, quas merè perſonales appellant; veluti ſi ex locato agatur tantum ad mercedem, recipientes alias, quas dicunt perſonales, ſed in rem ſcriptas; veluti ſi agatur ex locato, non tam ad mercedem, quàm ad rem. & ita videtur etiam ſentire Butr. & Imol. ante nu. 10. ſed contra textum, & veteres. atque ita de locato tantùm agunt; quaſi Innoc. eam ſolam intellexerit, & non etiam conſimiles actiones. & quaſi verba illa, *De rebus*, tantum in rem actiones ſignificarent; cum contra ſit, vt probauimus. nimirum huc inducti videntur ab ea ratione ſacrilegij, quam attulit primo loco Abbas; quaſi per eam propoſitio reducatur ad eas actiones, in quibus ſacrilegium eſſe poteſt, quæ ferè ſunt in rem. ſed propoſitio non debet contrahi ad rationem, quæ non eſt expreſſa in canone, & alioqui etiam non ſufficit, vt dictum eſt, verum alia ratio iam allata potius probari de priuilegio Eccleſiæ, & clerici, cui rationi locus eſt etiam in actionibus in perſonam. Hæc de prima propoſitione, quam mirum eſt excludi a quibuſdam, præſertim a Petro de Ancharano, quaſi in canone non ſit appoſita expreſſa illa conditio, *Si laicus aſſeuerat, &c.* quæ conditio ſi non exiſtat, nulla eſt canonis diſpoſitio, vt clericus trahatur ad ſæcularem

Iudi-

Iudicem. & ſi non trahitur ad ſæcularem ad eccleſiaſticum, neceſſe eſt.

3 * Secunda propoſitio expreſſa in canone eſt: Si clericus agit contra laicum de rebus ſuis, vel Eccleſiæ; & laicus aſſeuerat res ipſas non eſſe Eccleſię, vel clerici, ſed ſuas proprias; debet de rigore iuris ad forenſem Iudicem trahi. Hæc propoſitio poteſt dici limitatio prioris, vt eis non ſit locus, quando laicus aſſeuerat res non eſſe Eccleſiæ, vel clerici, ſed ſuas proprias; quia tunc additur Iudex laicus. De hac aſſeueratione, ſeu negatione latè diſputant Doctores, præſertim Butr. quãdo excludat iuriſdictionem Iudicis eccleſiaſtici; nam vt ſimplex aſſeueratio, ſeu negatio non ꝓbabilis ſtatim excludat, abſurdum eſt. ita.n. in arbitrio rei eſſet, etiam, nulla iuſta de cauſa, clericum trahere ad Iudicem ſæcularem: & vt Socin. ait, eſſet inutilis huius canonis deciſio. Videntur autem concludere Innoc. Butr. Abb. Barbat. Socin. quod in caſu noſtri canonis, ſi laicus negat rem eſſe Eccleſiæ, vel clerici; excluditur iuriſdictio Iudicis eccleſiaſtici, niſi conſtet, vel notorium ſit rem eſſe Eccleſiæ, vel clerici: & niſi clericus offerat probationem, qđ ita ſe res habeat: quia tunc ſummariè Iudex eccleſiaſticus cognoſcet, an ita ſit, de qua probatione Abb. poſt num. 16. & alij. Hæc accommodatè ad caſum noſtrum: nam alioqui Doctores generaliter agentes, de excludenda iuriſdictione Iudicis variè diſtinguunt, & ſpeciatim in caſu ſacrilegij, & violentiæ, quæ ab actore proponitur, negationem aiunt nihil prodeſſe reo, ſed omnino Iudicem eccleſiaſticũ cognoſcere. latè hic Butr. qui diſtinguit de violentia expulſiua, & turbatiua, ſed materia videtur alterius, c. cum ſit.

4 * *In pleriſq; partibus.*) Nota dictionem, *Pleriſq;*, quæ regulam firmat. ita Bart. loquens de verbo, plerumq. in l. 1. ff. de tu. & ra. diſtr. in princ. & qui regulam habet pro ſe onus probandi reijcit in aduerſarium. Iaſon. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. vide Abb. in verbo regula, & verbo plerumq́.

5 * Tertia propoſitio eſt quaſi limitatio ſecundæ, vt negante reo laico adeatur Iudex laicus, ſicuti diximus, niſi conſuetudo aliter ſe habeat. & ita conſuetudo efficere poteſt, vt clericus actor de ſuis, vel Eccleſiæ rebus agens contra ri-

gorem iuris trahatur laicum ad Iudicem eccleſiaſticum: etiam ſi neget laicus rem eſſe Eccleſiæ, vel clerici notat, Abb. nu. 5. Barb. nu. 12. Socin. nu. 4. Petr. de Anchar. num. 5. Nota, inquit, *quod de conſuetudine poteſt iuris ordo conuerti, vt reus ſequatur forum actoris*. Ita quod per alias propoſitiones ha-
6 bemus, de iure eſt, * quod per hanc tertiam, de conſuetudine; quæ quidem adeo a iure ipſo probatur, vt definiat etiam ita ſeruari in pleriſq; partibus. Probat autem Barb. nu. 13. quod conſuetudo contrarium efficere non poteſt, hoc eſt, vt clericus trahatur coram laico: cuius doctrina vidēda eſt: ſacra prærogatiua, & conſuetudo generaliter regulam vitiat, quod actor ſequatur forum rei. ſed ſunt etiam multi caſus, in quibus regula deficit, quos habes apud Spec. lib. 2. par. 5. de Iud. comp. qui etiam de cõſuetudine Ciuitatis Arecij teſtificatur. item apud Soc. in c. cum ſit generale. de foro comp. item in regulis iuris Bar. Soc. reg. 15.

ROLANDI A VALLE
Iur. Cõſ. Caſalenſis, Præſidis Senatus Montis ferrati. Conſ. 37. lib. 4.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus habere non poteſt armatam familiam, & num. 8. ſed contra nu. 10. & 20.*

2 *Auxilium brachij ſæcularis implorari debet per Epiſcopum pro executione iuſtitia.*

3 *Brachium ſæculare, licèt inuocari poſſit, tamen id procedit, quādo remedia eccleſiaſtica deficiunt.*

4 *Principes ſæculares ſicut recurrere debent ad Eccleſiam pro ſpiritualibus, ita in temporalibus debent recurrere Prælati ad Principes ſæculares.*

5 *Armorum vſus prohibitus eſt eccleſiaſticis perſonis.*
6 *Clericus arma deferens, dignus eſt excommunicatione.*
7 *Arma clericorũ ſunt lachrymæ, & orationes, fallit vt in nu. 26*
8 *Regula, quæ habet, quod vno commiſſo videntur omnia alia cõmiſſa, ſine quibus illud explicari non poteſt, non habet locum in prohibitis, declarat vt in nu. 24.*
9 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt tenere Officiales armatos.*
10 *Papa poteſt dare licentiam clerico pugnandi in bello iuſto, ſine metu irregularitatis.*
11 *Papa ex iuſta cauſa poteſt bellum indicere, præſertim contra infideles.*
12 *Crimen hæreſis eſt eccleſiaſticum.*
13 *Dominus temporalis, ſi impediat familiam Inquiſitoris in delatione armorum, poterit puniri tanquã turbator Inquiſitionis.*
14 *Epiſcopus poteſt procedi contra Hæreticos.*
15 *Abſurditas euitari debet.*
16 *Epiſcopus per ſuam iuriſdictionem poteſt laicos in certis criminibus capere, & corporaliter coercere.*
17 *Epiſcopus pro defenſione ſui, & ſuorum poteſt vti gladio materiali.*
18 *Iudex ſæcularis, vbi vires ipſius non ſufficiunt ad exequendum quod ſuo incumbit officio, implorat auxilium alterius potentioris.*
19 *Officialis alicuius villæ non habens familiam ſufficientem, poteſt conuocare incolas & habitantes in illa, pro capiẽdo malefactorem; & ſi nollent eum adiuuare, tenentur ex condictione l. 2. C. de his, qui latri abſcond.*
20 *Iudices ſæculares, vbi per ſe non poſſunt ſubditos ſuos domare, inuocant auxilium eccleſiaſticum in ſubſidium.*
21 *Armorum vſus, nedum prohibitus eſt clericis, ſed & laicis.*
22 *Eccleſia licet non habeat exercitium gladij materialis ad inferendam mortem alicui, vel membri mutilationem, tamen ſecus eſt ad exequendum iuſtitiam.*
23 *Epiſcopus, & eius Vicarius dicuntur Officiales communis, & diſpoſitio cap. ſi ſententia. de ſent. excom. in ſexto. ita verificatur in Epiſcopo delinquente, ſicut in Rectore.*

 Du-

1 DVbitatio exoritur, nunquid † liceat Epiſcopo familiam habere armatam, & reperio, quod Abbas in c. ſignificaſti. col. fin. ver. & ex his infero. de offi. deleg. refert alias fuiſſe interrogatum a quodam Epiſcopo, & ei reſponſum dediſſe, quod non, niſi haberet iuriſdictionem temporalẽ in loco. & primò, propter iura canonica, quę prouident in executione iuſtitię, Epiſcopum
2 † debere implorare auxilium brachij ſæcularis, c. adminiſtratores. c. Principes. 23. q. 5. facit dictum Oldra. in conſ. 89. circa fin. vbi inquit, quod illud implorari non poteſt, niſi quando ordinarius nihil habet, quod faciat: quia iura loquuntur, ſi opus fuerit. c. de offi. ord. in 6. Feder. de Sen.
3 in conſ. 25. col. fin. vbi dicit, quod † licet poſſit inuocari brachium ſæculare, debet tamen inuocari cum neceſſe eſt, & iuris ordine ſeruato, videlicet quã remedia eccleſiaſtica deficiũt: qa nõ debet Iudex delegatus incipere a cauda, ſed a capite, cum iura loquẽtia de brachio ſæculari dicãt, ſi opus eſt, vel neceſſe eſt, vt i c. 1. de off ord. Dec. in c. cum non ab homine. n. 7. de iudic. vſq; quã Ordinarij excõicauit aliquẽ, aggrauauit, vel reggrauauit, & effectus fuerit incorrigibilis, vt p Calca. in conſ. 19. col. fin. & ſic ex his apparet, qđ armatã familiam Epiſcopus pro executione iuſtitiæ habere non poſſit, ſed pro ipſa recurrendũ ſit ad brachiũ ſæculare.
4 Secundo facit, nam † ſicut pro ſpiritualibus Principes recurrere debent ad Eccleſiam, ita in temporalibus debent recurrere Prælati ad Principes ſæculares, c. cum ad verum, & in c. ſi Imperator. 96. diſt. ne officia eorum promiſcuis actibus turbentur. l. conſulta diuali. C. de teſta.
5 Tertiò facit, quia † vſus armorum prohibitus eſt clericis, ſeu eccleſiaſticis perſonis, c. clerici. de vita, & honeſt. cle-
6 ricor. & in tantum, quod † contra facientes, grauiter peccat, quod colligitur ex eo, quod delictum eſt excõicatione dignum, quæ non fertur, niſi pro graui crimine, c. nullus. c.
7 nemo. 11. q. 3. Abb. in d. c. clerici. col. 1. nam † arma clericorum ſunt lachrymæ, & orationes, c. conuenior. 23. q. 8. vbi ſic ait Ambroſius, dolere potero, flere potero, gemere potero aduerſus arma, milites, globos, quia lachrymæ meæ

arma ſunt mea: talia n. inſtrumenta ſunt Sacerdotis; aliter n. nec debeo, nec poſſum reſiſtere. Ex quibus verbis videtur, quod Sacerdos ex orationibus, & lachrymis debet malis reſiſtere, & non per potentiam temporalem, & ſic oſtenditur, quod Epiſcopus non habet iuriſdictionem tenẽdi familiam armatam.

Quartò demonſtratur: Nam ab ipſo Chriſto dictum fuit Petro, volenti defendere eum ab iniuria Iudæorum: Conuerte gladium tuum in vaginam; vt habetur in Euangelio, & tranſumptiuè 23. q. 8. c. 1. item & in veteri Teſtamento dixit Deus ad Dauid: Non ædificabis mihi Templum, quia vir ſanguinis es, vt habetur in cap. 1. de conſecr. diſtin. 1.

Quintò, ita voluit Abb. in c. cum non ab homine. nu. 8. de iud. & Felyn. in c. ſignificaſti. col. 2. in fin. ver. verum Epiſcopus. de offi. deleg. Nec obſtat, quod in contrariũ tenuerit Bald. in l. nam ſalutem. §. fin. ff. de offi. perfect. vig. vbi per illum tex. inquit, quod ſicut Officiales Communis poſſunt arma portare, ita & familia Epi, cum habeant imperium in ſua Diœceſi; quia reſponderi põt, quod illatio Bald. non videtur benè procedere de Officialibus Cõis ſæcularibus ad eccleſiaſticos, quibus armorum vſus prohibitus eſt, d. c. clerici.

Nec ſimiliter habet obſtare, ſi dicatur, quod immo ſibi videtur concedi dicta facultas acceſſoriè, per rationem tex. in

8 c. preterea. de off. deleg. vbi † commiſſo vno, videntur oĩa cõmiſſa, ſine quibus illud explicari nõn põt. Quia reſpondetur, qđ regula illa locũ non habet ĩ prohibitis; & ſic non vĩ extendi ad arma, quę prohibita ſunt, vt in d. c. clerici.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure verior, quod immo Epiſcopo competit facultas tenendi familiam armatam, & pro fundamẽto huius partis facit tex.

9 in Clem. 2. §. fin. de heret. vbi † Papa conceſſit facultatem Inquiſitoribus, vt poſſint armatos Officiales tenere, ex quo datur, intelligi, quod penes Papam eſt poteſtas habendi armatos, & mouendi arma in criminibus ad eccleſiaſticum forum ſpectantibus, alias non potuiſſet Inquiſitoribus eam concedere, vnde ad laicos de neceſſitate in his non eſt recurrendum, vt contraria præſupponit opinio. & quod penes Papam ſit huiuſmodi poteſtas, probatur ex not. p Abb.

in d.

10 in d.c.clerici.vbi quærit, nunquid † Papa poſſit dare licentiam clerico pugnandi in bello iuſto ſine metu irregularitatis, & concludit, quod ſic: quia Papa conſtitutionem Eccleſiæ, quæ prohibet clericum pugnare in bello iuſto, põt
11 illam relaxare, maximè cum † ipſe Papa ex iuſta cauſa bellum indicere poſſit, præſertim contra infideles, c. omni. & c.præterea. 23. q. 8.

Secundò facit; nam nulli dubium eſt, quod Inquiſitores hæreticę prauitatis pro exequendo officio ſibi cõmiſſo, poſſunt habere familiam armatam, vt in Clem. 2. §. porrò, de hæret. quia ſecundum Car. ibi conceſſio armorum hoc caſu
12 ſpectat ad Iudicem eccleſiaſticum, ſicut † crimen hæreſis, c. vergentis. ext. de hæret. & in tantum vera eſt huiuſmodi
13 concluſio, ſecundum eum, quod † ſi Dominus temporalis impediat familiam Inquiſitoris in delatione armorum, q͂d ſecundum Gemin. poterit puniri tanquam turbator inquiſitionis, per id, quod notat Innoc. in c. 1. de offic. deleg. ſi
14 verò hoc permittitur Inquiſitori, ergo & Epiſcopis, † qui contra Hæreticos procedere poſſunt. Clem. 1. de hæret. & ſi aliter diceremus, ſequeretur abſurdum, videlicet, ꝙ Inquiſitores, c. poſſent per familiã ſuam capi facere Hæreticũ, quem citare, poſsũt arreſtare, capere, & tute cuſtodire, emancipare, ponendo etiam in compedibus, & manicis ferreis, vt in d. Clem. 1. §. ſi quod. & quod Epiſcopi ex defectu familiæ non poſſint officium ſuum exequi, quod abſurdũ eſt dicere, cum tam Epiſcopis, quàm Inquiſitoribus detur huiuſmodi facultas capiendi Hæreticos, & alia faciendi. de quibus ſupra, vt in d. Clem. 1. §. præter quod. vt igitur euite-
15 tur abſurditas ipſa, † quę omnino euitari debet. l. nam abſurdum. ff. de bon. liber. Clem. 2. de magis. & tollatur differentia inter vnum caſum, & alium, quæ eſſe non poteſt ratione identitatis, videtur dicendum, quod ideo Papa Epiſcopis non contulit facultatem tenendi familiam armatam contra hæreticos, ex eo, quod ſciebat, quod ipſis, tanquam Ordinarijs, facultas huiuſmodi competebat, alias ſi non competijſſet, vtique dubitari non poteſt, quod eis ſicuti Inquiſitoribus conceſſiſſet.

16 Tertiò accedit; nam † Epiſcopus per ſuam iuriſdictionem

poteſt

poteſt etiam laicos certis criminibus capere, & corporaliter coercere, vt eſt tex. cum glo. in c. cohorta idolorum. 26. q. 5. c. attendendum. 16. q. 4. c. 2. de adult. quia nemo dubitat egere miniſtris armatis.

Quartò accedit; nam, vt inquit Gemin. in d. c. dilecto. col. 2.
17 ver. quæro, quia tex. de ſent. excom. in 6. Epiſcopus † pro defenſione ſua, & ſuorum, poteſt vti gladio materiali in homines cuiuſcunque iuriſdictionis, ſi ergo ei pro priuata vtilitate hoc permittitur, ergo multò fortius pro executione iuſtitiæ, quæ reſpicit publicam vtilitatem, quæ præfertur priuatæ, vt per Doct. in l. 1. ff. ſolut. matr.

Quintò, in terminis noſtris voluerunt Bald. in d. l. nam ſalutem. § fin. Barbat. & Dec. in c. ſignificaſti. de off. delega. & rurſus in c. cum non ab homine. de iudic. quia iſto caſu vſus armorum pro executione iuſtitię videtur licitus: quia cum ipſius executio permittatur ordinario, omnia ad id neceſſaria permiſſa videntur, c. præterea. de off. deleg. Idem tenuit Stepha. Aufrer. in tract. de poteſtate eccleſiaſtica n. 18. vbi inquit, quod Epiſcopus familiares, aut ſeruiẽtes armatos habere poteſt, cauſa cuſtodiẽdi ſcalatos, & ducendi per villam Toloſæ, & quod poſſunt portare enſes, & arma defenſiua, vel etiam inuaſiua, ſuadens ita caueri in concordatis inter Officiarios Regios, & ſpirituales Toloſæ factis: pro quo dicit facere, quod ſcribunt Mod. in d. c. ſignificaſti, & Bald. in d. l. nam ſalutem. § fin. licet Abb contrarium teneat, vbi ſupra, quam partem libenter ſequuntur Officiarij Regij. hanc quoque ſententiam latè proſequitur Gundiſal. in tract. de hæret. q. 11. ver. ex quo infertur. vbi ait, quod iſta opinio ſibi placet, quam obſeruat communis vſus, & mouetur quaſi ex primis duobus fundamentis per nos ſupra pro hac parte adductis.

Non obſtant modo, quæ exaduerſo allegata videntur, quia ad primum argumentum reſpondetur, quod licèt Ordinarius recurrat ad brachium ſæculare in ſubſidiũ, tamen per hoc non infertur, quin etiam immediatè poſſit habere familiam armatam, vt patet in Inquiſitore Hæreticorum, qui poteſt inuocare brachium ſæculare, c. officiũ. §. deniq. de hæret. in 6. & tamẽ ipſe poteſt habere Officiales armatos, d. Clem. 1. in fin.

in fin. de hæret. ita Deci. in d. c. ſignificaſti. column. fin.
Vltorius dicitur, quod per dictum Abbatis non probatur intentum opinionis contrariæ, quoniam inter ipſoſmet ſæcu-
18 lares Iudices idem obſeruatur, quod † vnus implorat auxilium alterius, vbi vires ipſius non ſufficiunt ad exequendum, quod ſibi incumbit, tex. eſt in l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſcop. & cler. & ideo inquit Pariſ. de Put. in tract. ſin. dic. in in verbo brachium alterius Iudicis potentioris, ſed
19 (quod plus eſt) Officialis † alicuius Villæ non habens familiam ſufficientem, poteſt conuocare incolas, & habitantes in illa pro capiendo malefactorem, allegat Bal. in d. l. ſi quis in hoc genus. & ſubdit, quod ſi nollēt eū adiuuare, & vellent vt fugeret, tenentur ex conditione l. 2. C. de his, qui latr. occulta. allegat Ang. in l. 1. C. de nil. ager. rump. Itē etiam
20 videmus, quod † Iudices ſæculares inuocant auxilium Eccleſiæ in ſubſidium, vbi per ſe non poſſunt ſuos ſubditos domare, vt per Innoc. in c. licet ex ſuſcepto. de foro compet. ita Gundiſal. vbi ſupra, vbi inquit hoc notan.

Ad ſecundum reſpondetur, quod hic nulla videtur eſſe confuſio, ex quo vnus non ſe intromiſit de officio alterius, ſed ſuam tantum exequitur iuſtitiam, vt per Dec. in d. c. ſignificaſti. col. fin.

Ad tertium reſpondetur pluribus modis, & primò, quod vſus
21 † armorum eſt prohibitus nedū clericis, ſed etiam laicis, vt in tit. C. de vſu arm. & de vtroq; per Abb. in d. c. clericū. in prin. & Imol. in Clem. 2. col. pen. circa fin. de hęret.

Secundò reſpondetur, id verum eſſe regulariter, ſecus videtur pro executione iuſtitiæ, vt per glo. fin. in c. dilecto. de ſent. excom. in 6. ita Dec. vbi ſupra, inquit, quod per hoc etiam reſpondetur ad tex. in c. inter, ex aduerſo allegatum. plus
22 dicitur, quod † licèt Eccleſia non habeat exercitium gladij materialis, illud eſt ad inferendum mortem alicui, vel membri mutilationem, & hoc caſu intelliguntur iura adducta in contrarium, ſecus autem ad exequendum iuſtitiam ſibi competentem per ſuperius dicta, ita Gundiſal. vbi ſup. iſtud etiam ſentit Dec. vbi ſupra. ¶ Non obſtat, quod arma clericorum ſunt lachrymæ, & orationes. Quia reſpondetur, iſtud eſſe verum regulariter, tamen nos videmus, ꝙ

etiam

etiam in pluribus caſibus licitum eſt vti materialibus, vt in c. dilecti. de ſent. excom. in 6.

Non obſtat, quod dictum fuit per Chriſtum Petro; Quia reſpondetur, quod non ſolum Chriſtus locutus eſt cum Petro, ſed etiam alijs laicis, vt colligitur ex eo, quod in eadem auctoritate ſubijcitur dum dicitur. Nam omnis, qui gladium accipit, gladio perhibit. Sic etiam reſpondetur ad aliam auctoritatem, quod illa loquitur de effuſione ſanguinis iniuſta. Nam Dauid proditoriè fecerat interfici Vriam, vt committeret adulteriũ cum Bethſabee eius vxore, & adhuc non fuerat pœnitens, quando illa verba ſibi dicta fuerunt, ſed nos loquimur de executione iuſtitiæ fiendę, quę eſt licita, & iuſta, ergo, &c. vt per Abb. in d. c. clerici. col. 2. verſ. Nec obſtat prima auctoritas.

Penultimò, non obſtat, quod illatio, quam facit Bald. in d. l. nam ſalutem. § fin. ſubſiſtere non videatur: Quia reſpondetur, quod immo valet: quoniam dum Bald. loquitur de Officialibus Communis, eius dictum verificatur etiam in
23 Epiſcopo: quia † ipſe, & eius Vicarius dicuntur Officiales Communis, vt per Anch. in conſ. 342. quem ſequitur Dec. in c. Eccleſia S. Mariæ. nu. 10. de conſt. & in c. ſanè col. fin. de offi. deleg. vbi etiam dicit, quod id, quod diſponitur in c. ſi ſententia. ibi, Domini, vel Rectores: de ſent. excom. in 6. videlicet, quod propter delictum Rectoris poteſt interdici locus, verificatur etiam in Epiſcopo delinquente, qui etiam dicitur Rector Ciuitatis; & in terminis noſtris, ita dixit Dec. in d. c. ſignificaſti. column. fin.

24 Vltimò, non obſtat, quod † in prohibitis locum non habet regula, quod vbi alicui quid conceditur, videntur etiam permiſſa omnia, per quę peruenitur ad illud. Quia reſpondet Dec. vbi ſupra, quod in iſto caſu pro executione iuſtitiæ hoc prohibitum non videtur, & quod regula ꝓhibitiua præualere non debet, quando affirmatiua eſt magis ſpecialis: q͂a tunc illa attenditur, cum ſpecies derogat generi, vt in regula generali per ſpeciem derogetur. de reg. iur.

LÆLII IORDANI I. C. ROM.
Doct. Iuris Ciuilis in Gymnaſio Romano, poſtea Epiſcopi Acernen.
In tractatu de maioribus cauſis, &c. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Negantes licere Epiſcopis familiam habere armatam, conantur reddere imperium Eccleſiæ paralyticum, & ſimiliter dicentes brachium ſæculare neceſſariò inuocandum.*

2 *Abbas Panorm. malè ſæpè ſenſit de Eccleſiaſtica poteſtate.*

3 *Author contra Panormit. & alios malè ſentientes pollicetur ſe demonſtraturum licere Epiſcopis familiam armatam habere, & brachium ſæculare non eſſe neceſſarium, ſed quomodo opus erit implorandum.*

4 *Veritatis tuendæ gratia, & ſalute curandis cauſa ſua quoque tollere decreta oportet.*

5 *Author promittit ſe veram opinionem animis hominum inſerere, & falſam euellere.*

6 *Ordo tenẽdus in diſputatione huius q̃ſtionis, in hoc capite propoſito.*

7 *Vnde originem duxerit opinio Abb.*

8 *Delegatus ſecundum ſtylum Curiæ non debet, immo non poteſt inuocare brachium ſæculare, niſi habeat reſcripto expreſſam hanc facultatem.*

9 *A delegato Principis ad Ordinarium non valet argumentum. Delegatus non poteſt mulctare, Ordinarius autem ſic, ibi.*

10 *Delegatus non poteſt exequi ſuam ſententiam, Ordinarius aũt ſic de iuris rigore.*

11 *Fundamẽtum opinionis Panormitani eſt poſitum ſuper aqua.*

12 *Opinio Panormitani non probatur ab antiquis, ſed ab ipſo potius inſinuata. Doct. qui Panor. ſequuntur, narrati, ibi.*

13 *Gemin. & Archid. non dicunt id, ad quod pro Abbatis opinione citantur. Antonij Maſſæ Galleſij animaduerſio, & laus ibi.*

He-

Hoſtien. probat potius contra Abb. videlicet Iudicem eccleſiaſticum poſſe manu militari exequi, ibi.
Abbas antiquus, & Henric. Boic. idem videntur tenere, ibi.

14 *Ordinarij verbum indiſtinctè de eccleſiaſtico, & ſæculari intelligendum.*

15 *Tres gradus quæſtionis; Primus, delegatum per ſe non poſſe; Secundus, per Ordinarium eccleſiaſticum poſſe; Tertius, per Ordinarium ſæcularẽ eius inuocato brachio, poſſe ſententiam exequi.*

16 *Intellectus ſing. 770. Guid. Pap. quod loquatur de Epiſcopo iudicante, vt arbitro ex iuriſdictione prorogata, non vt eccleſiaſtico, & iuriſdictione ordinaria.*
Epiſcopus tanquam habens merum imperium, habet cognitionem cauſæ delationis armorum, ibi.

17 *Epiſcopus, ſeu Ordinarius eccleſiaſticus poteſt, immo cenſetur delegato committere facultatem exequendi ſententiam, niſi ſpecialiter ſibi Ordinarius reſeruauerit.*

18 *Authores pro op. contra Abb. grauiſſimi, & plurimi, & nu. 21.*
Baldi maxima authoritas, ibi.

19 *Oldrad. firmat brachium ſæculare implorari in ſubſidium.*
Eccleſia poteſt etiam contra laicos ad capturã pro criminibus eccleſiaſticis procedere, ex eodem Oldrado, ibi.
Eccleſia ex condecentia ſolet brachium ſæculare inuocare, & poteſt laicos pro eccleſiaſticis criminibus capere, ex Mar. Socin. Sen. & Io. Vanquell. ibi.

20 *Non valet conſequentia, laici debent excõicari, ergo non poſſunt capi, & nu 27.*

21 *Epiſcopus poteſt habere familiam armatam, ex Aufrerio, & alijs, præter relatos, ſupra nu. 8.*

22 *Defenditur Bald. à contrarietate, & declaratur eius locus in l. 1. de ſerui. & aqua. ſub nu. 68. & 69. conuenire cũ loco eiuſdem Bald. in l. nam ſalute ff. de off. Præfect. vigil.*

23 *Epiſcopus poteſt pro iuriſdictione ſui Epiſcopatus, ac iure, armis etiam materialibus vti, & nu. 57.*

24 *Argumenta opinionis Abb. quinque referuntur.*

25 *Epiſcopus habet proprium imperium in ſua Diœceſi.*

26 *Epiſcopus poteſt punire delinquentes ſuæ Diœceſis, quia habet imperium.*

27 *Epiſcopus poteſt excõicare, & propria etiam authoritate delinquentes capere.*

28 *Epiſcopus poteſt per Eccleſiæ miniſtros fuſtigare, & torquere, & num. 55.*

29 *Epiſcopus poteſt habere proprios carceres, & in illos conijcere delinquentes.*

30 *Ad Eccleſiã pertinet diſpoſitio authoritatiuè gladij materialis ex D. Thoma.*

31 *Cui conceditur aliquid, cenſentur omnia conceſſa neceſſaria, ſeu opportuna pro conceſſi executione.*

32 *Beroius notatur putans Epiſcopos tranſire fines ſuæ iuriſdictionis, vtendo familia armata.*

33 *Si poteſt Poteſtas, multò magis poteſt Epiſcopus habere familiam armatam.*

34 *Qui poteſt ſuam exequi ſententiam, poteſt etiam executori per violentiam committere.*

35 *Inferiores pro executione recurrunt ad Epiſcopum, igitur põt Epiſcopus habere familiam armatam.*

36 *Concilij quoque Tridentini authoritate probatur, Epiſcopum habere propriam poſſe familiam.*

Qui negat Eccleſiã vtrunque habere gladiũ, eſt Hæreticus, ibi.

37 *Materialem gladium eſſe Eccleſiæ, Chriſti IESV in Euangelio Ioan. teſtimonio probatur.*

38 *Intellectus verbi D. Bernardi, nutu Eccleſiæ. pro diſpoſitione, & imperio, non pro ſimplici cohortatione, ex Turrecrem.*

39 *Epiſcopi iuriſdictio eluderetur, ſi familiã ille armatam habere non poſſet, & nu. 53.*

40 *Conſuetudine ſuadente loci nulli dubium Epiſcopos poſſe familiam habere armatam.*

41 *Conſuetudine etiam circumſcripta Epiſcopi poſſunt de iure habere familiam armatam.*

Intellectus Clem. nolentes. §. porrò. verſ. Spectat. de hæret. vt procedat etiam in Epiſcopis, ne dum in Inquiſitoribus, ibi.

42 *Argumentum debet quis inuocare brachiũ ſæculare, igitur non poteſt habere familiam armatam, non valet ex Decio.*

43 *Brachium ſæculare non debet neceſſariò Epiſcopus inuocare, ſed poteſt, ſi vult, poſtquam ſuo vtroque gladio ſ. ſpirituali, & materiali eſt vſus.*

44 *Non*

44 *Non eſt alius quærendus quomodo poteſt executio fieri à ſeruientibus Iudici, qui ſententiam tulit.*

45 *Non cogitur Epiſcopus, ſed volens exigente ſubditorum rebellione, poteſt inuocare brachium ſæculare. etiam ex Abb.*

46 *Delegatus prius requirit Ordinarij eccleſiaſtici, quam ſæcularis brachium.*

47 *Sæcularis etiam, ſi eius auxilium teneretur delegatus implorare, non propterea poteſt iuriſdictionem prætendere, ſecundum communem opinionem ex Alciato.*

48 *Epiſcopis habentibus ſuam propriam familiam armatam non perturbantur Prælatorum, ac ſæcularium inuicem poteſtates.*

49 *Vbi eſt diſtinctio, ibi non cadit confuſio.*

50 *Si concederetur Epiſcopos non poſſe familiam habere armatam, ſequeretur ſæculares fungi duplici munere, & poteſtate.*

51 *Si adire neceſſe eſt ad ſæculares, confunderetur eccleſiaſtica iuriſdictio, quæ debet per ſæculares cuſtodiri.*

52 *Epiſcopi debent neceſſariò habere fidele Miniſtrum, cum competenti familia armata.*

53 *Abſurdum eſſet, Epiſcopos non poſſe habere familiam, & debere ſæcularem Magiſtratum requirere: quia interim poſſent delinquentes fugere, & nu. 39.*

54 *Sæcularis requiſitus de brachio ſæculari diffugiendo, ſæpè dicit ſe velle cauſam ſcire, cur Ordinarius eccleſiaſticus vellet vti ſæculari brachio.*

55 *Regij Iudices caperent temporalitate Iudicis eccleſiaſtici manu Regia, ſi requiſiti vellent dare brachium ſæculare, ibi.*

56 *Epiſcopus poteſt per alios carcerare, torquere, percutere, & num. 28.*

57 *Clericis ratione adminiſtrationis, armorum eſt permiſſus vſus.*

58 *Epiſcopus poteſt pro defenſione iuſtitiæ arma capere, & nu. 23.*

59 *Manus militaris non ſolum in temporalib., ſed etiam in ſpiritualibus, Epiſcopo eſt neceſſaria.*

Intellectus c. tuæ. vt lit. non cōteſt. qđ loquatur de Epiſcopo, ibi.

60 *Intellectus doctrinæ Angeli in l. qui reſtituere. ff de rei vendic.*

61 *Concluſio, quod Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis competit ius habendi familiam armatam.*

62 *Immo quod ad Iudicem eccleſiaſticum pertinet cogere Iudicem ſæcularem, vt liberet quemcunq; captiuum, quem iniuſtè in carcere detinet.*

Cum

CVm verò eò deuenerimus, vt Epiſcoporũ cau-
ſas capitales ad Summum Pontificem deferẽ-
das, & canonum, ac Sanctorum Patrum, &
Conciliorũ, grauiſſimorumq́. etiam plurium
authoritatibus confirmaſſe videamur, & pla-
nè veluti præſaga mente ſentiamus tentare
pleroſq́., nauiter verecũdiæ fines tranſeũtes,
clariſſimis quibuſcunque rebus tenebras effundere, con-
ſtansq́. illud, ac perpetuum Eccleſiæ imperium quadam
1 veluti neruorum reſolutione affectum, ac paralyticum (vt
dixit Hoſtienſ. in c. 1. de off. ord. & Bertran. in conſ. 138.
rem non nouam. nu. 4. vol. 3. in antiq.) reddere, ac præcisè
etiam negare Epiſcopi licere proprios apparitores, licto-
reſq́., & viatores, quos vocant executores, & miniſtros,
habere armatos iuſtitię exercendæ, atque exequendæ cau-
ſa, atque adeo affirmare ſęcularis brachij auxilium, non ſo-
lum eſſe opportunum, & ipſius Eccleſiæ tantum authorita-
te, propriaq́. diſpoſitione implorandum, ſed etiam neceſ-
ſariò, ac ſemper inuocandum prætexere. Panor. ſæpè, vt de
2 Concilio Baſilien. ſic de hac ſæculari poteſtate malè ſen-
tiente erroris authore, ac duce ſibi propoſito, probante il-
lo quidem, laicis nimium indulgente, Epiſcopis ditione
temporali carentibus, non eſſe liberum magiſtratus, at-
que imperij Epiſcopalis comites, & apparitores, sbirrua-
rios, ſeu exequutores, armatamuè familiam dicunt, ſuas
veluti ipſorum manus, ſibi præſto futuros deligere, quaſi
Epiſcoporum poteſtas quædam in animos tantum, non au-
tem in corpora etiam imperiũ exiſteret, nec ſontes accer-
ſiri, ligari, virgis cedi, in carceres conijci vlla eis iubendi
facultas relicta eſſet. Nos verò arbitrati quidem, ſummiſq́.
authoritatibus planè edocti contra, ac iſti dicant, eſſe ſta-
3 tuendum, atq; Epiſcopis etiam Imperatores ſua debere ca-
pita ſubmittere, eorumq́. monita neceſſariò recipere. cap.
Valentinianus. 63. diſtinct. illoſq́. volentes quidem inuo-
care, non autem cogi implorare brachium ſæculare, pro-
prioſq́. ſibi præſto futuros apparitores habere, a quoque
prohiberi, minimè poſſe, nec omnino a propoſita hac ma-
teria alienum putauimus, hoc etiam inſerere quæſtionis ca

put,

put, cùm præ cæteris omnibus veritatem ſoleamus pluris
æſtimare, non ignorantes eius retinendæ gratia, vt dixit
4 Philoſophus 1. Ethicorum, cap. 6. in princ. ſua etiam de-
creta tollere, nedum, ab alijs temerè inducta delenda irri-
ta,& iniuſta pronunciare, Chriſtianæ Religionis præſertim
puræq., ac veræ fidei Catholicæ, vt decet, ſtudioſos, atque
acerrimos defenſores, ſummumq. illud bonum, ſcilicet ſa-
lutem, ad quam omnes referendæ ſunt actiones, curare æ-
5 quum eſſe. Dabimus igitur operam, vt qui hanc theſin iu-
uexerunt, non ſolum improbandi, ſed deteſtandi etiam hac
in re dignoſcatur, inſitaq. hæc nonnullorum animis ſenten-
tia penitus euellatur, illaq. antiquior de ſanctiore, veluti
ærario deprompta, eadem quidem verior,& iure, ac ratio-
nibus, non argumentis expoſitionum vitijs (vt Quintiliani
lib.2.cap.10. mutuemur verba)temerè,& nimis inconſide-
ratè ductis cõprobata fidentius infigatur, atque inſeratur
opinio.

6 Quo verò rem totã ordine proſequemur, qđ propoſuimus
perfectè explicaſſe intelligamur, ac primo quidem oſtẽde-
mus rationẽ, & quæ ab aduerſarijs dicitur illationem a de-
legato Principis ad Ordinarium eccleſiaſticum ductam mi-
nimè concludere, ſimulq. cum Panormitano facientes refe-
remus, vt facilius dignoſcatur eorũ opinionẽ non eſſe apud
Doctores crebriorem, immo potius noſtram receptiorem
exiſtimandum.

Inde probandæ ſententiæ authores verius, ac ſincerius ſentiẽ-
tes recenſebimus, vt multis etiam partibus plures nedum
grauiores veritati fauere demonſtremus.

Tertio loco,quæ ab aduerſarijs diſſentientiẽtibus allata ſunt,
aut excogitata narrabimus.

Iam verò noſtrorũ rationes ſignificabimus, nonnulasq. etiam
paupere è noſtro pectore depromptas addemus, vt ratio-
ne,& ſententia hanc noſtram opinionem veriorem, ac me-
liorem oportere meritò iudicari perſpicuum eſſe poſſit.

Poſtremò omnia in contrariam partem dicta confutabimus,
& noſtram ſententiã ſincerè, & ex animo proferemus. Pa-
7 norm. quidem opinio deducta fuit ex argumento Innocen.
Hoſtien. & aliorum exiſtimantium in c. ſignificaſti. de offi.
deleg.

Digitized by Google

delega. Principis delegatum non poſſe ſuam per ſe exequi ſententiam, ſed debere brachium ſæculare inuocare: ideoque etiam Ordinarium eccleſiaſticum, tanquam armis vti prohibitum excõmunicationis mucrone vtendo, non poſſe armatam habere familiam, ſed debere ad brachium ſęculare confugere.

8 Nemo autem ex illis, qui Panorm. aſſentiuntur, eſt atteſtatus hanc eſſe cõmunem opinionem, nec teſtari poterat hac in re, licèt communem pleriq. teſtentur, delegatum debere inuocare brachium ſæculare, qua de re nunc non vertit controuerſia, licèt re vera antiquiores, & recentiores fateantur poſt Abb. in antiq. in eodem c. ſignificaſti. in fin. Curiam Romanam ſequi contrarium, videlicet delegatum non ſolum non debere, immo nec poſſe brachium ſæculare inuocare, niſi expreſſim contingat eos in facultatibus habere: vti etiam Feyn. ipſe aſſentiretur in eo. c. ſignificaſti. nu. 3. & Summ. Tabien. in verb. delegatus. nu. 2. § ſeu. verſic. Verum delegatus poſſit, &c. vbi tamen in quæſtione, de qua quęritur, licèt conſentiat pro Eccleſia, perperam allegat Felyn. contrarium dicentem, & in eodem c. ſignificaſti, notant etiam de hoc ſtilo Curię loquẽtes Henric. Boic. Card. Zabarel. & alij ab ipſis relati, & Prob. in addit. in Io. Monac. in c. vnic. a nu. 24. vſq; in fin. de ſtat. regul. lib 6.

9 Ad quæſtionem verò accedendo, & primum caput explicãdo, arbitror malè Panorm. inferre a delegato Principis ad Ordinarium eccleſiaſticum, quia detur licèt delegatũ Principis teneri inuocare brachium ſæculare, & non poſſe armatos habere homines, proprioſq. exequutores, tamen non infertur, quod eccleſiaſticus debeat neceſſariò implorare brachium ſæculare, & per ſe non poſſit, quia delegatus non poteſt per ſe mulctare, cum tamen Ordinarius poſſit. Hoſt. in ſumm. de ſent. & mulct. §. quis poſſit, refert, & ſequitur Bouerius in ſing. ſuis, in verb. contumacia, & mulcta. nu. 8. verſic. Delegatus ab Eccleſ. Iudice, etiam a Papa, vt poſſit

10 Epiſcopus ſuam exequi ſententiam, etiam in bonis laicorum, ſi exequi per ſe velit, licèt vrbanitate quadam abſtinere ſoleat. delegatus autem minimè poteſt, etiam ſi velit, & hæc eſt communis opinio, & diſtinctio, videlicet (vt noſtri

ſtri loquuntur) Epiſcopum de rigore poſſe ſuam exequi ſen tentiam, quamuis vrbanitate quadam abſtinentem, vti ét fatentur contrariam ſequentes opinionem Fel. in d c. ſignificaſti. in fin. & alij notati apud Io. Lupum, vocatum Doct. Palatios Rubeos, in repet. c. per noſtras. de donat. int. vir. & vxor. in 1. not. ver. ſed eſt pulchra dubitatio. nu. 5. verſ. Sed communis opinio procedit de vrbanitate, hæc verò de rigore, vbi de Epiſcopo, & nu. 10. verſ. Vbi dicit. ibi, iſta eſt communis ſententia. vbi de delegato Papę, fol 80. col. 3. &

11 4. ſic vt vel primo ipſo in limine appareat Sedem, & fundamentum conſtituendæ iſtius opinionis a Panormit. iactum inferendo a delegato ad Ordinarium eccleſiaſticum in aqua poſitum.

12 Sed licet concedatur, illationem ſubſtineri animaduertendum eſt Panorm. opinionem ab antiquis Doctoribus Innocen. Hoſtien. & alijs in contrariam partem allegatis, non probatam, & potius ab ipſo Panorm. inſinuatione quadam deductam, & a nonnullis poſtea receptam.

Nam Doct. hac de re loquentes, & Panorm. ſequuti ſunt in eodem c. ſignificaſti. de off. deleg.

Felyn. num. 4.

Capra paulò ante fin.

Beroius num. 32.

Afflict. in conſt. 1. nu. 7. in 1. lib. conſt. Regn. ſub Rubr. 9. de illicit. port. armo.

Ante iſtos etiam Palatios Rube viſus eſt dixiſſe in allegatione fol. 80. & ſeq.

13 Quamuis autem addantur Gem. Anch. & alij in c. dilecto, de ſent. excom. in 6. tamen hoc non dicunt, ſed tantum clericis habentibus temporalem iuriſdictionẽ, non licere per ſe, ſeu, vt loquũtur in propria perſona arma, niſi defenſionis gratia hortando ſumere, vt ibi expreſſum dicit Ancha. nu. 8. in 9. notab. & ideo iſti Doct. potius innuunt contrarium. ſ. defendendæ, iuriſdictionis cauſa per ſe poſſe, etiam non habentes temporalem, mouere arma, & per ſe ſine cõtentione poſſe exequi ſuam ſententiam, & corporalem dare poſſeſſionem: & ita planè animaduertit eruditiſſimus, maximuſq́. patronus, & iure conſultorũ, conſultiſſimus, &

humaniorum hominum humaniſſimus Anton. Maſſa Galleſius in ſuo pulcherrimo illo libro inſcripto ad formulam Cameralis obligationis, in eo.cap.quod eſt ſcriptum: Reliqua de proceſſu. nu. præſertim 48. verſ. Ex quibus colligi poteſt, quod vbi Iudex eccleſiaſticus habet facultatem exequendi de facto per ſeipſum, & nu. 54. verſ. Ex quibus redeundo illuc, vnde digreſſi ſumus, vbi Iudex eccleſiaſticus poteſt. fol. 188.& 189.ex Doricorum, Romæ impreſſorum editione.

Immo ipſe Hoſtien. in d.c.ſignificaſti, ibi, Alioquin non aſſumet arma, & videtur id, quod nos ipſi defendimus concludere, inquiens, quod licet per ſe arma ſumere, & bellũ mouere delegatus non poſſit, tamen recurrere debet ad brachium ſæculare, vel Iudicem ordinarium eccleſiaſticũ, qui hoc militari manu exequatur, & ita etiam ibi dicit Innoc.

Viſus eſt etiam Abb. antiq. dicere ibidem in verſic. Nunquid cum affirmans tex. in l.qui reſtituere. ff.de rei vendic. loqui in ordinario, qui poteſt manu eijcere militari,& ibi Henric. Boic. ſequutus Abb. antiq. idem comprobat.

14 Quorum ſanè omnium verba de ordinario ſunt intelligenda, tam de ordinario eccleſiaſtico, quàm ſæculare indiſtinctè, vt inquit in eod. c. ſignificaſti. in fin.Card. in q.4. verſi. quod ibi dicit de ordinario, intelligam indiſtinctè, tàm de ordinario eccleſiaſtico, quàm ſæculare.

15 Sunt aũt in hæc quæſt. de delegato diſtinguẽdi tres gradus.

Primus, delegatum per ſe non poſſe.

Secundus, ordinarij eccleſiaſtici auxilio, vel vt loquitur per ordinarium eccleſiaſticum poſſe.

Tertius, ſi non poſſint ambo per brachium ſæculare.

Atque ita declarat etiam Felyn. in eodem c. ſignificaſti.nu.7. verſ. Si verò de rebus eccleſiaſticis,& tunc ſi non poteſt, inuocet eccleſiaſticum ordinarium,&c. & not. ſumm.Tabien. in d.num. 10. in eodem verb. delegare, verſ. Et ſic ſunt tres gradus. ac dixit etiam Henric. Boic. in d. c.ſignificaſti. in verſ. Et tunc per ordinem requirendus eſt primo,&c.

16 Nec Guid. Pap. in ſing.770.aliud ſentit, tum quia nihil hac de re, tum quoniam tribus verbis narraſſe ipſe videtur, non poſſe Epiſcopum exequi ſententiam ſuam, citando tex. in

l. Epiſ-

l. Epiſcopale. C. de epiſcop. audien. vbi contrarium proba tur, vt per Odofr. Salicet. & alios dicentes, illum tex. loqui de Epiſcopo iudicante, vt arbitro ex iuriſdictione prorogata, non autem ordinaria eccleſiaſtica: Tum quia patet eodem Guid. Pap. in deciſ. 437. nu. 6. verſ. an cognitio portationis armorum ita tueri, Epiſcopum, tanquam habentem merum imperium, habere cognitionem in cauſa declarationis armorum, quam et habet Rex. vt ibi.

17 Tum etiam, quia apparet eundem Gid. Pap. in ſing. 369. delegatum a Principe contrarium affirmare in fin. ibi, ſed ordinarius committendo vices ſuas, videlicet ordinarium poſſe cõmittere, immò cenſeri committere exequendæ ſententiæ facultatem ipſi delegato, niſi liqueat ordinariũ ſpecialiter ſibi reſeruaſſe, ſi n. conſtat Guid. Pap. ibi fateri, ordinarium poſſe delegare hanc facultatem, & ſibi reſeruare, apparet eum habere. cum vulgare ſit, neminem dare, quod non habet. l. filius. C. de donat. l. vniuerſæ, vbi Bald. C. de lega. l. manumiſſiones, vbi idem Bald. in fin. ff. de iuſti. & iur. cum vulg.

18 Quod ſi vt ad 2. propoſitæ quæſtionis caput accedam, interpretum potius numero quam iure, & canonibus diſputandum eſſet, non deeſſent plures noſtram cauſam iuuãtes grauiſſimi authores, videlicet Bal. qui ſolus ſufficeret maximè præ cæteris Doctoribus authoritatis, vt not. Iaſ. in l. ſi quis in fundi vocabulo, col. 3. de legat. 1. Dec. conſ. 283. col. 2. plenè Neuiz. in titul. nuptial. §. eſt nuben. fol. 113. col. 4. & fol. ſeq.

Bald. enim in l. nam ſalutem. §. ait. ff. de off. Præfect. vigil. expreſſim dicit ſe putare Epiſcopos poſſe familiã habere armatã: reddens rationem, quia Epiſcopus habet imperium in tota Diœceſi.

Bald. tanquam verius ſentientem ſequuntur. at probant Brixi. in ſuo reper. verb. arma. verſ. Officialis Cõmuni s. & ibidem dicit Bald. ſubdens, quod benè notandum eſt.

Dec. in d. c. ſignificaſti. nu. 10. verſ. Sed contrarium in terminis.

Barb. in c. cum non ab homine. de iudic. nu. 34. & 40. dicens in hæc verba: Miror Panorm. non vidiſſe Bald. & quoſdam

Epiſcopos non tenere familiam armatam pro executione gladij Eccleſiaſtici : quia opporteret dare eis ſtipendia, & tempore noſtro contingit Epiſcopos eſſe tenaces, & habere manus aduncas,& re vera Epiſcopos tenentes familiam armatam maiori eſſe in honore,& reuerentia,& idem Barbat. in tract. de præſtan. Cardin. fol.vlt. in princ. in 5. par. 2. par. nu. 18. dicens,brachiũ ſæculare ab Eccleſia vocari in ſubſidium, & Epiſcopum poſſe familiam habere armatam.
19 Ac prætcritos, & Oldrad. qui ſatis videtur hanc ſentẽtiam confirmare, tum in conſ.89. in fin. dicentem, brachium ſæculare ab eccleſiaſtico implorari in ſubſidium,tum in conſil. 86. notantes non ſolum per cenſuram eccleſiaſticam,ſed per capturam non modo contra clericos, ſed etiam cõtra laicos delinquentes in criminibus eccleſiaſticis poſſe eccleſiaſticum procedere, licèt pietatis, & cuiuſdam quæ vocatur concedentiæ cauſa, in pœnam ſanguinis brachium ſæculare inuocet, vt etiam præter eos, quos in 1. capite retuli, not. ſapientiſſimus ille Mar. Soc. maior. in c. cum ſit generale. in fin.verſ.Vtrum autem Eccleſia in criminibus eccleſiaſticis poſſit capere laicos, & punire. de foro comp. & etiam Io.Vanquel. Colonienſ. in ſuis glo. in c.cum Epiſcopus. in vlt.concluſ. verſ.Vltima concluſio. de off.ord.lib.6. aſſerentes illi quidem Epiſcopos poſſe per aliorum manus capere, & carceri mancipare delinquentes etiam laicos.
20 Neque ex eo, quod aliqua iura dicant, debere laicos excõmunicari, inferendum eſt non poſſe capi : immo id permiſſum reperiri. & ibidem ante eum Gemin. in q. 5. verſ. Sed quęro an Epiſcopus poſſit laicum,&c.& plenius multò Stephan. Aufrer. in Clemen.1. in 5. q. princ. de off. ord.verſic. Dominicus. in c. præalleg.
21 Accedit etiam expreſſim quæſtionem noſtram decidens ille Aufrer. in tract. de poteſt. eccleſ. ſuper laicis, & rebus eorum, col. 5. in caſu 24. verſ.Epiſcopus poteſt habere familiares aut ſeruientes armatatos. vbi Bald. in d.l.nam ſalutem.& Oldrad. d.conſ.89. allegat, referens Panorm.opinionem libenter ſequi velle magiſtratus, ſeu (vt loquitur) Officiarios Regios, at opinionem Balb. obſeruari, & caueri in illis concordatis.

Addi-

Additur etiam Bald. opinionem ſequens Guindiſalu. 12. vir. ordinis, quod ſacrum Rotæ Auditorium vocatur, in tract. de hæreticis. in q. 11. in fin. nu. 17. dicens, Bald. hanc opinionem communi vſu receptam.

Adiungitur eandem Bald. & Barb. probans opinionem Neuiz. in conſ. 83. Materiam ſaluæ guardiæ. nu. 7. verſ. Quod contrarium, &c.

Hanc eandem opinionem ſequitur, & probat expreſſim Marſ. in prax. crimin. in §. pro complemento. in prin. nu. 5. ver. item vſus.

Et Diaz in prax. canon infra citandus, in cap. 114.

22 Neque verum eſt Bald. ſibi eſſe contrium, quaſi aliter dicentem in l. 1. C. de ſeruitu. & aqua. nu. 68. & 69. quia licet alij non animaduerterint eo in loco Bal. nihil hac de re, ſed tantum quęrendo an arma mouere Epiſcopi poſſint, dicit regulariter eos non poſſe, quaſi interdicto vſu armorum a Principe, & in ſpiritualibus armari ſine cauſa non licere. ſubdens armari tamen poſſe quoties ſine armis iuſtitia, ſeu (vt ipſe loquitur) ratio tuta eſſe non poſſit, ſic, vt Bal. non modo ſibi ipſi non diſſentiat, ſed immo optimè conueniat, dicens, armari poſſe Epiſcopus, vt tuta ſit iuſtitia, & non ſine cauſa, quæ non eſt q̃ſtio noſtra, ſed cum cauſa pro tuenda iuriſdictione, & pro exequenda iuſtitia, ac iure eccleſiaſtico defendendo, vt etiam probatur in Clemen. vnica, de homicid. cum notatis etiam plenè a D. Soto in tract. de iuſtitia, & iure, num. 5. art. 8. q. 1. præſertim paulò ante fin.
23 ver. ad tertium, ibi, poſtmodum. Et propriè licere Epiſcopis pro ſui Epiſcopatus iuriſdictione, & iure non ſolum armis Eccleſiaſticis, ſed enſe, & alijs armis materialibus vti poſt Innoc. in c. venerabilem. de ſenten. excomm. not. Angel. in l. vnic. C. ne quis in ſua cauſa. nu. 3. verſ. Plus dico, ibi, & etiam armis corporalibus, & infra etiam nonnulla alia allegabuntur.

Quo verò tertium quæſtionis caput aggrediar antequam ra-
24 tionibus, & iuribus quoque noſtram ſententiam firmiorem eſſe oſtendam, breuiter referam argumenta eorũ, qui contrariam fabricati ſunt opinionem.

Quæ porrò tria eſſe videntur; Primum, quia iure Pontificio

cane-

cauetur, debere Epiſcopos brachium ſæculare implorare. c.adminiſtratores.c.Princeps.23.q.5. præcipuè, quia vt ſæculares confugiunt ad Eccleſias pro ſpiritualibus, ita Prælatis conuenit ad ſæculares debere in temporalibus recurrere. c.cum ad verum. c. ſi Imperator. 96. diſtinct.

Secundum, quoniam officium Prælatorum,& ſęculariū Principum non deberet ſe inuicem perturbare.l.conſulta diualia. C.de teſtamentis.

Tertium, quia vſus armorum prohibitus eſt eccleſiaſticis. c. clerici. de vita, & honeſt. cler. nam eorum arma ſunt orationes, & lachrymę. c.conuenior.23.q.8.

Addi poteſt, & 4. argum. Epiſcopi non poſſunt bellum per ſe mouere, vt tradunt omnes Innoc. & Hoſt. in d. c. ſignificaſti, de off. deleg. & c. dilecto, de ſenten. excom. in 6. Belli autem ſpecies eſt captura. Ang. in l. qui reſtituere.ff.de rei vendic. igitur Epiſcopi non poſſunt exercere capturam.

Poſſet etiam adijci illud ſpeciale dictum, videlicet Inquiſitoribus hæreſis datur priuilegium habendi familiā armatam Clem. nolentes. in fin. de hæreticis.ergo alijs eccleſiaſticis ordinarijs denegatur. l.ius ſingulare ff deleg.

25 At certè, vt quartum quæſtionis caput perſequar ꝓ noſtra ſententia adſunt meliora iura, & rationes, quarum prima ſit illa Bald.cui ego non video reſponderi rectè poſſe,videlicet ordinarij Prælati Epiſcopi habent emperium in ſua Diœceſi, ergo poſſunt ſuos proprios miniſtros,& executores armatamuè familiam, & (vt vocant) Birruarios habere, & licèt Bald. non probet Epiſcopum habere imperium in ſua Dœceſi, præter eundem Bald. ita dicentem Epiſcopos habere merum imperiū in Authen. ea quæ. C.de Epiſc. & cler. nu. 6. & Firman. in tract. de Epiſc. in c. 1.quod incipit,Videamus tertio loco de poteſtate,& authoritate Epiſcopi,circa 1.verſ.Secundò,quæro vtrum Epiſcopus poſſit, in 3. par. lib. 4. notauit Gemin. in c.cum Epiſcopus, de off.ord. in 6. Io. Anan. in c.2. de adulter.& in c.qualiter.2. §.ad corrigendos. col.8. de accuſat. probat tex. in c.cōtra Idolorum. c.propè vias. 26.q.5. & in c.attendendum.17.q. 4.& in c. 1. de hæret. in 6. ibi, cauere vel muro recluſi, & in Clement.1. ibi, ducto caueri, eod.tit. de hæret.

26 Hanc

26 Hanc verò conſequentiam. ſ. habet merum imperium, ergo habere poteſt propriam familiam armatam, concludere ſatis probat tex. in l. illicitas. §. qui vniuerſas. vbi Odofred. & Alber. ff. de off. Præſid.

Ac propriè quidem dicens, Epiſcopum habere imperium in ſua Diœceſi, probat gloſ. in verbo quia alibi. 2. q. 7. ideoq́. poſſe omnes intra ipſam Diœceſim delinquẽtes punire, not. Hoſtien. in c. cũ contingat, in princ. verſ. Epiſcop. aũt habet forum, ſiue territorium per totam Diœceſim, & ideo omnes delinquentes intra ipſam punire poteſt, extra de foro compet.

Et ſatis etiam oſtendit Guid Pap. d. deciſ. 437. nu. 6. ibi, Vel prælatus, qui habet merum imperum, & not. in c. 1. de off. ordin. vbi traditur, Epiſcopos in ſuis Diœceſibus iuriſdictionem liberam, & quæ ſunt meri imperij habere, & poſſe ex officio procedere ſuper criminibus, & in facinoroſos homines etiam laicos animaduertere, & vbi res exigit, non ſemper autem coactum inuocare brachium ſæculare, & neceſſitate exigente ſæcularem requiſitum poſſe compelli ad dandum auxilium, vt etiam not. Innoc. & alij in c. venerabili. de cenſib. Brixienſ. in repet. in verbo Epiſcopus in tota Diœceſi, ibi, habet etiam merum imperium, ſicut etiam, ſi

27 Epiſcopus poſſit aqua, & igni interdicere, ſeu vt loquimur, excõicare, non tamen propterea negatur quin poſſit etiam authoritate propria capere: quia in criminbus eccleſiaſticis putà hæreſis, ſacrilegij, ſtupri, & ſimilibus, licet poſſit excõicare, tamen poteſt etiam capere, & capit laicos, vt ẽt eruditè probat Stephan. Aufrer. in d. Clemen. 1. col. 33. in ea q. 5. verſ. Item habemus textum, & verſ. Nec videtur bona reſponſio, de off. ordin.

28 Addenda eſt alia ratio: Epiſcopus habet iuriſdictionem fuſtigandi, & torquendi per proprios Eccleſiæ Miniſtros, c. nemini. 49. diſt. c. in Archiepiſcopatu. c. cum voluntate, extra de ſent. excomm. c. his, & c. proteſtatur, & c. illo, qui. 5. q. 5. vbi poſt Hugon. not. Card. Turrecrem. nu. 3. & probat etiam Bernard. Diaz in prax. crim. cauſ. in verb. verberari. in c. 135. pœna verberum, verſ. Sed debet per Miniſtrum Eccleſiæ. & num. 4. verſ. Sed aduerte, quod Iudex eccle-

cle-

Digitized by Google

cleſiaſticus habet iuriſdictionem fuſtigandi,& verberandi, & ſententiam ſuam ſuper his poteſt mandari executioni.

29 Atqui, certè carceres habere,& in eos conijcere reos, poſſe Epiſcopos, dicit tex. in c. cum Epiſcopus. de offic. ord. c.nouimus. de verb.ſign. Clem. 1.de hæret. ibi,capi, ſeu arreſtari, quod ſanè canonis caput non loquitur ſolum de caſu ſpeciali, nota Dec. in c. ſignificaſti. de off. deleg. num.8. verſ.non obſtat Clemen.

30 Quod etiam oſtenditur ex illo D. Thom. 2. 2. q. 40. art.2. dicentis, omnis potentia, vel ars veluti virtus ad quā pertinet finis, habet diſponere de ijs,quæ ſunt ad finē: at quos vocant Birruarios, ac ſatellites, pro iuſtitiæ exequutione, vt ad finem videlicet ad bonum ſpirituale diuinum referēdos in populo fideli certum eſt, & de bellis dicit D. Thom. ergo ad Eccleſiam pertinet diſpoſitio, quæ vocatur authoritatiua gladij materialis aduerſus delinquentes, & not. ēt Card. Turrecrem. in c.cum ſit verum, 96. diſt.col.6.verſic. Quod autem huiuſmodi gladio.

31 Atq; iccircò non iniuria dixere noſtri, Epiſcopos poſſe familiam habere armatam, quia cōſtat eos capere,& in proprios carceres conijcere delinquentes poſſe, ex illa ratione quam innuit tex. in l. 2. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. & c. præterea. de off. deleg. videlicet cui conceſſum eſt aliquid, cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus explicari commodè illud non poteſt, cui ſanè rationi non rectè reſpōdet Bero. in c. ſignificaſti.n.34. non procedere, ſi excedat fines iuriſdictionis ille, cui eſt mandata iuriſdictio; & ideo ſpiritualibus debere armis eſſe contentos Epiſcopos, cum ſint diſtinctæ poteſtates. d.cap. cum ad verum. Nam certè non tranſeunt Epiſcopi iuriſdictionis fines vtendo armata propria familia, cum hoc faciant Eccleſiæ diſpoſitione, & iure proprio, vt ſupra oſtendi.

33 Accedat etiam ratio a minori ad maius, ex vulg. Authent. multò magis.C.de ſacroſ.Eccl. hunc in modum concepta, videlicet Magiſtratus ſæcularis,qui Poteſtas dicitur. poteſt familiam habere armatam,vt omnes fatentur,& notorium eſt, ergo Epiſcopus poteſt; conſequentiam habere vim,patet, quia maior eſt Epiſcopus Magiſtratu, qui dicitur Po-

teſtas,

toſtas. glos. in verb. ſententiam. in l. ex cauſa. ff. de poſtul. Bald. in Margar. in verb. Epiſcopus. nu. 1. Bald. d. conſ. 276. nulla dubitatio.

34 Præterea noſtræ ſententiæ Innoc. atque adeò etiam Felyn. ſubſcriptores adduci poſſunt, fortiſſimũ huius rei argumẽtum afferentes: Innoc. enim in c. cum noſtris. nu. 3. col. penul. verſ. ſi autem talia ſunt incorporalia, vbi aliquid corporale, attingit: vt in præben. ibi, per Officialem expelletur, de conceſ. præben. ait, Iudicem, qui ſuam ſententiam exequi poſſit, poſſe exequutori per violentiam committerre, & Innoc. refert, & ſequitur Felyn. in c. de cętero. de ſentent. & re iudic. col. 2. in fin. nu. 8. verſ. Exequutor, ibi, & ſic limitatur, & ibi, ſed benè Ordinariũ, dicendo, exequutorem, vel delegatũ Papæ, vel Principis non exequi per violentiam, ſed benè Ordinarium, & generaliter eum, qui poteſt ſuam exequi ſententiam, poſſe etiã cum violentia exequi, & violentiam exequutori committere.

35 Immo in eodem c. de cętero, idem fatetur Panorm. in col. 3. verſ. Secundo membro principali, vbi quod quandoque exequutio committitur alicui in defectum iuriſdictionis, & ibi idem videtur, quando inferior tulit ſentẽtiam puta Archidiaconus in iuriſdictione ſua recurrit ad Epiſcopum, tãquam ſuperiorem, affirmat, non habentem iuriſdictionem exequendi ſententiam ſuam, recurrere ad Epiſcopum pro exequutione, & pro iuriſdictione maiori. & ideo iſti etiam Doct. concedant Epiſcopum habere familiam poſſe armatam, ex quo concedunt eum poſſe exequi, immo ad ipſum pro exequutione, maioriq́. iuriſdictione ab alijs inferioribus ordinarijs recurri: ita vt Panormitani opinionem ſecuti ſuis ipſorum rationibus conuicti intelligantur.

36 Præterea omiſſis de induſtria alijs rationibus inſtar oĩum ſatis eſſet ſic decretum inueniri in Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. verſ. Per ſuos proprios, vel alienos exequutores. cuius decreti authoritas cæteris præcellit. præſertim, quoniã ita quoque Sanctorum, ac piorum Hominum, ſacræ Theologiæ profeſſorum, teſtimonio cautum reperitur, videlicet, Sancti Bonauenturæ, & aliorum in 4. diſt. 37. dicentiũ, Eccleſiam vtrunque habere gladium, quod ſanè negantes, hę-

reticos eſſe liquet. c. violatores. 25. q. 1. Extrauag. Bonif. Octau. Vnam Sanctam. de maior. & obed. inter Extrauag. cões. & alibi ego fuſius demonſtraui.

37 Ne quis autem nunc poſſit tergiuerſare, gladium illum materialem proprium eſſe Eccleſiæ, ipſaq. Eccleſia diſponente, & iubente, quatenus opus ſit, illi volenti præſtandum, monebo interim, vt ſi quis fortaſſe ſit, qui etiam nunc dubitet, veriſſimum illud, atque ampliſſimum teſtimonium ſpectet Seruatoris noſtri Chriſti apud Ioan. cap. 18. D. Petro Vicario ſuo, eiusq. ſucceſſoribus dictũ: Conuerte gladium tuum in vagina. & affirmantibus Apoſtolis, ecce hic gladij duo, eiuſdem reſponſum, ſatis, vt conſiderat Beatus ille contemplator Bernard. ad Eugen. quartũ notans vtrũque eſſe gladium Eccleſię, propriumq. alterum ſ. ſpirituale ab Eccleſia per ſe ipſam: alterum pro Eccleſia manu militis exercendum Eccleſiæ nutu, & patientia, vt etiam traditur in ea Extrauag. Bonif. Octau. Vnam Sanctam. § in hac, eiusq. poteſtate duos, &c.

38 Qui planè nutus, & patientia non ſimplicem cohortationem, & permiſſionem, ſed diſpoſitionem, imperiumq., & arbitrium liberum Eccleſiæ ſignificat: ita vt materialis ẽt gladij diſpoſitio ſit Eccleſiæ, vt not. Turrecrem. in d. c. cum ad verum. col. 6. nu. 4. verſ. Nutus verò dicitur non tantum exhortatio, ſed etiam diſpoſitio. 96. diſtinct.

39 Non eſt autem mittendum illud maximè abſurdum, quod negando Eccleſiæ familiam armatam omnino conſequeretur, videlicet, inutilem eſſe ſpiritualem Epiſcoporum poteſtatem: ſi. n. oporteret Epiſcopum requirere Magiſtratũ ſecularem loci, vt ipſe Magiſtratus capiendos delinquentes curaret, facilè poſſet Magiſtratus, vel cauſam prætexere, vel interim delinquentes aufugiendi occaſionem præbere, eoq. delicta, deluſa Epiſcoporum iuriſdictione, remanerent impunita, contra tex. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publican. & vectigal. & in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. l. ſi a reo. § fin. ff de fideiuſſ.

40 Idq. multo magis locum haberet in ijs locis, vbi vſu receptum eſſet, Epiſcopis, aut Archiepiſcopis licere apparitores proprios habere: tunc. n. nullus eſſet controuerſiæ locus,

cum

cum hac præſertim in re cõſuetudini ſtari oporteat: vt poſt Bald. in d. c.ſignificaſti, vbi alij de off. deleg. not. Fely. ꝓpè fin. nu.5. & ſumm. Tabien. in d.verb.delegare. in eodem num. ſeu §. 10. in d. verb. vtrum delegatus, ibi, ſed Rector ſcholarium.

41 Qua tamen conſuetudine circumſcripta, non eſſet negandum Eccleſiaſticum prælatum poſſe familiam habere armatam, vti paulò ante pluribus oſtendi rationibus.

Quibus etiam poteſt addi illa poſtrema expreſſa in Clem. nolentes §. porrò. propè fin. de hæret. vbi cauetur Officium Sanctiſs. Inquiſitionis contra Hæreticos armorum vſum, & apparitores armatos habere: quo quidem tex. nedum non prohibitum armorum exercitium, ſed permiſſum eſſe liquidò conſtat. & licèt is text. loquatur in Inquiſitoribus, tamen meritò etiam de Epiſcopis, & Archiepiſcopis loqui cenſetur: tum quia ad eos inquiſitionis contra Hæreticos omnes etiam immunes, & vt dicitur exẽptos officium iure communi ſpectat. c. ad abolendam, in fin. extra de hæret.& c.vergentis,& c.inquiſitioni § prohibemus. eodem tit. in 6. & arguunt etiam Doct. præſertim Cardin. Zabarel. in d. Clem. nolentes. §. porrò. propè fin. verſ. Spectat autem hoc caſu ad eccleſiaſticum Iudicem, ſicut & crimen hæreſis. & ibidem Anchar. etiam in fin. verſ. Cum enim extirpare hæreſes.

Tum etiam, quia in omni caſu nedum hæreſis poſſe Archiepiſcopos, ſeu Epiſcopos eorum baiulis, quos vocant, de armis gerendis, & iuſtitia exequẽda in criminoſos in locis ſubditis præcipere. not. Vital. in d.Clem. nolentes. num. 124. in fin. verſ. Et inducunt familiares. & num. ſeq. arguendo ab Inquiſitoribus ad Epiſcopos generaliter, & propriè de Epiſcopis, non autem ſpecialiter de Inquiſitoribus hæreſis not. Deç. in d. c.ſignificaſti. in fi. verſ.Non obſtat, quod ſit ſpeciale. de offic. deleg.

Quinta, & vltima pars quęſtionis.

42 Ex his autem, vt poſtremam quæſtionis partem abſoluam, facilè patet in contrariam partem adducta videri omninò confutata; quæ, vt ſigillatim diluta etiam appareant, illud ſingulis reſpondetur. Primò, videlicet, quod de iure Pon-

tificio dicitur caueri Epiſcopos debere brachium ſæculare inuocare, præter ſupradicta tollitur a Dec. in d.c. ſignificaſti. paulò ante fin. verſ. Non obſtant alia in contrariũ allegata, diluente; quia non valet argumentũ, põt inuocare brachium ſæculare, ergo non poteſt habere familiã armatam: cum Inquiſitores poſſint familiam armatam habere, & tamen brachium inuocent. Vel vt reſpondet poſt Gemin. Io. Vanquel. in ſuo breuiario iuris canonici in eo c. cum Epiſcopus. in fin. verſ. Nec obeſt. de off. ordin. lib. 6.

43 Vel quia non eſt verum debere inuocare ipſum Epiſcopũ, ſed poſſe, vbi aliter per ſeipſum facere non poſſet. Oldrad. in conſ. 89. in fin. & ideo cum conſtet Epiſcopos habere vtrunque gladiũ, prius vtroque gladio debet vti, quàm inuocare brachium ſęculare. & ita reſpondet etiam Barba. in d.c. cum non ab homine. num. 39. verſ. Sed pro certo retorquendo argumentum, non inuocabit Ordinarius eccleſiaſticus brachium ſęculare, cum ipſe fecerit quicquid potuit tam in perſonam, quàm in res, ita vt nihil amplius facere poſſit, vt etiam not. Martin. de Fano in tract. de brachio ſæcular. nu. 22. verſ. Vnum, &c. & D. Anto. Maſſ. Galleſ. in d. lib. cameral. obligat. loco ſupra citato, fol. 189. cum non

44 ſit alius quęrendus, vbi executio a ſeruientibus illi Iudici, qui protulit ſententiam, fieri poteſt. l. 1. C. de ſportul. & ibi Doct. Rebuff. in tract. de pręcon. licit. in prædicto art. 10. gloſ. 1. ſciendum. num. 2. verſ. Et ſic hac præconia. Et cer-

45 tè nemo eſt, qui dicat, neceſſe eſſe etiam Epiſcopum inuocare, ſed poſſe volentem, cum per ſe non poſſit actum exequi, putà exigente rebellione ſubditorũ, vt etiam dicit Abbas in c. 1. de off. ordin. col. 2. in vltim. notab. Felyn. in c. 1. col. 5. verſ. Aduerte. de ſponſal. & propriè etiam non teneri Epiſcopum inuocare, ſed volentem, poſſe de rigore, licèt abſtinentem de vrbanitate ſupra monui notatum apud Doct. Palatios Rubeos d. fol. 180. in c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.

46 Vel etiam reſponderi rectè poteſt, delegatum prius requirere eccleſiaſtici Ordinarij, quam ſæcularis auxilium; & ſi fortaſſe ſolum non ſufficere eccleſiaſticum, tunc poſſe ad ſæcularis auxilium confugere. Card. in Clem. 1. q. 10. de offi.

deleg.& not. etiam Caſalẽſis ille recentior, doctus Rolād. a Valle Senator Montis ferrati in conſ. 37. omiſſo multiloquio nu.6.vol.1.

Illud ſimpliciter etiam reſpondendum eſt ex hoc, quod dicitur delegatum implorare brachium ſæculare, non propterea aliquam iuriſdictionem poſſe, nec debere ſæcularem Iudicem prætendere, vt oſtendit etiam recentius Iure conſultorum nationis Princeps Andr. Alcia. in c perniciosſam.n.17. de iudic. vbi hanc apud Doctores crebriorem eſſe opinionem notat.

48 Secundum argumentum, quia.ſ.officia Prælatorum, & ſæcularium Principum non debent inuicem perturbari, & impediri. d.l.conſulta diualia. Tollitur quoniam hic nulla perturbatio iuriſdictionis cadit, Epiſcopi.n.vtentur familia armata pro exequenda iuſtitia contra delinquentes notatos criminibus ad cognitionem Eccleſiæ ſpectantibus, ſæculares verò de criminibus ad eorum forum pertinentibus, quę crimina ſunt inuicem iuribus diſtincta, vt in c.cum ſit generale. vbi Marian. Soc. maior, & alij de foro compet. & in c.nouit. de iudic. cum ſimil. plenè Aufrer. in d. tract. de poteſt. eccleſiaſtica ſuper laicis, in princ. & per plures col.

49 & vbi eſt diſtinctio, non cadit confuſio, quia alter alterius non impedit iuriſdictionem. l.ſolemus. in fin. verſ. Calumnia. ff.de iudic. & in terminis d.l.conſulta diualia, non perturbari iuriſdictionem in materia peccati, quia ſæculares ſubſunt eccleſiaſticis, ratione peccati, ibi, Caſtren.

50 Immo verò ſi permitteretur ſæcularibus tantum habere familiam armatam, vtique permixtio, confuſio, & perturbatio iuriſdictionis naſceretur, cum ſæculares duobus officijs ſuo proprio arbitrio vterentur: altero quidem in delictorum materia non reſeruata Eccleſię exercentes, in carceres conijciendo, &c. quæ imperij meri ſunt ſibi ſuo veluti iure arrogando, altero autem etiam in materia reſeruata Eccleſiæ ſe immiſcentes: ſic, vt vtriuſq; Iudicis executionem haberent: quod non eſt concedendum. l.vltima, ver. hec ſit conceſſum cuique. C. de aſſeſſor. quam legem allegat gloſſ. in d.l.conſulta diualia.

51 Et magna etiam euitanda illa eſt confuſio, quæ oriretur, ſi

ſua

ſua vnicuique Epiſcopo iuriſdictio non ſeruaretur, ſi enim permitteretur, non poſſe per apparitores proprios exercere Epiſcopos iuriſdictionem,& imperij Epiſcopalis munu', & neceſſariò ſemper adire ad ſæculares Magiſtratus oporteret eorum implorando auxilium: quid aliud eſſet, quam per ſæculares, quib. ordo Eccleſiaſticus debet cuſtodiri eccleſiaſticam confundi iuriſdictionem, contra tex. in c. peruenit. 71. q. 3.

52 Et propterea habere Prælati omnes, ac eorum Vicarij ad capiendos delinquentes ſufficientem Miniſtrũ debent, cum familia competenti, cui ſemper neceſſaria tribuant, vt not. etiam noſtræ opinionis ſubſcriptor allegatus Io. Bernard. Diaz in ſua prax. crimin. cauſ. in d.c. 114. in verb. capi. qđ eſt cap. vt clericus propter delicta, nu. 1. & 2. vbi in hęc verba is Author teſtatum, reliquit, videlicet: Habeant inſuper Prælati omnes, ac eorum Vicarij ad prædictas capturas faciendas fidelem, ac prudentem Miniſtrum, cum competẽti familia.

53 Et vel ex eo ſaltim, qđ ſi opus eſſet neceſſario ſemper laicum Magiſtratum requirere (vt ſupra dixi) Magiſtratus ipſe recuſare fortaſſe conniuentibus oculis anſam, & occaſionem delinquentib. aufugiendi præberet, differendo reos quidem deprehendendos, & in carceres detrudendos curare, facilè induceretur fraus, atque illuſione dum confuſio, monere.n.reos capiendos interim poſſe, & ideo prouidendum huic abſurdo erat, vt ſuam quiſque Iudex propriam exercere, & exequeretur iuriſdictionem cautius, ac tutius ſi capi priuſque citari procuret reos, ne illi fugiant, vt ait Salic. in l abſentem. C. de excuſat.

54 Maximè, quia Magiſtratus ciuilis: vt ſæpè ſolet infeſtus clericali poſſet requiſitus recuſando, & differendo dicere ſe velle cauſam, cur capi mandetur, cognoſcere: vt Doct. de inuocatione brachij ſęcularis in d.c. ſignificaſti. de off. delega. not. & recurrendum eſſet ad excõicationem, & idcirco per ſuos quiſq; executores debet poſſe exequi. arg. l. generaliter. C. de Decurio. lib. 10. & de debitore ſuſpecto in in l. ait Prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. credit. & facilè diceret ſæcularis ſe habere iuſtã cauſam recuſandi, ad

Bald.

Bald. in conſ.98. caſus.vol.3. & Regij prefertim ipſi Imperium, ac iuriſdictionem Eccleſiæ vſurparent, & vt dicitur, caperent temporalitatem ſpectantem ad Iudicem eccleſiaſticum ſua manu Regia, donec faceret eccleſiaſticus, quæ mandent ſæculares, vt in Regn Franciæ etiam quandoque factum, not. Rebuff. in tract. de liter. requiſit. ſeu rogat.in glo.3. Habes hic practicam.n.8. vbi ēt in nu.3.& 70. de repet.iu.& de prætex.iuſt.can.con.

55 Tertium argumentum, vſum, videlicet, armorum prohibitum eſſe clericis, ſatis ſuperq. ſupra eſt ſublatum: quia non ſimpliciter clericis eſt prohibitus armorum vſus, ſed immo pro eorum, & Eccleſiæ iuriſdictionis defenſione, & exequutione conceſſus, & permiſſus ēſt, præſertim per aliũ exercendum.vt in d.c.dilecto. de ſent. excomm. & de Epiſcopo per alium nedum in carceres mancipante, & capiente, & torquente, ſed etiã verberante, aut percutiente, tanquam habente iuriſdictionem,& authoritaté; & ideò potius correctore,quam percuſſore vocando, tanquã nõ ad læſionem proximi, nec ad vindictam, ſed ad executionem iuſtitię faciente, not. Alexandri. in glo. ſum. 45. diſtinct. verſ. In eo autem, quod dixit gloſ. quod Epiſcopus debet clericũ verberare per alium, eſt verum, quando habet alium, & verſ. Et hoc non eſt contra,non ergo prohibetur corrigere peccantes, & col. ſeq. verſ. vbi dicitur, quod Epiſcopus poteſt capere, & caueri deputare: & capiendi, & carcerandi poteſtatem propriam eſſe Epiſcoporum: probat tex. in c. in memoriam.19.diſtinct. ver. penes Epiſcopum ſit poteſtas, vtrũ eum in carcerem, aut in aliam eum detrudat cuſtodiã.

56 Et ratione adminiſtrationis permiſſum clericis vſum armorum: vt not.Vital. in Clem. ne in agro § quià verò nõnulli. verſ.Aduerte tamen. ibi, ſecus ſi poſſent rõne ſuarum adminiſtrationũ: tunc poſsũt arma tenere, de ſtat.monac.

57 Quartum argumentum eſt ſupra ſublatum: quia. vt eſt dictum, licèt regulariter loquendo clerici, per ſe non poſſint mouere arma, tamen poſſunt ad ſuam defenſionem, vel hortando: & generaliter in executione iuſtitiæ non reperiuntur prohibiti, immo expreſſim conceſſum eis videtur.c.vltimo, 36.diſt.glo.vlt. in c.vlt. in fin. in d.c. dilecto. de ſent.

excom,

excō.cui non rectè respondit D. Bero. in d.c. ſignificaſti. in fi. dicēdo intelligi de Iudice tēporali, non de Iudice eccleſiaſtico, per d.c. cum ad verum. 96. diſt. quia ille tex. (vt ſupra dixi) loquitur de vtroq; gladio. & quod diſpoſitio materialis ēt gladij pertineat ad Eccleſiam, vt per Turrecrem. in eod.c. cum ad verum. col. 6. cum ſupra citatis.
58 Nec Angel. in l. qui reſtituere ff. de rei vendic. dicit, capturam ſpeciem eſſe belli, ſed immo contrarium. ſ. executionē, quæ fit manu militari, poſſe appellari bellum, & non congruere, niſi ordinario habenti imperium, ſecundum Inno. in c. tuæ. vt lite non conteſt. & hanc manum militarem non ſolum in temporalibus exerceri, ſed etiam in ſpiritualibus per c. 1. de dolo, & contum. & Specul. in tit. de libel. §. nūc dicendum. verſ. 23. & in d.l. qui reſtituere. in princ. ver. in tex. ibi, manu militari eijci, c. illud. c. tuæ. quod ſanè conſtitutionis caput. ab Innoc. 3. ſcriptum eſt Epiſcopo Brixiē. & ideò cum dicat in eo tex. non ſolum per cenſuram eccleſiaſticam contumacem compellendum, ſed etiam manu militari eijci poſſe, neceſſario intelligendum eſt, quod loquatur de Epiſcopo, iuxta tex. illius terminos, vt etiam ante Innoc. not. gloſ. ibi, in verb. inducen. paulò ante fin. verſ. Quia manu militari eijci poteſt.
59 Et ita Angel. loquutū, & ſic intelligendum facilè eſt etiam dignoſcere ex Felyn. in c. de cętero. col. 2. nn. 8. verſ. Exequutor. de ſentē. & re iudic. dicente, exequutionem manu militari competere ſoli ordinario, habenti merum imperium: & ita limitandum dictum Innoc. & Panorm. & ideò conſtat, Epiſcopum poſſe manu militari, propriaq. vti familia: cum liqueat (vt ſupra dixi) Ordinarium eſſe, & imperium in ſua Diœceſi habere.
Vltimū verò illud argumentū a ſpeciali ductum, iam eſt omnino in poſtrema noſtræ opinionis ratione ſublatum.
60 Quas ob res putarem concludendum licere Patriarchis, & Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quibus etiam temporale deſit dominium ſuam propriam poſſe familiam armatam habere, & noſtram hanc ſententiam eſſe eo magis amplectendam, quod tot ſapientiſſimorum hominum, qui in ſacram œcumenicam, & generalem Trident. Synodum conuenere, & Di-

& Diuini Spiritus afflati inſtinctu, non humano iudicio sũt moti, decreto confirmatam in eod. c. 3. de reform. ſeſſ. 25. ſatis liquet, familiamq́. competentem debere delinquentes capiendi cauſa, nedum poſſe Epiſcopos habere, his præſertim temporibus notat, & monet, vt ſignificauit Diaz in ea praxi crim. canon. d. c. 114. & Baldum tot grauiſſimos habere ſibi conſentientes authores, & rationes conſtat, niſi omnino velimus cum paucioribus, illisq́. imprudentib. potius errare, quam cum pluribus, ac ſapientioribus benè ſentire: iam planè agnoſcẽtes verius eſſe, ac receptus dictum ordinarijs Prælatis eccleſiaſticis, quibus iuriſdictio competat, etiam proprio vtriq́. foro conuenienti territorio, & vt dicitur, temporali dominio carentibus, liberam eſſe poteſtatem proprios apparitores, atque viatores, lictoresq́., &, vt dicitur, executores, armatamq́. familiam paratam, ac promptam ſibi ſemper futuram, habendi (vt dixi) ſic receptum multis partibus plures, & grauiores, atque adeo etiã Gundiſal. Hiſp. ſapientiſſimi illius duodecim vir. (quos Rotæ Auditores vocant) ordinis hominem doctum, & eruditum in eo tract. de hæret. q. 11. teſtatum reliquiſſe, ac porrò ſic omnino ſtatuendum, fortiſſimis quoq; rei ipſius argumentis, & rationibus demonſtratum iam eſſe, ſic, vt negari a bonis amplius non poſſit.

61 Nam porrò, ſi cætera huius rei fortiſſima argumenta vix poſſe veritatem ipſam demonſtrare valde obſtinatis, ac litigioſis videntur, vel hoc vnum credo illis facilè a concertationibus in diſputando pertinacibus diſcendendi, & infenſam belli aſſiduo alendi cupiditatẽ, ac peruicaciam deſerendi viam prębebit, atque adeò iuris, pudoris, atq; officij repagula, quæ perfungere, aut conuellere amplius non liceat, firmabit. Notiſſimũ ſanè eſt iuris ciuilis principiũ, Pontificio quoque iure comprobatum, puerorum ſæpè ore ſolitum decantare ſemper debet: Cui quod plus eſt licet, quod minus eſt etiam licere, l. non debet cui, quod plus. ff. de regul. iur. c. cui licet, quod plus. eod. tit. lib. 6. vbi Dyn. Io. Andr. & alij: Epiſcopis autem, aut ſimilibus Eccleſiaſticis Iudicibus, licèt, quod plus eſt, quam apparitores ſeu, vt vocant, Birruarios, familiamuè armatam, proprioſq́.

carceres habere: quoniam ijs quidem eccleſiaſticis Iudicibus, licet cogere ſęculares omnes Iudices, vt comprehẽſos quouſque iniuſtè, & in vinculis deuinctos, publicaq́. cuſtodia incluſos emittant. quod non modo è noſtris Pontificij iuris apprimè periti, ac ſtudioſi, plures nõtarunt. ſ. Innocẽ. & plenius Hoſtien. ac Io. Andr. in c. expoſita. extra de arbitris, ſed etiam ciuilis ſcientię facultate admodum eruditus, & ſæcularibus, ac prçſertim Regibus maximè cupiẽs, ſępè fauens Lucas Pennas in l. nemo carcerem. col. pen. ſub num. 16. verſ. Illud autem nota, quod ad Iudicem Eccleſiaſticum, &c. C. de exact. trib. lib. 10. Igitur debet etiam licere id, ꝙ minus eſt, videlicet apparitores, quos Birruarios vocant, familiamuè armatã, proprioſq́. carcereshabere.

Plus verò eſſe comprehenſos, & in carcerem miſſos, iniuſtèq́. detentos emittendi, ac liberandi ſæcularibus Iudicibus neceſſitatem afferre, & poſſe reos ſuæ ipſorum ditioni ſubiectos, propria manu, ac familia comprehendi, & in proprios carceres conijci iubere, planũ quidem eſt: quia non ſolum plus eſt in alienam (vt dicitur) meſſem, apponere falcem. Deut. cap. 23. c. ſcriptum. 6. q. 3. & not. in c. venerabilem de elect. vbi etiam citantur ſimilia, ſed inde etiam deducitur, quod planè oſtendit.

Hũc autem cogendi ſæculares Iudices ad liberandos iniuria deprehenſos, & in carcere deuinctos, longè maiorem eſſe, quàm proprios habere miniſtros. ſ. quia latius patet officiũ Iudicis in abſoluendo, ſeu abſolui iubendo, quàm in condẽnando, c. veniens. vbi Ioã. Andr. & Ant. Butr. de accuſat. l. quotiẽs. C. vbi Senat. vel Clariſ. vbi Bald. & not. in l. qui condemnare, ff. de re iudic. & in l. nemo, qui condemnare. vbi poſt alios Dec. ff. de regul. iur. ſed etiam, quia cogendi ſæculares Iudices ad liberandum quoſcunque iniuſtè in publica cuſtodia concluſos eſt cum maiori imperio, cogere enim ſine imperio nemo poteſt. l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. l. vlt. ff. de offic. eius. in fin.

Ac planè, ſi poſſunt eccleſiaſtici Iudices cogere ſæculares Iudices ad emittendum, liberandumq́. in carcerem coniectos vtiq; , vel miniſtros manu, vel actione ciuilius faciendo per interdictum remittendo ad eorum Ordinarios, l. placet §.

neceſ-

neceſſario Prætor adiecit, vt qui per dolum. ff de ventr.no. m l. in poſſ. miſſa, Authen, vt differen. Iudic. §. ſi verò a Sanctiſſimo Archiepiſcopo, ibi, & coactus a Sanctiſſimo Archiepiſcopo non iudicauerit, ſed non poterunt propria Iudicum ſæcularium poteſtate, aut miniſtrorum manu, nec per interdictum ad ſeipſos remittendo, quia nemo contra ſeipſum ius dicet, nec inuitus patebit, niſi ab alijs maioribus compellatur Iudicibus, l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omnium iudic. l. vna. C. ne quis in ſua cauſa iudicet.

COMMENTARIVS
Ad Cap. 10. de offic. Archidac. lib. 1. Decret.

Caroli Epiſcopi Nouarienſis.

1 *Procuratio, quid.*
2 *Bailiuia, quid.*
3 *Familia Epiſcopi laica, pertinet ad eius forum.*
4 *An etiam, qui tribunali Epiſcopali inſeruiunt, comprehendantur.*

PRopoſitum videtur Pontifici in hoc cap. definire, non eſſe ius Archidiaconis in Monaſteria, niſi conſuetudo tribuat: licet Doctores de more varias quæſtiones ex eo excitent; quas nos omittimus.

1 * *Procurationem annuam.*) Vocabulum eccleſiaſticum minimè an iquum. nam neque in capitulis, quę hac de re habentur 10.q 3. nomen huiuſmodi eſt: ſed habetur in c. cum Apoſtoli, de cenſ. ſumpto ex Conc. Lateranen. quod ſub Alexandro Tertio celebratum eſt anno 1180. & in c. ſopitæ, eod. tit. Auctore Lucio Tertio, eiuſdem ferè tēporis. & alijs locis, de quibus alias. Significatio autem vo-

cabuli non eſt aliena a latino vſu, quo dicimus procurare prouinciam, negotium, item arbores. Ita apud nos procurare, ſeu procurationem exhibere, eſt Prælato viſitanti tribuere, quæ opus habet ad hoſpitium. quamquam & trahitur ad pecuniam, quæ ea de cauſa, quandoque ſolui contigit, vt hoc loco. nunc de vocabulo. at alio loco, Deo concedente, de re agemus.

Vt audirent cauſam.) Vſitata locutio audiendi apud eccleſiaſticos pro eo, quod erat apud veteres latinos, cognoſcere, l. 1. ff. de conſt. princ. & l. in peremptorio. ff. de iud. & alibi. Hinc Auditorem concedere, ſeu dare, paſſim apud Pontifices, hoc eſt Iudicem dare, qui cognoſcat, vt in c. conſtitutis, de procurator. apud Gregor 9. & c. 2. de in integr. reſtit. apud Innoc. 3. & alibi ſępè. Hinc apparet, vnde habeamus Auditoris nomen hodie frequens, & latioris vſus.

De Senonenſi Baillinia.) Bailliuia locus, ſeu regio, qua Patet
2 Baliui iuriſdictio. * Baliuus, vulgari ſermone, Prouincialium dicitur; habet gloſ. in Clem. 1. §. Poteſtas. de pœn. Baliui dicuntur, qui Præpoſiti in Francia. Albericus verò Iuſtitiarios, ſeu Rectores locorum Gallico ſermone ait, dici. De ijs Bonifacius in c. quoniam, de immun. Eccl. in 6. *Quoniam*, inquit, *quorundam Iuſtitiariorum, Bailiuorum, Iudicumue ſæcularium; ac temporalium dominorũ temeritas, &c.* At in Italia quoque, qui prętant in ordinibus quibuſdam equitum Baliui dicuntur: quibus quæ loca, quaſi beneficij, aut feudi loco aſſignãtur, Baliuiæ nomine appellantur, vulgo autem Baliaggio. Immo hinc nomen poteſtatis apud Thuſcos, Rectoris, & ditionis, ſunt Balia, Balio, & Baliato.

Coram Officiali Senonenſi.) Officialis eſt, qui in Italia dicitur Vicarius Epiſcopi, in Hiſpanijs Prouiſor. Ita etiam appellatur in 6. lib. 1. tit. 13. licet titulus ipſe habeat Vicarij nomen; immo & cap. vltimũ. nam alioqui in canonicis ſanctionibus Vicarius dicitur in cura animarum. vt in tit. de offic. Vicar. lib. 1. Decretalium.

Specialibus ipſius Archiepiſcopi, & hominum ſuorum, ac familiæ
3 *ſuæ cauſis exceptis.)* * Hic obſeruant Doctores familiã Epiſcopi laicam ad eius forum pertinere: Hoſtien. Abbas, Ioã. Andr. alij. aiunt autem Hoſtien. & Io. Andr. homines, &

fami-

familiam Epiſcopi eodem vti priuilegio, quo ipſe Epiſcopus. & conſentiunt omnes: & affirmant ipſi rerum criminalium ſcriptores Clar. q. 35. nu. 12. Farin. q. 8. nu. 46. apud quos videbis alios multos auctores citatos, Io. Ant. de Nigris in repet. extrauag. vn. de vita, & honeſt. cleric n. 89. cõem opinionem affirmat, multos afferens auctores familiam Epiſcopi habere priuilegium fori in ciuilibus, & criminalibus, ſiue famuli perpetui ſint, aut pretio ſeruiant, ſiue ſecus. datum eſt hoc dignitati, & auctoritati Epiſcopali. De ijs, qui inſeruiunt domui Epiſcopali, non videtur dubitari: de ijs verò, qui tribunali Epiſcopali, videndum eſt; hoc eſt de Notarijs, & apparitoribus, ſeu executoribus, Vlpianus in l. ædiles ff. de ædil. edicto, familiæ nomine omnes contineri affirmat, qui in ſeruitio ſunt, etiam alieni: ideóq. in l. 1. ff. de public. familiæ nomen dicit referri ad omnes, q miniſtrant, etiam ſi ſint alieni. quare cum huiuſmodi homines in ſeruitio, & miniſterio ſint Epiſcopi, in familia eſſe dicemus.

4 * & vero abſurdum videtur, vt qui ſtabulo inſeruit in familia dicatur, non autem huiuſmodi homines, qui adminiſtrationi Epiſcopatus; quos quidem maximè expedit eſſe immunes, ne timeant exequi, quod iuſtitia poſtulat; q̃bus alioqui poſſent a ſontibus inferri falſæ accuſationes apud Iudicem laicum, ſicuti experimento compertum eſt: non ergo familiarẽ huiuſmodi facit habitatio domus, neq; victus, aut menſa, neque merces, ſed ſeruitium, ac miniſterium. confirmat hoc locutio Doctorum, dum diſputant an Epiſcopus poſſit habere familiam armatã ad executionem iuſtitiæ. iam n. executores in familia ponunt. Item, qui dominijs præſunt, dum mandat Iudicum acta recognoſci, qđ ſyndicare appellant; nam ſyndicari decernunt Iudicẽ cum familia, quo nomine Notarios, & executores comprehendunt. ſi ergo in familia ſunt, ergo immunes, & in Epiſcopali foro conueniendi, & puniendi. nam & hæc regula eſt, apparitores ad illius Iudicis poteſtatem pertinere, cui inſeruiunt. quod obſeruant Doctores recentiores ex l. 2. C. de offic. mag. mil. poteſt addi l. ſi quis fortè. ff. de pœnis. §. ſi quos. §. ſi quos. Probatur etiam auctoritate Matth. Afflict. in conſtitutione Regni, Intentionis. numer. 13.

vbi

Spelli anno 1606. quia in carcerem duci iuſſerat procuratorem Fiſci Eccleſię ipſius loci, qui non habitabat in domo eccleſiaſtica; & ipſum Gubernatorem puniuit. Aufrerius concedit immunitatem cum delictum commiſſum eſt in officio: lex autem, quam citat, ſi quis fortè. ff. de pœnis. §. ſi quos comitum, argumentum potius præbet integræ immunitatis: ita.n.ibi abſolutè Iuriſconſultus, Proconſules debere comites ſuos, legatiq. ſui punire, ſi reos inuenerit. Dicere autem aliquem ex familia Epiſcopi tunc eſſe tantum immunē, cum in officio ei deſignato delinquit, eſt officium dicere immune, non perſonas, ſi familia eſt immunis, ergo etiā libera ab edicto poteſtatis laicæ, quo certa arma prohibentur, vt etiam tangit Afflict. loco ſuperius citato. Vidimus executores fori Archiepiſcopalis Mediol. cum in ſacris Rogationibus ordinem proceſſionis de more cuſtodirēt, habere ſclopos rotatos breuiores cingulis annexos, Sācto Carolo præſente, ita vt ab omnibus videri poſſent: erāt enim ſine pallijs.

COMMENTARIVS

In Cap. de Xenodochijs lib. 3. Decret. tit. 36. De religioſis domib. &c.

Caroli Epiſc. Nouarien.

ARGVMENTVM.

Quod Hoſpitalia, Confraternitates, & alia huiuſmodi loca pia, ſubſint iuriſdictioni Epi.

1 *Diuerſa loca pia.*
2 *Quare ſubſint iuriſdictioni Epiſcopi.*
3 *Baſilica, quid ſignificet quid Eccleſia.*
4 *Hoſpitalia ſunt curæ Epiſcopalis.*

5 Con-

5 *Confraternitates Epiſcoporum curæ commiſſæ, & Doctores cō-tra ſentientes, explicantur. nu. 7.*
6 *Quando inceperint huiuſmodi Confraternitates.*
8 *Fœminæ collegiatim viuentes, olim Canonicæ, ſeu Canoniſſæ appellatæ.*
9 *Ad Epiſcopalem gubernationem pertinent.*
10 *Doctor Menochius id negans, arguitur.*

ET *alijs ſimilibus locis.* Præter Xenodochia, quæ ſunt loca ad hoſpites, & peregrinos piè ſuſcipiēdos parata, multę piæ, ac religioſæ domus, ſeu hoſpitalia numerantur in gloſſ. vocabulis Græcis, ex l. illud. C. de ſacroſ. Eccleſ. ad pauperes, ægrotos, ſenes, orphanos, infantes ex Chriſtiana charitate alendos. qui omnes Mediolani habētur; & pręterea hoſpitale ſtultorum; & alia ad quoſdam morbos propriè curandos. Similia loca dicenda ſunt etiam Confraternitates, & ſodalitia mariū, & fœminarum: quoniam ſi Hoſpitalia ad ſollicitudinem Epiſcoporum pertinent; quia in eis ex Chriſtiana charitate, & Euāgelica documentis pauperes paſcuntur, & corpora curantur; eò magis hæc inſtituta ad eandem ſolicitudinem, & curam ſpectabunt, quæ ad ſalutem animarum aptius procurandam, & ad Dei cultum melius exequendum, Euangelicaq. conſilia obſeruanda fundata ſunt.

2 Hæ rationes ſunt Epiſcopalis curæ in eiuſmodi loca pia (ita enim omnia appellanda ſunt) nam huiuſmodi operum, & officiorum Chriſtianę charitatis, & pietatis cognitio Epiſcopis potius conuenit, quàm alijs. Ideò Zabarel. hoc loco dicit, Epiſcopum habere intentionē fundatam in locis pijs ſuæ Dięceſis de iure communi, quod repetit Pariſ. conſ. 34. in princ. par. 4. & prius dixerat Abb. in principio huius cap. *Epiſcopo ſubſunt omnia loca pia, & ad eis ſolicitudinem debent ordinari ad vſum deſtinatum.*

Eccleſias, quæ his locis appoſitæ ſunt, ſub iuriſdictione Epiſ-
3 copi eſſe non dubitatur per c. Oēs Baſilicæ. 16. q. 7. vbi Cōcil. Aurelianenſe ſtatuit Baſilicas oēs eſſe in poteſtate Epiſcopi, in cuius territorio ſunt. Idem probatur in c. conſtitutus.

tutus. hoc tit. Idem tangitur in Conc. Tolet. 4. cap. 32. 34. & 35. & in Tolet. 3. cap. 19. adde Menoch. præſumpt. lib. 6. præſumpt. 72. & 79. vbi etiam Oratoria publica, & priuata ab Epiſcopo poſſe viſitari, dicit in fine. publica q̃dem viſitari poſſunt; licet in eis Miſſa non fiat, vt dicitur in dicta præſumpt. 79. nu. 12. ſed priuata non puto, niſi in eis ſoleat Miſſa fieri, quod non fit ſine licentia Epiſcopi, c. vnicuique, de conſecr. diſt. pri. aut nunc ſine eo, quod ſtatuit Conc. Triden. libenter cito Menochij priora ſcripta, in q̃bus Eccleſiæ fauit: quod vtinam in poſtremis feciſſet. Meritò autem Eccleſiæ, ac Oratoria ſunt in poteſtate Epiſcopi, cum ſine eius auctoritate, neque ædificari poſſint. c. nemo Eccleſ. de conſecr. diſt. 1. c. quidam. 18. q. 2. & poſſint etiam deſtrui ex cauſa, Zabar. in c. ſequenti ad hæc num. 7. Et ne quis fallatur in verbo, Baſilica, & putet, ſicuti tãgit Menoch. in d. præſumpt. 79. eſſe Eccleſiã non conſecratam; ſciendum eſt apud veteres Baſilicę nomen omnibus templis tribui; hoc eſt ipſi ædificio: Eccleſiæ autem nomen perſonis. Id videre potes apud S. Ambr. Ep. 32. cum ſequenti oratione, & Ep. 33. lib. 5. quãuis, & aliquo loco videatur appellare Eccleſiã ipſum ædificiũ, ſicuti poſteriori tẽpore paſſim poſtea factũ eſt. Idem videbis de verbo, Baſilica, in Conc. Tolet. 4. & alibi, vbi de hac re quærẽda nobis aĩmus nõ fuit.

De Hoſpitalibus. Illud quæritur: vtrum fundata eſſe auctoritate Epiſcopi neceſſe ſit, adhoc vt auctoritati Ẽpi ſubijciãtur.
4 & videtur affirmandum ex c. ſeq. Sed eſt videndum, q̃d in eo cap. non quæritur, vtrum Hoſpitale ſit curæ Epiſcopalis; ſed vtrum mundanis vſibus poſſit deputari: & cum diſtinctione reſpondetur, quod ſi conſtitutum eſt auctoritate Epiſcopali, quia factum eſt ſacrum, id fieri non poteſt; ſecus autem, ſi deſit talis auctoritas, cum priuatus homo rem ſacram facere non poſſit, vt habetur in glo. licet ratio non videatur valere; quia oblatione priuati hominis res ſit ſacra, puta ſi veſtem, aut quid ſimile offeratur. ratio autem erit, q̃a dicatũ Deo non redit ad vſus profanos: dicatur aũt Deo, vt plurimum huiuſmodi pius locus auctoritate Pontificis. Intellige tamen Eccleſiam quoq; ipſam poſſe ex cauſa profanari, ex Conc. Trident. ſeſſ. 21. c. 7. cuius profana-

tionis ritum habes in Conc. 4. Prouin. Mediolan. De Hoſpitalibus, quæ non ſunt Epiſcopali auctoritate conſtituta, variè diſputant Doctores, quęrentes an ſint iuriſdictionis Epiſcopalis: ſed rationes quærendæ ſunt, quibus Hoſpitale fundatum eſſe dici poſſit. Si quis pauperes,& peregrinos in domum ſuam recipiat, paſcat, & foueat, hoſpitalitatem quidem Chriſtianam exercebit; ſed propterea Hoſpitale feciſſe non dicetur; poteritq́., cum libuerit, deſinere. & hoc eſt, quod dicere voluit Abb. in c.ſeq. nu. 4. Sed ſi huiuſmodi hoſpitalitati locum tribuit, reditum, & Miniſtros aſſignauit; Hoſpitale deniq́. erexit, licet ſine auctoritate Epiſcopi; Hoſpitale huiuſmodi, vti rectè erectum, poterit ab Epiſcopo viſitari; ſicuti ex hoc cap. cum alijs ſimilibus intelligi poteſt, non habita ratione, vtrũ fundator viuat, aut mortuus ſit, vt diſtinguit Abb.& ratio huius deciſionis eſt; quia vere hoc loco Chriſtianum opus, ita conſtitutum eſt, vt ſtabile perſeueret, & non ab alieno arbitrio pendeat. Multos Doctores nominat Tiraq. in præfatione libri ſui de priuilegijs pię cauſæ in §.item relictum Hoſpitali: qui Doctores opinantur Hoſpitale eſſe pium locum, & ad Epiſcopi iuriſdictionem pertinere; licèt non ſit fundatum auctoritate Epiſcopali: quamquam alios quoq; Doctores refert aliter opinantes, quos ita intelligi debere exiſtimo, vt de Hoſpitalibus loquantur imperfectis, & non benè erectis. Hanc opinionem noſtram confirmat Auth. de Eccl. tit. §.ſi quis ædificationem, vbi Epiſcopo auctoritas aſſignatur in Hoſpitali in vltima volũtate deſignato,& effecto poſt mortem teſtatoris. Nulla quoque diſtinctione adhibita mandatur Epiſcopis in Clem. quia contingit. de relig dom. vt Hoſpitalia adminiſtrari curẽt ad pręſcriptum fundationis, ſeu ordinationis, quæ de eis appareat. Immo & rectorem ab Epiſcopo Hoſpitali dari poſſe hic affirmat Abb. aut cõfirmari debere, ſi patronum habeat viuentem. Poteſt tamẽ fundator Hoſpitalis in fundatione cauere, ne illud Epiſcopo ſubſit; & ita ſeruandum eſt, vt tradit Zabar. in d.c.ad hæc ſequenti nu.6. & 8. Memorata autem Epiſcopi auctoritas poteſt etiam accedere poſt Hoſpitale fundatũ, vt tangit Tiraquel. in d. præfatione. §. id quod.

Con-

Confraternitates. Plus habent Religionis, & pietatis, quam Hoſpitalia: ea n.ad corpora iuuanda inſtituta ſunt: hę verò ad animarum ſalutem perfectius procurandã, & ad maiorem Deo cultum exhibendum. Ideò vti ſodalitia valdè pia, tanto magis Epiſcoporũ curæ commiſſæ videtur. Conueniunt in locum ſuum diebus feſtis ad Sacramenta Pœnitentiæ, & Sanctiſſimæ Euchariſtiæ frequentius ſuſcipienda. Ibi induunt habitum, ſeu tunicam canabinam, vſque ad pedes prolixam, & ſeſe fune percingunt, ad pœnitentiam ſignificandam. Statis horis preces recitant, ſaltem quę Beatiſſimæ Virginis dicuntur; proceſſionibus publicis eodem habitu interſunt, incedentes bini, Imagine Crucifixi prælata; & eodem modo ad funera accedunt. mos eorum eſt operta facie prodire, capuccio quodam tunicæ coniuncto, quod ſupra faciem extenditur. Sed Aloyſius Requeſenſius Prouinciæ Mediolani Gubeanator, olim cõmotus in S. Carolum, propter iuriſdictionis controuerſias, iuſſit prodire facie aperta; vetuitq́. congregari, niſi adeſſet Miniſter Regius; vſus eo prætextu, ne hoſtes occulti ingrederentur, aut contra Rempub. coirent. quod periculum, ſicuti nullum erat, ita ob eas difficultates interpoſitas, multitudo hominum magna a ſalutaribus officijs die feſto ad otium, & tabernas eo tempore conuerſa eſt. Flagellant ſeſe confratres certis diebus in plerisq́. ſodalitijs, ſalutaris pœnæ cauſa, q̃ flagella, cum diſciplinę vulgo dicantur, ipſi confratres diſciplini, aut diſciplinati appellantur; & a quibuſdam Battuti, vel Battentes: & ab alijs Scholæ dicuntur huiuſmodi loca. Ieiunia quædam propria habent. Obſeruant inter ſe, ſi quis vitijs ſe dedat; ſi ſcandalo ſit alijs, reprehendũt; puniunt ſalutariter. ægrotorũ curam gerunt. pecuniam interdum conferunt, ad egenos ſubleuandos. Hæc omnia ſalutaria, & religioſa, ſi agere ſincerè, & animo a perturbatione libero velimus, quis non videat a Sacerdotibus eſſe gubernanda? Conſtituunt ex ſuo corpore ſibi Præfectum ſalua Epiſcopi auctoritate. Sed is, neque tanti æſtimatur, quanti oporteret, neque nouit religioſa officia, & munera ordinare. Ad Epiſcopum igitur deueniendum eſt, qui per Parochos, aut Cappellanos, quos ad id eligit, ſodalitia in

uil. piæ cauſ. §. item relictum, Et quamuis aliquos Doctores nominet contra ſentientes,eos de ijs fraternitatibus agere puto, quæ religioſa inſtituta non habent, quæ dixim':
7 ſed ad honeſtum quemdam viuendi modum ſunt facta;ſicuti Bald. arbitratur in conſ. 162. num. 4. vbi tamen contrarium affirmat, ſi Eccleſia, vel Hoſpitale fraternitati ſit adiunctum, de quo idem in l. illud. C. de ſacroſ. Eccleſ. Illud etiam agere eos Doctores ferè puto, vt Epiſcopum negent non viſitare, ſed aliquid de rebus Confraternitatis ſibi ſumere poſſe. Variè igitur ſentire non eſt mirum eos, qui varia tractant: neque mirum eſt eoſdem auctores a Tiraquel. nominari in contrarijs opinionibus. Ita etiam agunt Doctores de Confraternitatibus, vt ſatis habeant eas iuriſdictioni Epiſcopi non ſubijci; neque eas perſonas fieri de foro Eccleſiæ, aut eccleſiaſticas, a quibus nos non diſſentim': ſufficit.n.vt eatenus ſubſint eccleſiaſticæ poteſtati. quatenus religioſa eorum inſtituta, vt diximus, locum habent. ita videtur ſentire Zabar.in conſ.13.item Pariſ. in conſ.34. par.4.& alijs, qui non diſtinguunt facta, neque rationes,ſed id tantum propoſitum habere videntur, vt infinita Doctorum nomina confusè congerant. Requirunt etiam nonnulli eam conditionem,vt Confraternitas fundata ſit auctoritate Epiſcopi exemplo Hoſpitalium. de quo nos ſuperius interpretationem noſtram protulimus. Aptè, & benè loquitur de Confraternitatibus Lapus de Caſtello in tractatu de Canon. port. num.1. vbi dicit, eſſe pia loca, vtpotè ordinata ad opera charitatis, etiam ſi non ſint fundata auctoritate Epiſcopi. Petrus de Peruſio, qui fuit frater Baldi, in tract. item de 4. Canon. q.14. in princ. & num. 18. & ſequ. doctè, & piè agit de Confraternitatibus affirmans, Epiſcopum poſſe eas viſitare, impedire ne fiant, & eas deſtuere. in quo rectè conſiderat opera pia, quę in eis fiunt,& earum mores, ac naturam. Hic citatur a Tiraquello.

Petrus Rebuffus agit de confratrijs tanquã referantur de antiqua Collegia. ait tamen eſſe pia loca, & quæ relinquuntur eis, relicta dici ad pias cauſas.

Borgninus Caualcanus deciſ. 17. nume.69. verſ.Circa verò. par.2. dicit, quod in negotijs, quæ tangunt ſcholam, exer-

citium,

citium, opera charitatis, & bona communia, Confraternitates ſunt ſub Iudice eccleſiaſtico, maximè cum fraternitas eſt annexa alicui Sancto, vel Eccleſiæ.

Ioannes Gutierez Hiſpanus I. C. lib. 1. canonic. q. c. 35. dicit multa contra Religionem, & ſacram conditionem Confraternitatum . poſtremo tamen a nu. 21. vſque in finem dicit, Confraternitates eſſe pia loca, maximè ſi ſint approbatæ ab Epiſcopo, prout approbari debent: & ſi ſint inſtitutę ad res pias, ſeu ſpirituales, ſicuti eſt celebratio Miſſarum, & ſepulturæ: dicit etiam pro rebus communibus Confraternitatis, & pro recipiendis, aut excludendis confratribus ad Iudicem eccleſiaſticum confugiendũ eſſe: & rationes ſumptuum Epiſcopo eſſe reddendas: & bona Cõfraternitatis alienãda eſſe, ac ſi eſſent eccleſiaſtica, quando relicta ſunt in vſus pios: & viſitationem talium locorum eſſe iuris Epiſcopalis, vt videat, an efficiãtur, quæ fieri debent ex legantiũ, aut inſtituentiũ voluntate. Hinc apparet huiuſmodi Confraternitates etiam in loca trãſalpina proueniſſe, vt etiam inferius apparebit.

Concilium Nannetenſe cap. 15. bonum decretũ habet de his Confraternitatibus, vel collectis: quæ etiam conſortia appellari dicuntur. Iubet Concilium, vt in eis tantum fiat, quantum rectum ad authoritatem, & vtilitatem, atque ad ſalutem animæ pertinet: & in omni obſequio Religionis; in oblatione, in luminarib[9], in orationibus mutuis, in exequijs defunctorũ, in eleemoſynarijs, & ceteris pietatis offiicijs exerceantur. Iubet cõmeſſationibus abſtinere; vnde multa mala eueniebant: ita vt qui contra faceret, ſi clericus eſſe gradu priuaretur; ſi laicus mas, vel fœmina ab Eccleſia ſepararetur. Tollendę tamen diſcordię cauſa poſſent conuenire ad refectionem cum modeſtia, & ſobrietate; aut Eulogias a Presbytero accipere, & eis vti. Ita Concilium. cuius tempus cum ignoretur, credi poteſt fuiſſe poſt dictum annum deuotionis 1233. quamuis ad decreta aliquid antiquius redolere videantur, vt meritò circa milleſimũ annum collocari potuerint; de quo tamen diligentius videndum eſt. Nannetas populos ſtrabo nominat lib. 4. in Galliæ deſcriptione, dicens inter ipſos, & Pictones fluere Ligerin.

rin. Ita videtur fuiſſe Concilium Prouinciæ Nannetenſis: Nam & in eis decreto imperatur Epiſcopis, circa ordines conferendos.

In Concilio quq; Prouinciæ Senonenſis celebrato anno 1532. decretum eſt cap. 30. Confratrias nouas non poſſe inſtitui, niſi approbante Epiſcopo, pœna excommunicationis adiecta: & ſunt prohibitæ commeſſationes, præſertim earum diebus feſtis etiam ex denarijs ipſorum Confratrum. Item iuſſum eſt ne baculos deferant intra, vel extra Eccleſiarũ: exhiberi etiam patres illi iuſſerunt Epiſcopis intra certum terminum confratriarum, quæ iam inſtitutæ eſſent, ſtatuta; & de eorum executione rationem reddi. Item redituum, & impenſarum, vt ſtatueretur, quod iuſtum eſſet: pœna etiam adiecta ipſas confratrias annullandi. Interdixit etiam Concilium ne confratres calices, vaſa ſacra, aut cappas eccleſiaſticas deferent. Prohibuit Sacerdotibus ne eis deſeruirent. & ne iuramenta præſtarentur de obſeruatione ſtatutorum: & ne quid ab ingredientibus exigeretur. It. iuſſit procuratores earũ iurare coram Epiſcopo de eorum adminiſtratione: de quà rationem redderent ſingulis annis: & quod pecuniæ ſupereſſet in vſus pios inſumerent.

Concilium prouinciale Mediolani præſertim 3.4.5. & 6. multa decreuit de Confraternitatibus, de earum inſtitutione, de officijs, & pijs earum exercitationibus, de recipiendis confratribus, de corripiendis, & expellendis, atque etiam de ipſa Confraternitate extinguenda: de proceſſionibus, de Cappellano eis dando, tanquam duce rerũ ſpiritualium: & alijs eiuſmodi; ſicuti videri poteſt in titulis ipſorum dedecretorum, & Conciliorum, Quæ ad confratrias & Sodalitates, ſeu Scholas pertinent. Memini S. Carolum cum in magno quodã ſodalitio Mediolani, cui nos præfecerat contentiones, & diſſidia multa orta eſſent, totum ſodalitium diſſoluiſſe: mox vnumquemque bonum, & aptum rurſus elegiſſe, & ſodalitium reſtituiſſe.

Statuerat ante Conc. Trident. ſeſſ. 22. cap. 8. de iure Epiſcopi in Confraternitates, & alia loca pia, his verbis; *Habeãt ius viſitandi Hoſpitalia, Collegia quæcunq;, ac Confraternitates laicorum, etiam quas Scholas, ſiue quocunque alio nomine vocant.*

vocant. Idem Concilium ſequenti decreto de ratione adminiſtrationis ſingulis annis reddenda Epiſcopis,decreuit. quæ decreta Conc. prou. Mediol. quodāmodo explicauit. quæ quidem ita clara videntur, vt cauillationibus non ſit relictus locus.

Ad Collegia fœminarum venimus, gradatim ad Religioſora inſtituta procedendo. Confratres domi quiſque ſuæ ſeparatim habitant, & certis diebus in locum certum conueniunt ad officia chriſtiana obeunda, vti narratum eſt. Hæ verò vno loco ſimul habitantes, communem vitam agunt; & chriſtianę diſciplinæ inſtitutis ſeſe exercent, nihil ferè differentes ab ijs, quos propriè Religioſos, & Regulares dicimus,niſi publica profeſſione,& actu publico,quò palam obligantur: ita vt non poſſint ad ſæcularem vitam redire; ita hæ noſtræ perſonæ factis, & plerumque etiam votis Regularem vitam aſſequātur; actus tamen ille publicus deeſt. qui actus Moniales,& ſanctimoniales,quibus vocabulis canones poſteriores vtūtur, hoc eſt,quas diximus Regulares,
9 efficit. Hæ fœminæ collgiatim ita viuentes,a veteribus Canonicæ ſæculares dictæ ſunt; veluti ab honorio Tertio, in c. dilecta. de maior. & obed. a Bonifacio Octauo in c. indemnitatibus. §.penult. de elect. in 6. & a Clem. V. de ſtatu Monach. Clemen. vlt. §. illas quoque: de quibus etiam mentio eſt in Concil. Auguſten. cap. 12. & in Conc. Colonien. cap.7. par.3. in quibus tamen Concilijs non Canonicæ,ſed Canoniſſæ dicuntur; eiusq. generis congregationes in Theutonia eſſe ait glo. d.c.dilecta,& c. indemnitatibus. & in Hiſpania ait eſſe Nauarrus, Beatasq. appellari in cōſ. 6. de ſtatu Monac. de quo infra. licet autem Regularia inſtituta imperfectè ſeruarent, & Religionis approbationem a Pontifice non haberent, ab Epiſcopis tamen gubernatæ ſunt. Ait Pontifex in d.c.indemnitatibus, & in d.Clement. vlt. eas non renuntiare proprio, nec profeſſionem aliquam facere; & tamen per locorum Ordinarios pronuntiat Clemens eas eſſe viſitandas. In decreto memorato Auguſtenſi mentio eſt, earum continentię ſtudium, nulla voti ſolemnitate cbſtrictum eſſe: neque menſam eis eſſe communem: & tamen Epiſcoporum cura reformandas eſſe ſtatuitur; ſicuti etiam

ti etiam

ti etiam in d. Conc. Colonien. In Ciuitate, & Diœceſi Mediolanenſi ſub S. Carolo Archiepiſcopo multa Collegia virginum conſtituta ſunt ſub tutela S. Vrſulæ: & quædam viduarum, ſub tutela S. Annæ. quæ quidem auctoritate eccleſiaſtica gubernatæ ſunt, & gubernantur; & perfectis regularis vitæ inſtitutis exercentur, voti etiam nexu ſeſe priuatim plerumq. obſtringentes ad Obedientiam, Caſtitatem, & Paupertatem obſeruandam: quod plenè, ſanctéq. exequuntur. ſunt etiam plurimæ virgines Vrſulinæ, quę apud ſuos in eorũ ædibus habitant, veſtitu mutato, & certis diebus conueniunt ad exercitationes ſpirituales in ſacra loca: quæ quidem eodem iure cenſeri poſſunt, quo dicti confratres. In Oppido Variſij ſuperioribus annis Collegium huiuſmodi virginum, ſeu earum præfecta, cum quibuſdã alijs a quibuſdam laicis ſolicitatæ, auctoritatem eccleſiaſticam recuſarunt, ſub Federico Archiepiſcopo. de quarum caſu Menoch. ſcripſit conſilium 948. & conatus eſt probare eas non potuiſſe viſitari ab Archiepiſcopi Miniſtro. Miror talem Iuriſconſultum tale conſilium edidiſſe. Implet chartas ea probatione, quod illæ non ſint Regulares, aut propriè Religioſæ: idq. fruſtra; quia nemo exaduerſo eas tales eſ-
10 ſe affirmauit. Citauit dictam Clem. vlt. in §. illas quoq;, & vidit ibi clarè decretum eſſe, vt tales mulieres ab Epiſcopo viſitentur; licèt regulares non ſint: & tamen non dubitat recuſare auctoritatem Epiſcopi in eas; quas dicit ſeſe ſubiecíſſe auctoritati Pontificis, ſeu Epiſcopi, nullo fundamento, vel argumento idoneo allato: ex quo videmus illum textum nihilominus contra eum facere. Quod ſi illæ fœminę proprium habentes, aut a communi menſa abhorrentes, viſitandæ ſunt ab Epiſcopo, tantò magis S. Vrſulę diſcipulæ; quæ omnia regularia inſtituta re ipſa obſeruant. Citat etiam eo cõſilio Menochius Nauar. in quibuſdã conſilijs, in quibus ait; Religioſas Turris ſpeculorum Romæ, quas oblatas appellat, non eſſe propriè Religioſas, aut regulares rectè: ſed argumentum eſt contra ipſum; nam licèt Moniales, & regulares non ſint; gubernantur tamen auctoritate eccleſiaſtica: quod ille non curàuit animaduertere. Attulit pro ſe argumentum, quod virgines illæ S. Vr-

Cõſ 81 de reg. in pr.edit. & conſ.6. de ſtatu Monach. ì 2.

ſuię non mutant habitum, mirum eſt eum non vidiſſe mutationem habitus; quando .n. recipiuntur in congregatione S. Vrſulæ induunt tunicam laneam rudiorem, abſque ornamento aliquo nigri, vel obſcuri coloris. ad collum habent lineas ſine rugis. adhibent vellum diuerſum a ſæcularibus. calceamentis vtuntur ſimplicioribus, quàm aliæ: vnde apparet etiam hoc argumentum contra eum retorqueri. Allegat etiam conſtitutionem Pij V. de mulieribus, quæ communiter viuebant; quæ tamen non facit ad rem noſtram, neque ad rem ſibi propoſitã. In ſumma nihil affert aptum Doctor ille ad probandum, quod illæ virgines ad Archiepiſcopi iuriſdictionem non pertineant. Quod de loco Vaſtallæ & Puellarum Hiſpaniarum profert, ad rem noſtram non faciunt: ſunt.n.loca illa ad conſeruationem Puellarũ, cum honeſto viuendi modo, inſtituta; donec eæ nuptui tradantur, aut alio mittantur; prout in ipſorum locorum fundatione conditiones poſitæ ſunt: & ita Comitiſſa Vaſtallæ, & alij fundatores in fundationum inſtrumentis cauerunt. poterat ſex, ni fallor, alia Collegia fœminarum ſæcularium Ciuitatis Mediolani nominare, quæ licet regularem vitam non viuant, quemadmodum Vrſolinæ, auctoritate tamen eccleſiaſtica gubernantur. Vtrum verò huiuſmodi fœminæ iudicibus, vel alteris laicis gubernandæ tradi debeant, Lector iudicet. Neq; verò publicè expedit talem congregationem, atq; cœnobium permittere abſq; eo, qui ſpeculetur, & inſpiciat eius vitam, & mores, & exercitationes, ne in errorem aliquem incidant.

AVGVSTINI BEROII Iur. Conſ. Bononienſis conſ. xxxj. volum. primi.

EPITOME.

Eccleſias, & Clericos tàm de iure communi, quàm ex litteris Apoſtolicis, de quibus hic mentio habetur, ad onera hic expreſſa perſonis ipſis pro rebus impoſita,

etiam

etiam cõmunem vtilitatem, & neceſſitatem continentia non teneri vnà cum laicis contribuere, demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ ad reparationem pontium, & viarum, cum laicis conferunt, atque contribuunt.*
Et an ſit verum, nu. 21.

2 *Leges ciuiles diſponentes Eccleſias, cum laicis teneri ad onera cauſa neceſſitatis, & communis vtilitatis impoſita, & præcipuè ſi pietatem ſapiunt à iure canonico dicuntur approbatæ, & in vtroque foro ſunt ſeruandæ, contra nu. 22.*

3 *Eccleſiæ ad onera maximè patrimonialia neceſſitatem, & communem etiam clericorum vtilitatẽ reſpicientia vnà cum laicis tenentur.*

4 *Et an. & quomodo hoc ſit verum. & Eccleſiæ ad ea cogi poſſint, & num. 5. 12. & 13. vbi hoc declaratur.*

6 *Eccleſiæ ad ſolutionem gabellæ, & datiorum tenentur, & quãdo. & num 8.*

7 *Eccleſiæ quando, & ad quæ onera vnà cum laicis contribuere teneantur.*

9 *Clericorum, & Eccleſiarum bona, dicuntur bona pauperum, & pro redemptione, & alimonia pauperum alienari poſſunt.*

10 *Eccleſiæ ad onus rebus impoſitum, antequam res illæ ad Eccleſias peruenirent, tenentur.*
Et quomodo hoc procedat, nu. 29.

11 *Lex interpretans in dubio, debet intelligi in terminis legis interpretatæ.*

12 *Cap. non minus, & c. aduerſus. de immunit. eccleſ. de quibus oneribus intelligant, & num 18.*

14 *Clerici ad onus extraordinarium vnà cum laicis ſoluendum inconſulto, Papa ſe impunè obligare nequeunt.*

15 *Clerici, & Eccleſiæ ad onus extraordinarium regulariter non tenentur.*

16 *Ad onus perſonis pro rebus impoſitum ne clerici, nec Eccleſiæ, nec laici ciues non ſubditi tenentur.*

17 *Et conſuetudo contraria ſolum laicis, & non clericis, nec Eccleſijs nocet.*

18 *Cap. 1. de immunit. eccleſ. in 6. & c. quamquam. de cenſib. eod. lib. declarantur.*

19 *Impoſitiones ſpeciales, quæ ſint, & quando ad eas nec Eccleſiæ, nec laici forenſes teneantur.*

20 *Eccleſiæ an ratione pietatis ad onera, vnà cum laicis contribuere teneantur.*

21 *L. ad inſtructionem, & l. neminem. C. de ſacroſanct. Eccleſ. correctæ.*

22 *Leges Imperiales expreſsè diſponentes, & mentionem facientes de Eccleſiis etiam ad earum fauorem ſunt ipſo iure nullæ.*
Idem & magis de opinione Doct. ſuper his legibus fundata. num. 24.

23 *Opinio Doctorum, etiam communis, reijcitur, quando reperitur expreſſa iuris diſpoſitio in contrarium.*

24 *Diſpoſitio legalis neceſſaria, Doctorum verò magiſtralis.*

25 *Clerici ad cuſtodiã Ciuitatis, quando vnà cum laicis teneãtur.*

26 *Onera, quæ dicantur à ſacris Canonibus prohibita, clericis imponi.*

27 *Lex referens declaratur, & interpretatur à lege relata. & omnia in lege relata dicta cenſentur poſita in lege referente.*

28 *Principium cõſtitutionis inſpiciendum tanquam fundamentum, quando generale eſt, & ab eo ſumenda eſt interpretatio.*

Conſultatio hæc noſtra in præſenti cauſa tẽdit ad determinandũ, vtrũ clerici, & aliæ perſonæ eccleſiaſticę habentes bona ſtabilia in Ciuitate, & Territorio Ferrarienſi vltra onus annuatim, durãte anno duodecimo, ipſis impoſitum, pro conſtructione, & reparatione riparum, & aggerum Padi, & murorũ Ciuitatis, ac pontium, & aquæductuum, necnon pro Studij generalis in dicta Ciuitate conſeruatione, de quo in diuerſis litteris Apoſtolicis a diuerſis Pontificibus, & præcipuè a Paulo II. emanatis, ad alud onus ex cauſis prædictis iniunctum, &, vt vulgo dicit, pro cornelliis, & paraduciis, quę fiunt pro tuitione, & conſeruatione dictorum aggerum, virtute dictarũ litterarum, vel ſaltem de iure cõmuni teneantur, & ad contribuendum a Cummunitate, & Ciuibus dictæ Ciuitatis quoquo modo

cogi

Digitized by Google

cogi poſſint. Quæ materia quamuis ob varias opiniones Doct. antiquorum, & modernorum, tam Canoniſtarum, quàm Legiſtarum, & in lecturis, & in conſilijs in ſe valde difficilis, & intricata reddatur, tamen in caſu occurrenti facilè erit pedes firmare, & alteri parti adhærere, vt ex infra dicendis liquidè conſtabit. Et in primis pro parte Communitatis Ferrarienſis, & ad illius fauorem plura fecere viden-
1 tur; primò † tex. in l. ad inſtructionem, aliàs ad inſtructiones, & in l. neminem. C. de ſacroſ. Eccl. vbi Eccleſiæ ad reparationem pontium, & viarum contribuere, & conferre tenentur: & dicit Do. Card. in c. non minus. de immunit.
2 Eccl. quòd † leges ciuiles diſponentes Eccleſias teneri cum laicis ad onera, quę imponuntur cauſa neceſſitatis, & communis vtilitatis, & præcipuè ſi ſapiunt pietatem, approbatæ a iure canonico dicuntur, & ſic ſeruandæ ſunt in vtroque foro; quoniam cum non ſint reprobatæ, illis ſtandum eſt, c. cum expediat. de elect. in 6. & in hoc Doct. magis cōmuniter concordare videntur allegantes dicta iura ciuilia cō-
3 tra Eccleſias. ¶ Secundò, optimè facit † tex. in c. peruenit. de immun. Eccl. iuncto c. igitur. cum ſeq. 23. q 8. vbi clerici, aliæq. eccleſiaſticę perſonæ tenentur aduerſus inuadentes, ſeu aggredientes Ciuitatem, & loca Chriſtianorum arma ſumere, & Ciuitatem vnà cum laicis pro neceſſitate, & communi vtilitate cuſtodire: ſed onera, de quibus agitur, neceſſitatem, & communē vtilitatem etiam clericorum reſpiciunt, cum ſint impoſita pro reparatione riparum, & aggerū Padi, & dicuntur eſſe onera patrimonialia, vt infra dicetur, quia imponuntur clericis pro rebus ſuis, videlicet ad ſoluendum certum quid, iuxta vires facultatū & ſui ęſtimi, ergo magis ad hæc onera ſoluenda tenentur, cum Eccleſiæ, ſeu perſonæ eccleſiaſticæ magis ad onera realia, & patrimonij teneantur, quàm ad merè perſonalia, de quibus in d. c. peruenit. cum ſimil. vt eſt de mente omnium, & maximè Abb. in d. c. non minus. poſt Innoc. ¶ Tertiò, adduco id. quod voluit Abb. in d. c. non minus. in penul. col. in ver.
4 fateor tamen, &c. dicens, † quòd propter cōmunem etiam vtilitatem, & neceſſitatem clerici non tenentur ad onera, niſi illa fuerint impoſita de eorum conſenſu, ſed ſi Clerus

abſque

abſque iuſta cauſa nollet conſentire, tunc populus poteſt adire ſuperiorem eccleſiaſticum, qui clericos compellat: & quod hoc in caſu non eſt opus Papam conſuli, eiusq́. licentiam haberi, iuxta c. aduerſus. de immun. eccleſ. quoniam impenſa eſt facienda, & onus eſt impoſitū non ſolum propter vtilitatem publicam, ſed etiam propter vtilitatem priuatam, & particularem etiam Eccleſiarum, & bonorum ſuorum, & ſic ſecundum Abb. ſumus extra caſum d. c. aduerſus, qui loquitur, quando onera eſſent ſolum ad vtilitatem publicam: dicitq́. ibi Abb. hæc dicta ſua eſſe benè notanda tanquam optima, & a nemine conſiderata. ¶ Quartò, ponderandę ſunt in hoc litterę Apoſtolicæ tam Pauli: quàm aliorum Pontificum, tam Cōmunitati Ferrariæ, quam clericis dictæ Ciuitatis conceſſę, in quibus cauetur ipſos clericos, ſeu eccleſiaſticas perſonas non debere, nec poſſe ad aliud onus cogi vltra id, de quo in dictis litteris quod ab ipſis ſacris canonibus exigi prohibeatur, ergo ſi a ſacris canonibus prohibitum non reperiatur, illud exigi poterit: ſed onus, de quo agitur, non eſt a ſacris canonibus prohibitum, immo permiſſum; cum fuerit, & ſit impoſitum ob neceſſitatem, & contineat communem, & priuatam vtilitatem, etiam Eccleſiarum, quia ſic bona particularia Eccleſiarum conſeruātur, & a periculo inuaſionis & inundationis aquarum defendūtur, quo caſu de iure etiam canonico tali oneri Eccleſię ſubijciuntur, d. l. ad inſtructionem cum ſimilib. ſupra alleg. ergo ex diſpoſitione, & mente dictarum litterarum Eccleſiæ huic oneri contribuere tenebuntur. Pondero etiam dictas litteras Pauli Secundi a cęteris Rom. Pontificibus confirmatas in illa parte, qua inhibetur, ne ſupra id, quod dictum erat, clerici tam regulares, quam ſæculares angarientur, ſeu aggrauentur occaſione quorumcunq; ſæcularium onerum, ergo ſi eſſent onera, quę reſpicerent etiam clericos, & perſonas eccleſiaſticas, quale eſt id, de quo agitur, cum ſit impoſitum pro neceſſitate, & communi vtilitate etiam Eccleſiarum, vt dictum eſt, & de ſe patet, clerici profectò ad illa poſſent angariari, & aggrauari. ¶ Quintò, hanc opin. confirmo auctoritate plurium
5 Doct. & fortè magis communiter, qui volunt, † quòd vbi
neceſ-

neceſſitàs magna, & vtilitas communis, particularis etiam Eccleſiarũ verſatur, laici auctoritate Iudicis eccleſiaſtici poſſint cogere c ericos ad contribuendum, abſque aliqua Sedis Apoſtolicæ conſultatione, vt in terminis voluit Abb. in d.c.non minus. in pen. col. ver.fateor tamen: quod idem & ferè in terminis noſtris voluit Pet. de Anch. in d. c. non minus. per tex. in d. l. ad inſtructionem. cum ſimil. dicens, quòd circa murorũ conſtructionem, & refectionem neceſſariam, vt propter guerram, vel illius ſuſpitionem, Eccleſia tenetur contribuere, ſecus quoad voluntariã, vt etiam voluit Iacob. Butrig. in d. l. ad inſtructionem, dicens etiam,
6 quòd † Eccleſiæ ad ſolutionem gabellæ portarum pro plauſtris, & curribus tenentur, ſi gabella conuertitur in reparationem viarum, & pontium: quoniam ita de Eccleſiæ, ſicut de priuatorum vtilitate agitur: & ex his Pet. de Anch. in
7 d.c.non minus. generalem inferebat doctri. quòd † quoties tractatur de generali, & cõmuni vtilitate tam clericorum, quàm laicorum ſimul, & mixtim, tunc clerici tenentur vnà cum laicis ad onera a Ciuitate impoſita, cõtribuere: & ideò alias conſultum fuit, prout aſſerit ſe audiuiſſe quod Eccleſia etiam teneri debet ad aggeres, qui fiunt in littore maris ad euitandum inundationes, quę damnum omnibus paſſim inferebant, propter commune periculum; idemq; dicendum videtur ad euitandum rapinas, incendia, captiuitates militum, & hoſtium, veluti hoc vltimum fuit ex mente Bar.
8 in l.nullus. C.de curſu publ. lib. 12. vbi dixit, † clericos teneri, & ſimul cum laicis poſſe aggrauari ad ſoluendum datia, & collectas, & ad alia munera ſordida, ad quæ alias non tenentur, vt in d. l. ad inſtructionem, ob periculum guerræ euitandum; nam in hoc vertitur publica vtilitas, ac etiam pietas: ſic.n.defenſantur pauperes perſonæ, viduæ, pupilli, & aliæ miſerabiles perſonæ a dãnis, & periculis, & vbi verſatur pietas, vtilitas publica, Eccleſia tenetur contribuere, l.iubemus nullã. C.de ſacroſ. Eccleſ. d. l. ad inſtructionem, & d.c.2.de immu. Eccl.cum ſimil. ergo & in caſu occurrenti Eccleſia teneri debet, cũ agatur de reparatione aggerum & riparum Padi, & conſequẽter de vtilitate publica, & pietate; nam ſi aggeres, & ripæ vi, & impetu fluminis rumperen-

ren-

rentur, fierent maximæ inundationes: & damna non modo diuitibus, ſed etiam viduis, pupillis, & alijs miſerabilibus perſonis inferrentur, ergo cum adſit publica, & priuata vtilitas cõmunis, & pietas, Eccleſia tenebitur conferre: quo-
9 niam † bona clericorũ, Eccleſiarũ dicuntur bona pauperũ, c.fin.cum gloſ. 16. q. 1. & illa pro redemptione, & alimonia pauperum poſſunt alienari, c. aurum habet Eccleſia, & ibi in ſumma 12. q. 2. & in hanc ſententiã concurrunt viri maximæ auctoritatis, vt fuit Bald. in d. l. ad inſtructionem, & in tit. de pace conſtan. in ver. munitione. Salic. in d. l. ad inſtructionem, Barb. in conſ. 29. in 4. vol. & in conſ. 1. in 3. Iaſ. in l. placet. C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi in fin. 4. col. plures allegat, videlicet Card. in Clemen. 1 col. 16. de vita, & honeſtate cler. Alex. in conſ. 68. in 2. vol. & Cœpol. in tract. ſeruitutum. ſub rub. de via. in q. 25. idemq́ voluit ſolemnis Doctor Guid. Papa in q. 78. & glo. in d. c. non minus: quare hæc videtur eſſe communis opinio, quæ in iudicando ſequẽda eſt, ad tradita in c. 1. per Io. Andr. Abb. & communiter alios circa fin. extra de conſtit. ¶ Vltimò, videtur dicen-
10 dum, † quòd cum onus, de quo tractatur, ſit onus reale, ſeu patrimonij ſaltem ratione rerũ, quibus ante, quam ad Eccleſias peruenirent, tale onus erat impoſitum Eccleſiæ, & perſonæ Eccleſiaſticę contribuere teneantur ad ea, quę habentur per Innoc. in d. c. non minus, & ibi Abb. in 3 col. in verſ. Venio ad primum, &c. Bar. in d. l. vnica. C. de mulieri. &c. Bald. in d. l. omnes, & Abb. in d. conſ. 3. in 1. vol. & hoc in caſu propriè conſuluit Barb. in d. conſ. 1. in 3. vol. & habetur per Iaſ. & alios in d. l. placet, & in d. l. neminem, & in c. fin. de vita, & honeſt. cler. & Hoſt. in ſumma de immun. Eccl. in §. quibus. in 1. col. ¶ Pro parte verò clericorũ, & perſonarum eccleſiaſticarum Ciuitatis, & Diœceſis Ferrarien. quòd vltra onus impoſitum pro annis duodecim, & multoties ad alios duodecim annos prorogatum, vt in litteris diuerſorum Pontificum, Pauli, videlicet Secundi, Sixti, Alexandri, Iulij, Clement. & Pauli moderni, ipſis clericis, tam regularibus, quàm ſæcularibus conceſſis, non poſſint aggrauari ad contribuendum pro aſſertis cornellis & paraducis, ſic vulgo nominatis, ſiue loquamur attentis dictis

litte-

litteris Apoſtolicis, ſiue de iure canonico, & conſequẽter quod huiuſmodi exactio ſi fieret, diceretur contra prohibitionem ſacrorum canonum fieri, multa conſiderari poſſunt: & in primis induco tex. in d. c. non minus, qui emanauit a Concil. Lateran. ad fauorem Eccleſiarum: Et quamuis aliqui dicant illum loqui in caſu, quando clerici, & aliæ perſonę Eccleſiaſticę aggrauarentur ad ſoluendum onera, quę ſolum ad aliquos pertinerent, & conſequenter non continerent communem vtilitatem etiam Eccleſiarum, & ponderent illa verba, iſti verò onera ſua ferè vniuerſa imponũt Eccleſijs, &c. & hoc modo etiam velint intelligi debere tex. in c. aduerſus. eod. tit. qui venit ad interpretationem declaratiuam, vel melius extenſiuam, & per modum additionis. iuxt. not. p Bar. in l. oẽs populi. col. 18. in verſ. Sextò, princi-
11 paliter quęro. ff. de iuſt. & iure. quia † lex interpretans in dubio debet intelligi in terminis legis interpretatæ, vt in l. ſi alterius. C. ſi minor ſe maio. dixe. & in Auth. de fil. ant. dotal. inſtru. nat. Bart. in Auth. Sacramenta pub. col 2. C.
12 ſi aduer. vend. tamen verius eſt, quòd † loquatur de oneribus impoſitis pro neceſſitate, & communi vtilitate, tàm clericorum, ſeu Eccleſiarum, quàm laicorum, prout loquimur in caſu occurrenti: quæ intelligentia colligitur ex verbis illius tex. in pluribus locis, primò dum loquitur de foſſatis abſolutè, quę poſſunt etiam vtilitatem Eccleſiarũ reſpicere, vt quia eſſent foſſata facta ad munitionem Ciuitatis, iuxta ea, quæ habentur per Iacob. Butr. in d. l. ad inſtructionem, ſiue eſſent foſſata generaliter pro vtilitate poſſeſſionum, & prædiorum, iuxta tex. in l. ſi vicinus, iuncta l. pręced. ff de aqua plu. arcen. Secundò, dum ille tex. expreſsè in verſ. Quo circa, &c. conſiderat communem vtilitatem, vt ibi ad releuandas communes vtilitates, vel neceſſitates, vbi laicorũ non ſuppetunt facultates: & illa verba, iſti verò onera ſua, &c. in contrarium, vt ſupra, ponderata debẽt intelligi reſpectu partis ipſorum laicorum; non. n. negat ille tex. quin loquatur de oneribus impoſitis pro cõmuni vtilitate, quanis dicat, iſti, hoc eſt laici onera ſua, &c. nam qđ commune eſt, meum dici poteſt, l. ſerui electione. de leg. 1. in §. 1. & ſi tex. in d. c. non minus, loquitur, vt dictum

eſt, idem eſt dicendũ de tex. in d. c. aduerſus, qui ad interpretationẽ illius emanauit, vt ex eius verbis colligitur iunctis præmiſſis, & hæc ſunt de mente Abb. in d.c.non minus. in 5.col.& in conſ.3. in primo vol. in primo fundamento, in prima col.& nota, quia dicta iura etiam loquuntur de oneribus patrimonialibus, quæ imponuntur perſonæ propter res, & ibi foſſata, ſiue expeditiones, ſeu alia quælibet agẽda de bonis clericorum,&c. ¶ Secundò, induco tex. in Clemen. vnic. de immun. Eccleſ. & in c.1. eod.tit. in 6.vbi in d.Clemen. poſtquam correxit tex. in c.clericis laicos de immunit. eccleſ. in 6. ſubdit, quòd laici exigentes, & extorquentes a clericis, & ab Eccleſijs taleas, ſeu collectas, aut exactiones quaſcunque, & illis conſilium dantes, & auxiliũ, vel fauorem ad præſtandas ſubuentiones laicis, incurrunt pœnas Lateran. Concilij, de quibus in d.c.non minus, pondero illa verba, aut exactiones quaſcunque, & cõſequẽter etiam quæ continerent communem vtilitatem tam clericorum, quàm laicorum, arg. l.Baliſta,& ibi Bartol.ad Trebel. pondero etiam illa verba, ad præſtandas ſubuentiones laicis, ergo loquitur in caſu, quo tam laici, quàm clerici tenerentur: Præterea ille tex. in § volentes. venit ad interpretationem Lateranen. Concilij, de quo in d.c. non minus, ergo in caſu, quo communis eſſet vtilitas, vt ſupra dictum fuit in primo funda. & ſic etiam in caſu, quo verſatur commune bonum, Eccleſiæ aggrauari non poſſunt, niſi, vt infra dicetur: & in d c.1. pondero illa verba, taleas, & collectas, ſeu exactiones quaſcunque Eccleſijs,&c. imponere, vel exigere ab eis pro domibus, prędijs, vel quibuſcũque poſſeſſionibus,&c. nec debet attendi quælibet conſuetudo contraria, quia tanquam contra vtilitatem Eccleſiæ non valeret, c.quanquam.de cenſib. in 6.& arg.c.1.de conſu. & cum ille tex. loquatur de collectis, infertur, quòd loquitur de oneribus patrimonialibus, quæ imponuntur perſonæ propter res, vt colligitur ex verbis Bar. in l.reſcripto. § ſciendum ff de muner.& honor. & in caſu occurrenti tractatur de huiuſmodi onere reali, ergo,&c. ¶ Tertiò, ad fauorem Eccleſiarum facit Extrauag Bened. XI. ſub Rubr. de immun. eccleſ. ibi taleas, decimam, vel aliam quottam, ſeu

ſeu quantitatẽ aliquã de ꝓuentibus bonorũ ſuorũ, aut Eccleſiarum,& ibi in ver. cæterum. ¶Quartò, corroborãtur
13 prædicta, quia negari non poteſt, † quòd vbi adeſt magna neceſſitas, & communis vtilitas, ac etiam pietas. Eccleſiæ non poſſint compelli ad contribuendum cum laicis ad onera pro tali neceſſitate, & vtilitate, ac pietate impoſita, vt videntur velle communiter Doct. in d. c. non minus, & ibi eſt tex. in d.c. aduerſus, & Doct. in d.l. ad inſtructionem, & habetur per modern. in d. l. placet, & in varijs conſilijs, vt traditur per Andr. Barb. in d.conſ. 29.& in d.conſ. 3 & cum totale fundamentum aduerſariorum in hoc conſiſtat, ideò pro intelligentia dico,& ita arbitror de iure verum eſſe,qđ prædictum aſſumptum, & opinio Doctorum, de qua proximè, debet intelligi non ſimpliciter, ſed pluribus concurrẽtibus, primò,vt dictum eſt, quod adſit magna neceſſitas,vt probatur in d. c. non minus, & in d. c. aduerſus, ibiq́. Abb. & d.Extrauag. ſecundò, communis vtilitas, vel ſaltem pietas,vt in dictis iurib.& de pietate probatur in d.l.ad inſtructionem,& in d.c. peruenit. de immun. Eccleſ. & optimè in d. c. non minus, inducendo,vt ſupra, tertiò,quòd, ſi tale onus, ad quod ſubſtinendum non ſufficiant laici,quia clerici, & Eccleſiæ ſolum tenentur cum laicis contribuere in ſubſidium, & vbi laicorum non ſuppetunt facultates, vt in d.c. non minus, in d. c.aduerſus, & clarius in d.Extrauagan. ibi cœterum attẽdant clerici, & alij Prælati Eccleſiarum quod in huiuſmodi ſubuentionibus ſolum caſum neceſſitatis, aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non ſuppetunt facultates, &c. quartò, requiritur, ꝙ ad onus huiuſmodi imponendũ vocetur totus clerus,vt conſentiat, nec ſufficeret Epiſcopus cum capitulo ſuo,nam quod omnes tangit, particulariter ab omnibus approbari debet, c. quod omnes.de regul. iur. in 6. habetur in c.cum omnes. de conſtitut.& ꝓbatur in d. c. aduerſus, ibi verum, ſi quando Epiſcopus ſimulcum clericis,&c. & Abb. in d.c.non minus. in 4. notab. vbicunque tamen abſque iuſta cauſa clerus nollet conſentire, tunc poſſet procedere id, quod voluit Abb. in dicto c. non minus. in penult. colum. quod etiam intelligo concurrentibus alijs neceſſarijs per prædicta, & infra dicẽda.

 Quin-

Quintò, requiritur, quòd onus imponatur conſulto Papæ, vt in d. Extrau.& in d.c. aduerſus,& Abb. in d.4. notab. p̄dicta ferè omnia requirit. Sextò, requiritur, quòd ad hoc onus ſoluendum clerici, & Eccleſiæ cogantur ab Epiſcopo, & a ſuo ſuperiore eccleſiaſtico: laici.n.& poteſtates ſeculares non poſſunt ſe intromittere, vt ipſos compellant, vt habetur in d.l. ad inſtructionem. per Bald. cum quo cæteri ꝑtranſeunt, maximè Abb. in d.c. non minus. in 5. col. Idemq́. vult Guid. Pap. in d.q. 78. & cum prædictis requiſitis concurirt Abb. etiam in d.conſ. 3. qui ad fauorem Eccleſiæ cōtra laicos conſuluit. Quibus præmiſſis requiſitis ſtantibus, videtur etiam, quod ſecundum iuris rigorem, clerici non teneantur contribuere, niſi ex quadam gratia, & ęquitate: Vnde tex. in d.c. aduerſus monet laicos humiliter, & deuotè recipere, cum gratiarum actione, quod a clericis offertur, & Hoſt. in ſum. ſub tit. de immu. Eccleſ. in §. quib. munerib. in 3. col. ver. hæc vera, &c. quem refert, & ſequitur Alber. in d. l. ad inſtructionem, dicit, quòd clerici non coguntur, ſed caritatiuè, cum gratiarum actione conferre poſſunt, ſi volunt: ex quibus infertur, quod ſecundum regulas ſacrorum canonum prohibitum eſt in aliquo Eccleſias grauare, niſi concurrentibus prædictis, vt probatur in iuribus ſupra ꝓ hac ſecunda parte allegatis: itē infertur, quòd cum omnia prædicta requiſita interuenerint in imponendo onus, de quo in prędictis litteris Apoſtol. Pauli II. & aliorum ſucceſſorum Pontificū, quia clerus dictæ impoſitioni oneris conſenſerit, & ſoluere promiſerit, & ad nihil vltra ſoluendum cogi poſſit ratione neceſſitatis, & communis vtilitatis in reparando ripas, & aggeres, & in faciendo alia, de quibus in dd. litteris; ſequitur, quod iuſtè, & legitimè, & iuxta ꝑmiſſionem ſacrorum canonum ad dictum onus ſoluendi decem ſolidos tantùm pro quolibet denario extimi, clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ tenentur, & per ſuos ſuperiores eccleſiaſticos, ad id deputatos, & non per alios cogi poſſunt, vt ſupra: Et è contra ex prędictis concludendū eſt ipſos clericos nullo modo teneri ad contribuendum cum laicis ad onus, de quo agitur, quod dicitur extraordinarium, iuxta not. per Bart. in l. 1. C. de mulieribus, & in quo loco. colu.

vlt.

vlt. lib. 10. per Bald. l. omnes. C. ſine cenſu. in 2. colum. in verſ. Aduerte tamen, &c. & Hoſt. in ſum. in tit. de immun. Eccl. in § quibus. in 2 colu. nam ad hoc munus extraordinarium imponendum non fuit vocatus clerus, nec is aliquo modo conſenſit, iuſtamq́ cauſam habuit non conſentiendi,
14 quia † & ſi voluiſſet conſentire, & ſoluere, non potuiſſet impunè, cum hoc clerus facere nequeat, niſi conſulto Papa, iuribus ſupra allega. vt in d. c. aduerſus. cum ſimil. Item ad hoc onus ſuppetūt facultates laicorum, ergo infertur, ꝙ exigere tale onus, dicitur eſſe contra prohibitionē ſacrorū canonum, qui ſolum admittunt Eccleſias teneri ad contribuendum, concurrentibus prædictis requiſitis, & idcò dici poteſt, hoc onus, de quo agitur, fuiſſe expreſsè prohibitum per litteras Apoſtolicas Pauli, & aliorum Pontificum, &c. vt in litteris ipſis continetur. ¶ Quintò, principaliter ſuadentur prædicta ad fauorem Eccleſiarum, conſiderando, quod onus, de quo diſputatur, vltra quod ſit extraordinarium, veluti colligitur ex ijs, quæ voluit Bart. in di-
15 cta l. 1. & Bald. in d. l. omnes, † ad quod regulariter Eccleſiæ non tenentur, d. c. non minus. cum ſim. & ibi Abb. in 4. col. l. ſacroſancta. C. de ſacroſan. Eccleſ. dicitur eſſe etiam onus patrimoniale, quod imponitur perſonæ pro rebus, & imponitur ipſi rei de eo, quod non percipitur ex re ipſa, nec eſt in ipſa re, ſed omnino extra rē, quia debet pro ipſa re p̄-
16 ſtari certa quantitas pecuniæ: Et † ad tale onus Eccleſiæ non tenentur, nec clerici, nec etiam laici ciues non ſubditi, quāuis in loco patrimoniū habeant, l. reſcripto. § ſi & ibi Bar. ff. de mun. & honor. & eſt tex. in c. 1. de immu. Eccleſ. in 6. in Clem. vnica. eod. tit. quæ iura loquūtur et de collectis, quæ dicuntur onera, & quę iniuguntur pſonis pro rebus, vt
17 voluit Bar. in d. l. reſcripto. §. ſciendū, & in d. l. vnica, ſi † tamen extaret cōſuetudo in contrariū, ea noceret ſolū laicis, vt not. Bar. in d. l. vnica. C. de mulierib. & in quo loco, lib. 10. ſed non Eccleſijs, tum q̄a illa eſſet contra vtilitatē Eccleſię, vt ſupra, tum quia diceretur eſſe contra libertatem Eccleſiæ, Auth. caſſa. C. de ſac. ſan. eccl. iuncta Auth. nulla Cōitas, C. de Epiſcop. & cler. qui tex. multum in caſu occur-
18 renti Eccleſijs fauet: Et † ſecundum prædicta poteſt intelligi

ligi tex.in d.c.non munus, in d.c.aduerſus, in c. 1. de immu.
Eccl. in 6. & in c.quamquam. de cenſib. eod. lib. cum alijs
pro hac parte allegatis : & cum his concordat id, quod di-
xit Bald. in d. l. omnes. in 2.col. in ver. ſpālis autem impo-
19 ſitio,&c. C.ſine cenſu, quòd † impoſitiones ſpeciales ſunt,
quæ imponuntur in aliqua Ciuitate, vel loco ad confectio-
nem certi operis publici, vt aquæductus, viæ, pōtis, vel al-
terius publici operis,aut publicę neceſſitatis,& ſi tales im-
poſitiones iniungerentur perſonis pro rebus, non tenentur
hi, qui non ſunt ſubditi, quales ſunt Eccleſię, & laici etiam
20 forenſes, ad quod allegat d.l.reſcripto : Et † quāuis Abb.
in d.c.non minus dixerit,quod ratione pietatis,Eccleſiæ te-
neantur ad onera vnà cum laicis contribuere, vt ibi per eum
circa finem, in ver. fateor tamen abſque , quod conſulatur
Papa, quod tanquam dictum nouum inquit eſſe notandum,
contrarium tamen mihi eſſe verius videtur , vt tenuit gloſ.
in §.nouarum. 16. q.2.& gloſ. in d.l.ad inſtructionem , prę-
ciſè Hoſt. in d.§. quibus. in ſum. de immun. Eccl. in princ.
3.col. & etiam ibi in ver.& hæc vera putamus,&c. & proba-
tur rectè intuenti in d.c.non minus , dum loquitur de foſſa-
tis, quæ fiunt pro tuitione,& defenſione Ciuitatis, ac etiam
pauperum, pupillorum , viduarum , & aliarū miſerabilium
perſonarum, & faciunt iura alia ſupra ad hoc ponderata, &
eſt de mente Bald. in d.l.omnes. in 2. col. ver. ſpecialis au-
tem,&c.vbi loquitur de refectione viarum,pontiū,& aquę-
ductus , quæ continent in ſe pietatem , vt habetur in d. l. ad
inſtructionem, & multi etiam præſupponunt in d.c.non mi-
nus, & Hoſt. in d. §. quibus. & tamen vult, quòd non ſubdi-
ti, vt ſunt Eccleſiæ, non teneantur, hoc idem eſt de mente
Alb. de Ro. in d.l. ad inſtructionem : Præterea licet verum
ſit, quod clerici poſſint cogi conſulto Papa , vt inquit Abb.
tamen ipſe non excludit reliqua requiſita, de quibus ſupra,
& ideò in caſu iſto clerici cogendi ſunt per ſuū ſuperiorem,
vt ibi per Abb. Idem etiam dicendum eſt quo ad alia,vide-
licet,quod onus fuerit iniunctum,adhibito conſilio clerico-
rum, ipſisq́. vocatis,vt dictum fuit: Item hoc etiam proce-
deret contra clericos in ſubſidium, & ſic quando facultates
laicorum non ſuppeterent, vt in d.c.non minus, in d.c. ad-
uerſus,

Digitized by Google

uerſus,& in d. Extrauag. vnde cum non interuenerint huiuſmodi requiſita, Eccleſiæ non tenebuntur contribuere: multa alia ad propoſitum poſſe adducere, ſed vlterius non eſſe inſiſtendum putaui, & me remitto ad ea, quæ in d. conſil. 3. ponit Abb. qui quarto loco arguit ex mēte Concil. Lateranen. de quo in d.c non minus, ibi. de bonis Eccleſiarum, & clericorum, & pauperum Chriſti vſibus deputatis,&c. iunctis verbis Abb. tam in d.conſ. quàm in d.c.non minus, vbi ferè de verbo ad verbum illud conſiliū refert. Et hanc ſecundam opin. ad fauorem Eccleſiarum, vt ſupra, corroboratam ſequor tanquam de iure veriorem, ac etiam quia fauet Eccleſijs, pro quibus in dubio eſt iudicandū, l.ſunt perſonæ. ff.de relig. & ſump. fun. Supereſt, vt tollātur contraria, quo concluſio poſita pro Eccleſijs ab omni difficulta-
21 te nitida remaneat; in primis itaq; † non obſtant tex. vulgares in d.l.ad inſtructionem,& in d.l.neminem, ſuper quibus tenētes contrarium, potiſſimè ſe fundant; nam, vt fuit de mente Bart. ibi, corriguntur per tex. in Authen. nulla Communitas, C.de Epiſc.& cler.& expreſsè voluit Hoſt. in d. §. quibus, & clarius Abb. in d.conſ.& in d. c. non minus, maximè per illum tex. ibi adijcimus, vt conſtitutiones, &
22 ſententiæ, quæ,&c. Præterea, † vt inquit Io. Andr. in d. c. non minus, & ſequitur Abb. ibi, & in d.conſ. 3. leges Imperiales mentionem facientes expreſſam de Eccleſijs ſunt ipſo iure nullæ. Auth. caſſa. C.de ſacroſ. Eccle. etiam ſi tales leges ad bonum, & ad fauorem Eccleſiarū tenderent, cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, & ibi omnes Scriben. & in cap.quæ in Eccleſiarum, & in c. 1. vbi dixi, de conſtitut. & hoc ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis, arg. c. fin. de conſt. in 6. iuncta l. fi. C.ſi a non compet. Iud. c. at ſi clerici. de iud. & c.ſi diligenti. de for. compet. ergo a maioritate rationis idem, & magis dicendum eſt in legibus Imperialibus, & laicorum, quæ expreſsè diſponerent in odium, & præiudicium Eccleſiarum, Auth. multo magis, C.de Epiſc. & cler. Præterea quamuis multi Doct. & fortè magis communiter velint Eccleſias etiam teneri ſolum ad onera, quæ concernunt vtilitatem communem, & pietatem, ac neceſſitatem magnam, per tex. in d. l. ad inſtructionem, & in d. l. nemi-

nem,

nem, cum ſim. tamen horum opin. ſolum fundata ſuper dictis iuribus debet dici falſa, nulliusq. momenti, & ſuper ea nullum eſt faciendum fundamentum, quia illi aduerſantur plura iura canonica, quibus in cauſis Eccleſiæ ſtandum eſt, non obſtante legum humanarum diſpoſitione, ad not. per gloſ. & Docto. in d. c. 1. extra de nou. oper. nunc. & pronunt. ſcrib. ibiq. ego dixi in d. c. 1. ext. de conſt. Aduerſatur.n.tex.in d.c.non minus, in d.c. aduerſus, in d. c. 1. de immun. Eccleſ. in 6. in c.quamquam. de cenſib. cod. lib. in Clem. præſenti. de cenſib. in Clemen. vnica. de immu. Eccleſ. & in d. Extrauagã. Bonifacij, necnon aduerſantur auctoritates plurium glo. & Bar. ac aliorum, quos ſupra pro
23 Eccleſijs allegaui: Et † ab opin. Docto.quæ etiã eſſet communis, receditur, quando reperiretur expreſſa iuris diſpoſitio in contrarium, vt volunt Scrib. omnes, Io. Andr. Ant. Abb. & alij in d.c.1. circa fin. de conſt. & ibi tetigit. Rur-
24 ſus † ſi leges ciuiles diſponentes expreſsè de Eccleſijs ad merum illarum fauorem ſunt nullæ, nec ſunt aliquo modo in iudicijs allegandæ, quanto magis dicetur nulla, & falſa opinio Doct. etiam communis, quæ eſſet fundata ſuper dd. legibus ciuilibus, etiam fauorabilibus Eccleſijs, quoniam diſpoſitio legalis eſt neceſſaria, Doctorum verò magiſtralis, vt inquit Bar. in l.prolatam. C.de ſent. interloc. glo. in c. de libellis. 2 1. diſt. & in hanc ſententiam, quod dictę leges ſint correctæ, vltra prædicta voluit Hoſt. in ſumma in d. §. quibus. de immun. Eccleſ. ¶ Non obſtat ſecundum fundamentũ de tex. in c 2. quod incipit, peruenit, de imm. Eccleſ. inducendo, vt ſupra, quia pro reſponſione dici poteſt, primò, quòd parum facere videtur ad cauſarum deciſionem, cum habeat varios intellectus, vt colligitur ex dictis Docto. ibi, & ideò non eſt ſuper illo faciendum fundamentum, vt inquit Bart. in l. in ambiguo. ff. de rebus dub:
25 Secundò, ille tex. intelligitur, † quando Ciuitas timeret, ne a Saracenis, & infidelib. inuaderetur, quia ad illius cuſtodiam etiam clerici vnà cum laicis tenentur, & cum hoc intellectu pertranſeunt Doct. communiter ibi, & Abb. in d.c. non minus, & in d.conſ. 3. cuius quidem ratio poteſt eſſe periculũ animarum, quod ſequi poſſet, ſi Ciuitas ab infi-

deli-

delibus occuparetur, arg. eorum, quæ habentur in c. 1. de preſcript & in c.placuit. 16.q.3. c omni timore, & c.igitur, iuncto §.præced. 23.q.8. Tertiò, intelligitur in laicis ſeruientibus Eccleſię, vt ſunt ſerui, coloni, & ſimiles, nam imminente magno periculo propter communem vtilitatē, tenentur ad cuſtodiam Ciuitatis vnà cum laicis. Quartò, poteſt ille tex. intelligi etiam, quando ad cuſtodiam Ciuitatis non ſufficerent milites, & laici, quoniam in ſubſidium propter magnam neceſſitatem,& periculum, & ſic ob communem vtilitatem clerici, & alij eccleſiaſtici tenētur, & cogi poſſunt ad cuſtodiam Ciuitatis, arg. eius, quod dicitur de oneribus quæ imponūtur perſonæ propter res, vt in d.c. aduerſus, in d.c non minus,& in d. Extrauag.Benedicti XI. Poſſet quintò, reſponderi illum tex. debere intelligi volente, & conſentiente Epiſcopo Ciuitatis, & non aliter,& caſu iſto propriè loquitur ille tex. vbi Papa dat Epiſcopo hāc poteſtatem, non autem laici poſſunt cogere,nec ad illorum inſtantiam: pro quo facit id, quod ſupra inter alia requiſita dictum fuit,& fortè non erraretur, ſi tex. ille intelligeretur, quando ipſi clerici vocati ad cuſtodiam contradicerēt abſq; iuſta cauſa, quia tunc Epiſcopus poſſet illos cōpellere, vt ibi, ſed ad hoc omnes generaliter compellantur,&c. ¶ Non obſtat tertiū principale de doctri. Abb. in d.c. non minus, in penult. col. ibi, fateor tamen,&c. quia ſupra fuit reſponſum. ¶ Non obſtat quartum, dum ponderantur quædam verba poſita in litteris Apoſtol. Pauli,& aliorum Pontificium,&primò,verba poſita in litteris Pauli Secundi, ibi, ac vobis diſtrictius inhibuerat, ne ſupra id occaſione quorumcunque ſæcularium onerum, vobis.ſ. laicis incumbentium aggrauare quoquo modo præſumeritis,&c. euitari facillime poſſunt, & fortè in contrarium retorqueri hoc modo, onera, quæ incumbunt ipſis laicis taliter, quòd non clericis, ſunt illa, quæ imponuntur abſque conſenſu cleri, & inconſulto Papa. Item, quòd talia ſint, quæ ſoli laici ſufferre poſſint, alioquin in ſubſidium etiam clerici tenerentur, ſi eſſent impoſita ob magnam neceſſitatem,& communem vtilitatem, ſed onus, de quo agitur, fuit impoſitū abſque conſenſu cleri, qui ſemper contradixit, item inconſul-

to Papa, qui ſolũ conſultus fuit ſuper onere 10. ſolidorum
pro quolibet denario extimi, &c. de quo principaliter in
dictis litteris Apoſtolicis, ergo virtute dictorũ verborum
in litteris Pauli II. poſitorũ, non poſſunt ad huiuſmodi onus
teneri; etiam ſi contineret communem vtilitatem, & neceſ-
ſitatem: omnia in onera, quæ imponuntur etiam propter
neceſſitatem, & communem vtilitatem, de iure dicuntur
laicis ſimpliciter, & ſolum ipſis incumbere, quando non in-
teruenit conſenſus clericorum, & Papa non fuit conſultus,
& ſunt talia onera, quæ laici per ſe ſupportare poſſint per
ea, quæ ſupra latius dicta fuere. Item, illa alia verba, de
quibus in litteris Alexandri Papæ, ibi, dũmodo ab eiſdem
eccleſiaſticis perſonis aliquid vltra dictam ſummam non
exigerent, quod ab ipſis ſacris canonibus prohibeatur exi-
26 gi, vt præfertur, obſtare non videntur, quia † onera illa
dicũtur a ſacris canonibus prohibita imponi ipſis clericis,
quæ non ſunt impoſita ob neceſſitatẽ magnam, vel quæ non
continent communem vtilitatem, vel quando in imponen-
do non interuenit præſentia, & conſenſus cleri, nec fuit Pa-
pa ſuper hoc conſultus: Item, quando laici ſufficerent ad
ſupportandũ tale onus, vt dictum fuit ſupra in quarto fun-
damẽto, principaliter pro Eccleſijs facto: ſed onus, de quo
lis eſt, & ſermo, quamuis fuerit impoſitum ob neceſſitatem
& communem vtilitatem contineat, tamen alia requiſita
non interuenerunt, ergo dicitur prohibitum per ſacros ca-
nones imponi ipſis clericis, & ideò ad ſolos laicos pertinet.
Præterea Alexander Papa apponendo illam clauſulam, dũ-
modo ab eiſdem &c. vt ſupra relatũ fuit, refert ſe ad alias
litteras Apoſtolicas præcedentes Pauli Secundi, vt ibi præ-
fertur, prout etiam aliæ ſubſequentes litteræ aliorum Pon-
tificum, Iulij videlicet, Clemen. & Pauli, ad eaſdem litte-
ras Pauli Secundi ſe referunt; quo fit, vt d. litteræ Alexan-
dri etiam in illa parte, dummodo ab eiſdem &c. intelligã-
tur, & declarationem recipiant a litteris Pauli, dum de eo-
27 dem loquitur, quia † dicta in lege, & diſpoſitione relata,
cenſentur poſita in lege referente, ita quòd lex referens de-
claratur, & interpretatur a lege relata, l. omnes. C. de præ-
ſcript. 30. ann. l. 1. ff. de coniug. cum eman. lib. gloſſ. in c.
is, qui

is, qui. de elect. in 6. cum ſim. ſed in litteris Pauli ſimpliciter, & abſolutè ſub excommunicationis pœna prohibetur, quòd clerici vltra onus, de quo principaliter in dictis litteris, nullo modo aggrauentur, ſeu cogantur ad ſoluendum aliud onus, nec aliquid aliud, ergo non poterũt cogi ad ſoluendum onus, de quo agitur, & quod fuit impoſitũ pro cornellis, & paraducijs faciendis, quia eſt onus penitus diuerſum ab onere, de quo in dd. litteris, vt colligitur ex prædictis, & nullus negat. Præterea Clemens in ſuis litteris referendo ſe ad litteras Pauli, Alexandri, Iulij, & Sixti, appoſuit clauſulam magis conformẽ clauſulæ ipſius Pauli, quam clauſulæ Alexandri: Inquit.n. dummodo ad ſoluendum aliquid vltra, quam per prædictorum prædeceſſorum litteras cogi poterant, cogi non poſſent, &c. abſque illis verbis, quæ ab ipſis ſacris canonibus prohibeatur exigi. Item omnes alij Pontifices approbauerunt litteras Pauli Secundi, & ad illas penitus ſe remiſerunt, tanquam ad principium, & fundamentum, ergo infertur, quòd ſimpliciter, & abſolutè in hoc ſtandum eſt litteris Pauli, ac etiam Clementis, & ſecũdum illas debent intelligi litteræ Alexandri, in illa parte, dũmodo, & ea quæ videntur aliquid vltra ponere, vt dictum
28 fuit: nam † initium, & principium conſtitutionis, quando generale eſt, vt eſt clauſula, de qua in litteris Pauli, tanquã fundamentum eſt inſpiciẽdum, & ab illo ſumi debet interpretatio l. regula. §. fi. ff. de iur. & fact. ignor. & facit text. in l. 1. ff. de orig. iur. ¶ Quintò, principali fundamento colligitur reſpõſio ex latè deductis ſupra in 4. arg. facto ad fauorem Eccleſiarum. ¶ Non obſtat vltimum argumen-
29 tum principale, quoniam † illa diſtinctio, quod debeat attendi, verum rebus onus fuerit impoſitũ ante, quàm ad Eccleſias peruenirent, an verò poſt quam peruenerunt, quia prima caſu Eccleſia ad illud tenetur, ſecũdò verò caſu minimè, procedit in oneribus merè realibus, quę fuerunt impoſita rebus pro ipſis rebus, non autem in oneribus, quæ imponũtur perſonis propter res, vt colligitur ex verbis Innoc. quem Abb. & reliqui ſequũtur in d. c. non minus, & per Bald. in d. l. omnes. C. ſine cen. per Bart. in d. l. vnica. Cod. de mulier. &c. lib. 10. per Mod. in d. l. placet. per Abb. in

Digitized by Google

d. conſ. 3. & per Phil. Fran. in c. 1. de immun. Eccleſ. in 6. cum pluribus alijs ſimil. quæ allegari poſſent: ſed onus, de quo agitur, non eſt merè reale, ſed impoſitum eſt perſonis propter res, ergo in illo non habet locū prædicta diſtinctio, quoniã ad tale onus regulariter Eccleſiæ non tenentur contribuere, niſi eo modo, quo ſupra dictū fuit. Potuiſſem plura alia ſcribere ad fauorem cleri Ferrarienſis, ſed cum arbitrer omninò pro eo iudicãdum eſſe, ſi iuris canonici metas nolimus excedere, ideò his contentus, finem huic conſultationi impono. L A V S D E O.

MARCI ANTONII EVGENII Peruſini, olim in Gymnaſio Peruſino Iur. Pontif. interpretis primarij conſ. 96. lib. primi.

A R G V M E N T V M.

Coloni partiarij, ſiue etiam Emphyteutę bonorum Eccleſiarū an collectari poſſint per Vniuerſitatem laicorum pro fructibus dictorum bonorum.

S V M M A R I V M.

Colonus partiarius Eccleſiæ tenetur ad partem onerum impoſitorum per dominum temporalem, num. 1.

Contra, num. 8. & ſeq. & 17.

Ad contrarium reſpondetur, num. 13. & ſeqq.

Decima pro bonis Eccleſiæ debetur per colonum, licet Eccleſia ad illa non teneatur, num. 4. & 15.

Separatorū conditio facit, vt non poſſit fieri illatio de vno ad aliud, num. 3. & num. 5.

Coloni partiarij priuatorū non tenentur ad collectas pro bonis, quæ colunt, ſed domini, num. 6.

Quia

Quia gabella, datia, collecta, & huiuſmodi pertinent ad dominum bonorum, num. 10.
Collecta, & huiuſmodi onera impoſita bonis per dominum temporalem, non debentur per Eccleſiam, nu. 2. & de communi nu. 25.
Conſuetudo tanquam lex ſcripta ſeruanda eſt, nu. 11.
Onere duplici nemo grauari debet, num. 12.
Diuerſitas perſonarum ſeparationem inducit, num. 18.
Odio alterius alius prægrauari non debet, num. 19.
Maximè in oneribus, quando quis aliquos fructus percipit ex labore vultus ſui, num. 20.
Colonus poteſt collectari in ſubſidium, quando dominus non poteſt, num. 7.
Verùm, ſi collectam indicens iuriſdictionem inducendi habet, ſecus alias, num. 21.
Emphyteuta Eccleſiæ collectari non poteſt per dominos temporales pro bonis Eccleſiæ, num. 22.
Emphyteuta non tenetur ad collectas vbicunq; dominus non tenetur, num. 23. & num. 24.
Decima ſolui debet per colonum bonorum, num. 15.
At etiam per eorumdem dominum, num. 16.

PRæſuppoſito, prout in facti ſpecie narratur, quòd nonnulli Ruſtici ſint coloni partiarij bonorum Eccleſiarum, cum reſpondeant quotannis Eccleſię tertiam partem fructuum, ſiue emphyteutæ, ſecundũ alios, dubitatur an Vniuerſitas laicorum collectas pro ijs fructibus, quos dicti Ruſtici de dictis bonis Percipiunt, indicere, & exigere poſſint.

Super quo puncto videtur (vt aiunt prima fronte) affirmatiuè
1 reſpondendũ † ex eo, quod tradit Fede. de Senis conſ. 111.
nu. 10. verſ. Item quæritur, vbi concludit, quod coloni partiarij tenentes prędia Eccleſiarum, tenentur ad partem o-
2 nerum impoſitorum per dominum temporalem, † quia licet Eccleſia non teneatur, l. 2. C. de Epiſc. & cler. cum ſi-
3 mil. † non tamen inferri poteſt ad colonos, quorum ſepa-
4 rata eſt conditio, & ratio, † pro quo facit, quod notanter
5 tradit Bald. conſ. 31. ſtatuto Ciuitatis Aſtenſis, ad fin. lib. 1.

vbi

vbi concludit colonum partiarium Eccleſiæ teneri ad ſolutionem decimę pro ſua parte, licèt Eccleſia, cuius bona colit, pro ſua portione non ſoluat

5 † quia diuerſitas perſonarum ſeparationem recipit. arg. l. 1. ſi vous expluri. ap. in ratione ſui. ſequitur Io. de Ami. conſ. 19. colum. 1. nu. 9. & ſeq. eiſdem rationibus, & tenet expreſſe Parpa. l. placet. nu. 71.

6 C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi dicit, quod † licet coloni partiarij priuatorum ad collectas non teneantur, quia pro illis bonis tenentur domini l. litibus. §. fi. vbi Bart. & cæteri. C. de agri.

7 & cenſ. lib. 10. & ipſemet Parpa. d. l. placet. nu. 69. † coloni tamen etiam partiarij Eccleſiæ tenentur, quaſi in ſubſidium, cum dominis bonorum Eccleſiæ collecta imponi nō poſſit.

8 † His tamen non obſtantibus, reſpondendum cenſeo negatiuè ſine dubio, & ita videtur eſſe de intentione glo. l. hi penes quos. verb. recepta. C. de agri. & cenſ. lib. 10. vbi indiſtinctè traditur, colonos pro terra dominorum, quam colunt, ad collectas compelli non poſſe, & ibi eam concluſionem pro conſtanti, & clara ſequitur And. de Baru. Io. de Plat. & alij

* communiter; † firmat expreſſe in terminis Bal. l. cum duobus. §. ſi in coeunda. ſub q. non ff. pro Soc. dicens, quod coloni clericorum ad ſoluēdas collectas fructuum pro parte dominorum de facto, non de iure cōpelli dicuntur, & propterea poſſunt ſe conſeruare indemnes per retentionem domi-

10 nicæ partis fructuum; † quia gabellæ, datia, collectæ, & huiuſmodi pertinent ad ſolum dominium l. ediles. de via. pub. l. litibus. §. vlt. de agri. & cenſ. lib. 10. videtur eſſe de mente Bal. l. placet ſub num. 40. C. de ſacroſ. Eccl. dum ibi allegat And. de Baru. l. 3. de agri. & cenſ. lib. 10. & clarius, dum allegat rationem, quia collecta indicitur pro æſtimo, æſtimūq; in domini perſona perficitur; concludens propterea, quod ad illam dominus rei, non colonus tenetur. Sequitur clariſſime Soci. conſ. 119. col. 1. verſ. 6. & c. lib. 1. vbi cōcludit, quod licet emphyteuta, feudatarius, vſusfructuarius, & conductor, qui fundū habet ad certam penſionem in pecunia ſoluendam, ita quod omnes fructus apud eum remaneant, directus dominus ad tributa non teneatur, vt ibi per multa nu. 1. & 2. probat; colonus tamen partiarius, qui ſoluit partem fructuum, non tenetur, allegans And. de Baru. & Io. de

Plat. in d. l. hi penes. C. de agri. & conſ. eandem opinionem ſe-
quitur Nicola. Feſta de æstimo par. 4. nu. 52. vbi (quod pluri-
mum ponderandum eſt) aſſerit eam opinionem de conſue-
11 tudine ſeruari, † quæ ſine dubio tanquam lex ſcripta ſer-
uanda eſt. l. de quibus. ff. de legi. & in propria materia Alex.
ad Bart. l. neq; ſtipendium. ff. de impon. in reb. dot. ff. factis,
adducitq; rationē rationabilem (prout ipſe appellat) quia
cum coloni ratione laborum, quos ſuſtinent in cultura, fru-
ctus percipiant, ſi in eis onere collectarum grauarentur, du-
plici grauamine afficerentur, nempe laborum, & collecta-
rum, quod tanquam ab æquitate omnino alienum, de iure
non fuit permittendum; cum in iure ſit vna clariſſima pro-
12 poſitio, † quod nemo debeat duplici onere prægrauari. Bar.
l. priuatæ. C. de excuſa. mune. lib. 10. Pet. Vbal. conſ. 2. poſt
tract. de collect. num. 4.
Non obſtat conſ. 11. Federici de Senis, de quo ſupra primo lo-
13 co opponebatur, † quia procedere poteſt in datio impoſito
ratione bonorū, quæ quis habet, ad quæ onera bene tenetur
quis habens fructus, aliter & reſpondet Pet. Vbal. d. conſ. 2.
14 † Non obſtat conſ. Bal. 390. ad fi. lib. 2. ſupra allegatum,
quia tolli poteſt eodem modo.
15 Præterea dici poteſt, † quod loquitur in decima, ad quam
quiſq; etiam colonus compellitur. c. tua nobis. de deci. Dec.
16 conſ. 156. nu. 4. † quam etiam dominus, ratione perceptio-
nis fructuum Soc. conſ. 208. col. 1. lib. 2. & in ea non repugnat
auctoritas & iuriſdictio collectandi, quia debetur, & ſolui-
17 tur Eccleſiæ. † Nos autem in collectis, quas ſolus dominus
bonorum ſoluere compellitur, & ſæculares eas exigere ex
bonis Eccleſiæ prohibentur, vt ſupra.
Minus obſtat ratio Parpal. in allegato loco, quod cum domini
bonorum collectari non poſſint, teneri deberent ſaltem ipſi
coloni, quaſi in ſubſidium, quia reſpondetur ſecundum Ni-
18 col. Feſt. d. loco nu. 54. & ſeq. † quod diuerſitas perſonarum
19 inducit ſeparationem, & † non conuenit, quod aliquis odio
20 alterius prægrauetur. l. vni. C. vt nullus ex vica. lib. 10. † præ-
cipue vltra cum, quando ſumus in eo, qui fructus conſeque-
retur ex labore, & ſudore vultus ſui, quo caſu cum pro per-
cipiendis illis onus vnum ſuſtineat, non conuenit cum aliud
ſubire, maximè pro altero vt ſupra. . Vel

Digitized by Google

21 † Vel ſecundo clarius, quod dicitur, colonos collectari poſſe quaſi in ſubſidium, quando domini collectari nõ poſſunt, locum habere poſſe, quando collectam indicere, & exigere volens iuriſdictionem habeat collectandi dominos regulariter, licet alia ex cauſa particulari non valeat: ſecus quando caret auctoritate, vt ſæculares reſpectu perſonarum eccleſiaſticarum, & eorum bonorum, quia tunc, neque colonos collectare poſſunt.

Præterea dato, quod aliud eſſet in colono priuatorum, in eo, qui colit bona Eccleſiæ, de iſta quæſtione non videtur dubi-
22 tandum, quia in fortioribus terminis concluditur, † quod neq; etiã emphyteuta Eccleſiæ collectari per ſæculares poſſit, vt tenuit Bar. d. l. priuatæ, & ibi Io. de Plat. Alex. l. licitatio. §. mercatores. ff. de publi. l. 4. col. 4. de re iud. l. lucius. §. idem reſpondet conſtãte. ff ad munici. l. reſcripta. §. ſciendum de mune. & hono. & l. 1. C. de anno. & tribu. lib. 10. in addit. ab Bart. & late proſequitur, & firmat multis argumẽtis Pet. Vbald. conſ. 2. nu. 4. & ſeqq. & inter cætera illo, quod ad rem noſtram plurimum facere videtur, argumento; quia
23 † vbicunque dominus non eſt obligatus ad collectas, ibi neq; emphyteuta, & multo minus colonus partiarius obligari poteſt, ea ratione quidem, quia emphyteuta, & colonus obligantur reſpectu domini, & perſona eius inſpecta, & non aliter, vt ipſe ibi probat nu. 7. & dicit hanc eſſe rationem decidendi. d. l. priuatæ, quod emphyteuta fiſci nõ tenetur, quia fiſcus non obligatur, & ſub nu. 8. generaliter infert concludendo, quod vbicunq; dominus directus non tenetur, ibi ne-
24 que emphyteuta tenetur. & regula, quæ habet, † quod poſſidens percipiens fructus tenetur ad collectas, intelligitur, dummodo perſona directi domini ipſorum bonorũ, ſit ſup-
25 poſita iuriſdictioni collectantis, & non aliter, † vnde cum in caſu noſtro, Eccleſia domina dictorum bonorum per ſæculares collectari ſine dubio non poſſit, Auth. item vlla cõmunitas. C. de Epiſ. & cler. vbi Bar. & omnes. c. non minus, & ibi cano. de immun. Eccleſ. Bar. in l. vniuerſa. C. de mu. & in quo loc. lib. 10. Alex. conſ. 65. col. 1. lib. 2. Dec. conſ. 285. num. 4. & communiter * alij varijs alijs in locis. vt teſtatur Feſta. d. 4. par. c. 1. nu. 1. neq; etiam eorumdem bono-

rum

rum coloni pro fructibus modo aliquo collectari poterunt. Igitur in preſenti caſu ſiue ij, de quibus agimus, coloni partiarij ſint, ſiue emphiteutæ, vel ſimiles, cum ab Eccleſia bona habeant, & ea vti Eccleſiaſtica poſſideant, nullo modo pro collectis huiuſmodi inquietari poterunt.

FELICIANI A SOLIS
Doctoris in Gymnaſio Complutenſi,
In appendice commentarij de cenſibus.

ARGVMENTVM.

Bona Eccleſiæ data in emphyteuſim, oneribus laicorum non ſubiacere.

SVMMARIVM.

1 *Ex doctrina Barth. conſtituitur emphyteutam gaudere priuilegio domini directi.*

2 *Sed doctrinam Bart. incertam eſſe, & à multis reiectam obſeruat Author.*

3 *Multis in cauſis refertur doctrinam Bar. fuiſſe praxi receptam.*

4 *Re in cenſum (vt aiunt) emphyteuticum redimibilem conceſſa, cenſuarius non gaudet priuilegio Domini antiqui.*

EX PRÆFATIONE.

1 SVb nu. 11. verſ. Prima igitur. Ex hac † differẽtia inter cenſum, & emphyteuſim plures oboriri effectus obſeruant DD. d. num. à me laudati: ipſe verò priuatim animaduerto illam proficiſci vtilitatem cognitione dignam; emphyteutam, nimirum, gaudere, ac potiri priuilegio, quo directus dominus ſolebat ꝑfrui pro re in emphyteuſim conceſſa; cenſuarium verò minimè.

Cui obſeruationi argumentũ præſtat ſententia Bart. in l. priuatè, C. de excuſat. muner. lib. 10. affirmantis emphyteutam Eccleſiæ immunem, & exemptum eſſe a collectis: qđ etiam cum Bart. ſentiunt ibi Angel. & Platea; Bald. in l. 1. C. de iur. emphyt. col. 1. Iaſ. in Authen. quas actiones. num. 42. verſ. Vide etiam, quod. C. de ſacroſ. Eccl. Io. de Aniuis conſ 8. nu. 67. Caſſaneus in conſuet. Burgund, Rub. 4. & 6. nu. 6. verſ. Et intellige. Laur. Sylua conſ. 9. & relatis Alexãd. & Petro de Vual. Mar. Ant. Eugen. conſ. 99. Parpal. in l. placet. n. 16. C. de ſacroſ. Eccleſ. Maur. in l. vnic. C. de mul. & in quo loco, pagin. 287. Duennas regula. 100. ampliat. 3.

2 Verum doctrina † Bart. incerta eſt, parumq́. ſecura: quoniam plurimi alij deflexere in contrariam ſententiã. Iſernia, inquam, in cap. 1. in parte plauſtrorum: quæ ſint regalia in vſibus feud. Ang. conſ. 206. Felyn. in c. Eccleſia Sanctæ Mariȩ. num. 99. de conſt. Rochus Cur. in c. vlt. de cõſ. ſect. 8. num. 84. Boer. deciſ. 214. nu. 19. & poſt Bart. & Cur. Ripa in tract. de peſte, Rub. de remedijs ad cõſeruan. vbert. num. 14. Roland. à Val. referens Lucam de Penna conſ. 66. num. 34. vol. 1. Auenda. de exequen. mandatis, lib. 2. cap. 14. num. 33. affirmans iſtam opinionem vigere in practica, & eſſe tenendam, apertè docent emphyteutam priuilegiati non gaudere priuilegio eius. Idque magis probat Io. Garc. in tract. de expenſis; & melioratio. c. 12. num. 69. & 70. & latiſſimè defendit Aluar. Valaſc. plurimos pro hac opinione referens, illamq́. communem appellans in tracta. de iure emphyteu. q. 17. a nu. 11. vſque ad nu. 16.

3 Verum quamuis † doctrinam Bar. videam deſertam, & authorum numero deſtitutam, pluribus in cauſis deprehendi receptam praxi, quicquid Auendani, & Valaſ. affirmauerint in contrarium: contendente. n. Concilio huius Oppidi Cõplutenſis onera imponere his, qui ab inſigni Collegio, & toto terrarum orbe celebratiſſimo Diui Illefonſi huius Academiæ, bona acceperunt in emphyteuſim, renitenteq́. Collegio, & contradicente, a Regio Pinciano Prætorio fuit obtenta executoria, ne bonis Collegio Diui Illefonſi conceſſis in emphyteuſim valeant a Cõcilio huius Oppidi onera collectæ, & id genus alia imponi, neque poſſeſſores cogi ad il-

la

la ſubeunda.

Ex quo Rector Academię excõicationis mucrone emphyteutica Collegij bona defendit, ac liberat a quacunque impoſitione, idq́. vidi frequentiſſimè obſeruatum.

Vnde ſæpenumero cõtrouerti expertus ſum, an Moniales Sãctæ Claræ, quæ Sũmorum Pontific. Clementis IV. Sixti IV. Nicolai IV. Bonif. VIII. Bonif. XI. Ioanni XXII. & aliorum conceſſionibus liberæ ſunt, immunes, & exemptæ a decimarum ſolutione ex ſuis prædijs, vt teſtatur Calder. conſil. 11. ſub titu. de priuileg. vti debeant eodem priuilegio, quoad bona laicis conceſſa in emphyteuſim: & vidi in hac Curia Complutenſi bis, aut ter ſententia deciſum, & obtẽtum id priuilegiũ ad emphyteutica bona extẽdi. Doctor. n. Ant. Morejon, hæreticæ prauitatis Inquiſitor olim meritiſſimus, in diſtrictu Toletano, cùm Vicarij generalis munere fungeretur in hoc Complutenſi Oppido, in cauſa, & lite Monaſterij Conceptionis Beatiſſ. Virg. Ciuit. Conchẽ. me patrocinante, hoc ipſum ſententia poſtrema diffiniuit. Cuius viri prudentiam, morum integritatem, iudicij maturitatem, ingenij elegantiam, & ſubtilitatem, firmitatem memoriæ, multiplicem, & variam iuris prudentiæ cognitionem, laborem indefeſſum, & multarum virtutum ornamenta præclara, & illuſtria, nullum tam incredibile orationis genus, nulla dicendi, aut ſcribendi tanta vis, tantaq́ue copia poterit pro dignitate commendare. Idem a Conſeruatore huius Academiæ, & a Nũcio Apoſtolico factitatum, obſeruaui quoque.

4 Bartoli tamen ſententiam † non poſſe locum habere magis ſentio in re conceſſa in cenſum, quem vulgò appellant emphyteuticum redimibilem: de quo ſermonem inſtitui lib. 1. cap. 10. nu. 15. & lib. 2. cap. 1. n. 35. ſi enim Eccleſia, vel perſona priuilegiata domum, agrum, vel vineam concederet in cenſum emphyteuticũ redimibilem, cenſus debitor, prędijq́. poſſeſſor non gauderet priuilegio, quoniam in hac forma conuentionis nullum dominium remaneret penes Eccleſiam, vel perſonam priuilegiatam, ſed ſolum ius percipiendi penſionem annuam, vt latius proſequor d. cap. 10. nu. 4. & ſeq.

IMPERATOREM,
Seu Principem liberè donando Eccleſiæ inferiori, cēſeri a ſe abdicare omnem ſuperioritatem, illamq. in Eccleſiam transferre.

INCERTI AVCTORIS.

SVMMARIVM.

1 *Actus omnes, concernentes ſuperioritatem, ſpectare ad Superiores eccleſiaſticos, Eccleſiæ donatariæ; non autē ad Principem laicum liberè donantem.*

2 *Donatio facta à Principe latiſſimè interpretatur in præiudicium ipſius Principis donantis.*

3 *Donatio facta Deo, & Eccleſiæ pro ſalute animæ, latiſſimè interpretatur.*

4 *Bona donata etiam inferiori Eccleſiæ, dicūtur facta ſancta ſanctorum.*

5 *Donata Eccleſijs inferioribus, cenſentur donata Eccleſiæ Romanæ.*

6 *Poteſtas, & voluntas agentis ſufficiunt in qualibet actu ad illum perficiendum.*

7 *Plus, & minus, non facit differre ſpecie.*

8 *In argumento à ſimili ſufficit, quod adſit ſimilitudo in eo, de quo agitur, licèt adſit aliqua diſſimilitudo in reliquis.*

9. *Bona donata, ſequuntur conditionem perſonæ cui donantur, & num. 21.*

10 *Bona, quæ liberè donantur Eccleſiæ inferiori, ſolum ſubſunt ſuperioribus eccleſiaſticis, quibus ſunt ſubiectæ Eccleſiæ donatariæ.*

11 *Donatum ſeruo, ſeu filio, cenſetur donatum Domino, ſeu patri, ſaltem hodie quoad vſumfructum.*

12 *Priuatus donans, ſeu transferens bona in Eccleſiam etiam inferiorē, illa omnino eximit à iuriſdictione Principis ſæcularis.*

13 Ec-

13 *Eccleſia inferior donataria à Principe ſæculari, non dicitur acephala, & quare, & num. 20.*

14 *Iuriſdictiones ſupernæ in terris duæ ſunt, ſlz. Pontificalis, & Imperialis.*

15 *Inconueniens non eſt, quod ea, quæ ſunt ſub ſuprema iuriſdictione Imperij, transferantur ad ſupremam iuriſdictionem Pontificis, quæ eſt maior.*

16 *Auctores tenentes Imperatorem donantem Eccleſiæ inferiori, non cenſeri à ſe abdicare ſuperioritatem, enumerantur.*

17 *Butr. in l. ſi quando. C. de appellat. declaratur.*

18 *Alternatiua reſoluitur in copulatiuam, quando duo ſunt neceſſaria.*

19 *Bald. in conſ. 345. lib. pri. declaratur.*

22 *Imperator ſi vult poteſt, ſuperioritatẽ à ſe abdicare, ſecundum magis communem opinionem.*

IN illa quæſtione, An Imperator, vel Princeps libere donando eccleſiaſtico inferiori, cenſeatur abdicaſſe a ſe omnem ſuperioritatem, illamq. in Eccleſiam tranſtuliſſe, magis cõis, & recepta eſt opinio affirmatiua,
1 & quod † propterea appellationes ab Eccleſia donataria deuoluantur ad illius ſuperiores eccleſiaſticos, & ad illos ſpectent omnes alij actus cõcernentes huiuſmodi ſuperioritatem, non aũt ad Imperatorem, vel ad alium Principem laicum donantẽ, vt ex numero, & ex auctoritate Doctorum infraſcriptorum clare colligitur. Hanc enim opinionem tenent omnes infraſcripti, viz.

Gloſ. in c. ſolitæ, in ver. ſuſcipiunt, de maior. & obed. & in c. 2. in fin. de delict. puero.

Abb. in d. c. ſolitæ, num. 3. & in c. veniens, nu. 4. de accuſ.

Innoc. in d. c. ſolitæ, in ver. temporalibus, & in c. verum, ſub nu. 2. de foro compet. ibi ſi autem Baronia non concedatur in feudum, &c. & infra, ibi, ſed nos contra credimus.

Butr. ibidem nu. 24. & in c. verum, ſub nu. 12. & in d. c. 2. de delict. puer.

Specul. de appellat. ſub Rub. ad quem ſit appellan. num. 22. verſ. Illud dicit, &c.

Archid. in c. Romana, §. debet, de appell. in 6. & in c. ſi quæ, §.his ita, 11.q.pri.
Dyn. relatus a Io. Andr. in addit. ad Specul. de iuriſd. omn. iudic. num.16. in verſ.Paſtoralis.
Oldr. quem refert idem Io.Andr. ibidem,& conſ.83.ſub nu.7.
Hoſtien. in c.nimis, in ver. ab eis, de iure iur. & in ſumma in tit. de appell. §. a quo,& ad quem, verſ.Sed pone,&c. & in d.c.verum, ibi, ſinautem dictæ Baroniæ,&c. & in d. c. ſolitæ, num.4.& 5.
Io. Andr. in d.c.ſolitæ, in pri. col.in fin. dum exponit temporalia, id eſt feudalia, & melius in d. c. verum, ibi, ſinautem Baroniæ prędictæ,&c. vbi etiam dicit, quod cum dominiũ ſit eccleſiaſtico quæſitum ſanctum ſanctorum eſt Domino, & in d.c.nimis, dicit, quod ſi ſubſunt perſonæ fortius,& res, & loquitur de bonis donatis Eccl.
Henric. Boic. in d.c.verum, num.2.
Collect. ibidem num. 3.
Io.Monach. in d.c.Romana, §.debet, nu.14. in ver.temporalem, de appell. in 6.
Andr. de Iſern. in c.1.nu.7.qual.Vaſſal.fidel.iur.deb.& in conſtit. Regn.lib.1.in tit.de offic. iuſt. verſ.De feudis.
Bart. in l.1. §. item ſi quis, nu.4. de appell.
Bellamer. in d. c. ſolitæ, num.10. & in d. c.verum, nu.6. verſ. 3.quæritur,&c.
Card. in d.c.ſolitæ, ſub nu.7.verſ.Quæro circa 12.notab.
Imol. ibidem num. 15.
Aretin. in d.c.veniens, nu. 4.
Socin. ibidem num. 14. & in d. c. verum.
Barbat. in d.c.verum, nu.69. & ſeq.
Felyn. in d. c. ſolitæ, nu. 4. in pri. limit. & in c. cæterum, nu. 21. de iudic.
Anchar. in d.c.Romana, verſ. 14. nota,&c. de appell. in 6.& in d.c verum, nu.8. verſ. Si verò,&c. de foro compet.& in d.c.2.de delict.puero.
Turrecrem. in c.ſi quæ, §.his ita, 11. q. pri.
Gemin. ibidem, & in d.c.Romana, §. debet, nu.3.
Franc. in d. §. debet, nu. 2. ibi, ſed ceſſante conſuetudine, vel priuilegio, iuncto ibi, ſi verò Epiſcopus haberet iuriſdictionem,&c.
Præ-

Præpoſ. in Rubr. de appell. nu. 53. verſ. Sed quid de cleric. & in c.iuncta, 9.q.3.& in d.c.ſi quæ §. his ita, 11.q. pri.

Guliel. de Bened. in c. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelaſiam, 2.deciſ.num.24.de teſtam.

Io. de Vacciel. in breuiar. ſexti, in d.c.Romana, §. debet.

Afflict. deciſ.361. nu.22.& ibi Vrſill.& in conſtit.Regni lib.1. Rubr.de offic. iuſt. nu.31. verſ. Tangit hic Andr. de Iſern.

Carauit. de ritib. magn. Cur. rit. 52. nu.5.

Guid.Papa deciſ.436. nu.110.& in tract. de appell. nu.32.

Pariſ.conſ.29 nu.6.cum ſeq. lib.pri.

Marin. Frecc. de ſubfeud. lib.2. c. 29. authoritas, ſub num. 5. verſ. 2. intellige,&c.

Foller. in conſtit. Regn. Rubr. de ſacr. Eccl. nu. 5.& de Epiſc. audien. a nu.3. vſque ad nu.9.

Alex. de Neuo in d. c. verum, nu.22.& in d. c.nimis, nu.8. vbi teſtatur de communi.

Bertrand. conſ.331. num.4. verſ. Non autem puto,&c. lib. 2.

Mandell. Alba. conſ.62. nu.19.& 29. & conſ.74. nu.47. vbi dicit magis communem.

Burſat. conſ.25. nu. 9. lib. pri. vbi teſtatur de communi.

Maſcard. de probat. concl. 1052. nu. 13. vbi de magis cōi.

Brederod. de appel.par.1.c.15.lit.E. in ver.ad Epiſcopo, verſic.Si appelletur. in verſ.Illud autem.

Didac. Perez in comment. leg. Hiſp. lib.3. tit.1. l. 2. verſ. Ex quo infertur,&c.

Intrigliol. de feud. cent. pri. quæſt.43. nu.62.

Et non ſolum iſta eſt magis cōmunis opinio, vt conſtat ex numero, & ex auctoritate ſupradictorū DD. ſed etiam videtur verior; quia cum nemo neget, quod Imperator, quando donat Eccleſiæ Romanæ, abdicat a ſe omnem ſuperioritatem, illamq. transferat in dictam Eccleſiam, non videtur poſſe aſſignari ſolida ratio differentię, cur Imperator non poſsit, aut non velit abdicare etiā a ſe iſtam ſupremam iuriſdictionem, quando liberè donat Eccleſiæ inferiori, ꝓut etiam conſiderauit Mandel. Alb. d.conſ.62. nu.15.& 16. & conſ.64. nu.83.& ſeq. nam ſi conſideremus perſonam do-
2 nantis, vtraq. donatio † fit ab Imperatore, vel a Principe, in cuius præiudicium ſemper latiſſima fienda eſt interpretatio,

tatio, l.fin.ff.de conſt.Princ. Rol. conſ.85. nu.18.& ſequen. lib.4. Cephal. conſ.369. nu. 73. & ſeq. & in his terminis ita dicebant Dyn. & Oldr. relati per Io. Andr. in ſuprascripta addit. ad Specul. de iuriſd. omn. iud. in d.ver. paſtoralis. ſi etiam conſideremus finem propter quem donatur, vtraque donatio cenſetur facta Deo, & eius Eccleſiæ pro ſalute aīæ
3 donantis; qua etiam ratione donatio † debet latiſsimè interpretari, vt per Dyn. & Oldrad. relatos per Io. Andr. in loco ſupra citato; in his.n.quæ hac de cauſa donantur Eccleſijs optima menſura eſt immenſitas, vt dicit Imperator Iuſtinianus in §. finimus igitur, in Authen. de non alienan. quem refert Bart. in procem. ff. ſub num. 13. & Ioan. Andr.
4 in addit. ſupra citata. & bona † etiam donata inferiori Eccleſiæ dicuntur facta ſancta ſanctor m, vt dicit Innoc. in d. c. verum, verſ. Sed nos contra credimus,&c. quem iiſdem verbis ſequitur ibidem Io. Andr. nu. 3. de foro compet. & Afflict. in alleg.deciſ.361. nu. 22. Oldr. d.conſ.83.ſub nu.4. & benè hoc etiam probat Mandel. d.conſ.62. nu. 15. & 16.
5 vbi etiam ſubdit, quod † ea, quæ donantur Eccleſijs inferioribus cenſentur in effectu donata vniuerſali Eccleſiæ Romanæ, quia omnes Eccleſiæ ſunt illi ſubditæ, & eius membra, c. cuncta per mundum, 9. q. 3. quod etiam repetit in conſ.64. num.83. 84. & ſeq. vbi etiam dicit, quod bona ſingularum Eccleſiarum cenſentur bona vniuerſalis Eccleſiæ, vt dicit quoq; Cāpeg. inter conſ.Brun.conſ.2. nu.29.& ſeq. Cum ergo in bonis, quę liberè donantur eccleſiaſtico inferiori, militet eadē ratio, quæ militat in bonis donatis Eccleſiæ Romanę, debet quoque in eis militare eadem diſpoſitio.ſ.vt nulla ſuperioritas ſuper eis reſeruata cēſeatur donanti, l.illud.ff.ad l.Aquil. Alex. conſ.5. ad fin. lib. 5. Aym. conſ. 118. nu. 15.

Nec videtur conſiderabilis ad hunc effectum differentia, quæ ex aduerſo adduci ſolet inter Eccleſiam Romanam, & Eccleſias inferiores, videlicet, quod non deceat Eccleſiā Romanam omnium ſupremam alterius ſuperioritatem recognoſcere, quæ indecentia in Eccleſijs inferioribus non militat, quia in hac quæſtione non eſt conſideranda qualitas donatarij, dūmodo non ſit incapax, ſed eſt conſideranda

pote-

6 poteſtas, & voluntas donantis, cum † in quolibet actu poteſtas, & voluntas agentis ſufficiant ad illum perficien. cap. cum ſuper, de offic. deleg. Abb. in c. ſi Sacerdos, nu. 14. in fin. de offic. ordin. l. omne verbum, & ibi Bald. nu. 8. C. comun. delegat. Ideò iſta differentia quærenda eſt in poteſtate, aut voluntate Imperatoris donantis, non in qualitate Eccleſię donatariæ, q. ſi Eccleſia inferior eſt ita capax huius donationis liberę a ſuperioritate Imperatoris, ſicut Eccleſia Romana, nihil refert, quod iſta libertas magis deceat
7 vni, quàm alteri; nam plus, † & minus non facit differre
8 ſpecie, & in † hoc argumento à ſimili ſufficit, quod adſit ſimilitudo in eo, de quo agitur, licet adſit aliqua diſſimilitudo in reliquis, Abb. in c. conſtitutus, in 3. notab. de appel. & in c. translato, nu. 3. & ibi oẽs de conſtit. Dec. conſ. 319. ſub nu. 4. Ideò cũ Eccleſia inferior ſit capax, vt dicebã, huius liberę donationis, ſicut Romana, deberet aſſignari cõgrua ratio differentiæ in poteſtate, vel voluntate Imperat. cur magis potuerit, vel voluerit a ſe abdicare ſuperioritatem, quando fecit donationem Eccleſiæ Romanæ, quam quando donauit Eccleſiæ inferiori; quandoquidem ſi d. ſuperioritatẽ ſibi reſeruare voluiſſet, id facilè facere potuiſſet, vel illam ſibi reſeruando, vel in feudum concedendo quod cum non fecerit, credendum eſt illam ſibi reſeruare noluiſſe, ad l. quicquid aſtringen. ff. de verb. oblig. & ideò in dubio in ipſius præiudicium interpretatio eſt fienda, vt ſupra dixi.

Et ex his patet reſponſio ad ea, quę in cõtrarium dicit Pereg. conſ. 1. num. 27. & ſeq. quia licet dominium rei donatæ acquiratur Eccleſiæ inferiori, vt ipſe dicit; nõ propterea ſequitur, quod illius ſuperioritas non poſſit cenſeri abdicata ab Imperio, & acquiſita ſuperioribus eccleſiaſticis, quibus ipſa Eccleſia donataria ſubeſt, vt ſic ſequatur conditionem Eccleſiæ donatarię: vt modo dicam, non propterea ſequitur, quod iſta donatio non ſit facta Eccleſiæ Dei pro ſalute animæ donantis, ſicut quando donatur Eccleſię Romanæ, & quod conſequenter etiam illa donatio ſit latiſſimè interpretanda, ſicut iſta.

9 Et ſupradicta comprobantur ex eo, quod † bona donata

ſequuntur conditionem perſonæ, cui donantur, l. 1. in fi. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. & ideò bona donata locis religioſis fiunt religioſa, l. quę religioſis, ff. de rei vend. latè Abb. d. c. ſolitę, nu. 3. de maiorit. & obed. per Oldrad. d. conſ. 83. nu. 3. & 4. Hoſtien. in d. c. nimis, in verb. ab eis, ibi, & ex quo perſonæ ſubiectæ fiũt, multò fortius, & res, &c. & ibi Io. Andr. nu. 4. & legitur, & notatur in c. 1. de immu.
10 Eccleſ. in 6. & in c. dilecti, de donat. Ideò bona, † quæ liberè donantur Eccleſię etiam inferiori, debent ſequi illius conditionem, vt omnino ſint exempta a ſuperioritate Imperatoris, & cuiuslibet alterius Principis ſæcularis, & ſolum ſubſint ſuperioribus eccleſiaſticis, quibus ſolis ſunt ſubiectæ ipſæ Eccleſiæ donatariæ, vt per Abb. Oldra. & alios proximè citatos, & deciditur in d. c. 1. de immun. Eccl. in 6. & notatur per DD. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, vbi Felyn. num. 76. de conſtit. l. ſancimus, C. de ſacroſ. Eccl. Authen. item nulla, &c. de Epiſc. & cleric. Purpur. conſ 324. nu. 2.
11 ſicut † quando donatur ſeruo, & filio cenſetur donatum domino, & patri ſaltem hodie quoad vſumfructum, §. 1. & per tot. Inſtit. per quas perſo. nobis acquir. cum concor.
12 Rurſus hoc cõprobatur, quia ſi priuatus, † quando donat, vel legat, aut aliter transfert bona in Eccleſiam etiam inferiorem illa omninò eximit a iuriſdictione Imperatoris, vel alterius Principis ſęcularis, d. c. 1. de immu. Eccle. in 6. d. c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. & vtrobiq. Doct. cap. in Canonibus 16. quęſt. 1. c. fin. de rebus Eccleſ. non alienan. Purpur. d. conſ. 324. nu. 2. multo magis dicen. eſt hoc idem facere poſſe, & velle Imperatorem cum maiorem auctoritatem habeat, quam priuatus, & maiora beneficia a Deo conſecutus fuerit, vt dicit Iuſtin. in dicto §. ſi minus igitur, Authen. de non alien.
13 Et deniq. ratio † propter quam in donatione facta laicis non cenſetur, quod Imperator voluerit a ſe abdicare illam ſupremam iuriſdictionem, ne ſ. ipſi remaneãt Acephali, ad trad. per Abb. in c. cum non liceat, nu. 16. & ibidem Felyn. num. 10. & 11. de pręſcript. & per Balb. eod. tit. in 2. par. 5. par. princ. ratio inquam iſta non militat in donatione facta Eccleſijs etiã inferioribus, quia non propterea ipſę remanent

manent Acephalæ, cum ſubſint Papæ, vt dicit Felyn. in d.c.
cum non liceat, num.11. Mandell.d.conſ.62.num.10.in fin.
14 & nu.11.& 12. & nu.35.& 36. Duæ † enim ſunt ſupremæ
iuriſdictiones in terris.ſ.Pontificalis, & Imperialis, c. ſoli-
tæ, de maior.& obed. c.duo, & c. ſi Imperator, diſtinct.96.
Oldrad. d. conſ.83. in princ. & ideò non eſt inconueniens,
15 † quod ea, quæ ſunt ſub ſuprema iuriſdictione Imperij trã-
ſferantur ad ſupremam iuriſdictionem Pontificis, quę eſt
maior, vt in puncto dicit Bald. conſ. 345. ſub nu. 2. ibi, niſi
transferatur,&c. lib.1. & probatur in d.c.duo, & c.ſi Impe
rator, diſtinct. 96. in d.c.ſolitæ, de maior. & obed. & ideò
ſtante hac diuerſitate rationis inter laicos, & Eccleſias in-
feriores non debet ex vno ad alium inferri, l. Papinianus
exuli, ff. de minor. cum vulg.

Non obſtat ergo, quòd aliqui tenuerint contrariam opinio-
16 nem negatiuam, vlz, quod † per donationem factam Ec-
cleſijs inferioribus Imperator, non potuerit, vel non volue
rit a ſe abdicare ſupremam iuriſdictionem. Et quod pro-
pterea appellationes, & recurſus, & alij ſimiles actus per-
tinentes ad iſtam ſuperioritatem ad ipſum Imperatorem
deuoluantur, quia, vt ex dinumeratione Doctorum appa-
ret, communis eſt in contrarium, a qua in iudican. recede-
re non debemus, præſertim cum optimis etiam rationibus
fulciatur, vt patet ex ſupradictis, & ex traditis pleniſſimè
per Mãdell. in tribus conſ. de ſuper editis 62. 63. 64.& ap-
parebit etiam melius ex reſponſionibus infra dicen.ad con-
traria.

Authores autem, qui pro hac opinione contraria per Domi-
nos, exaduerſo ſcriben. cumulantur, ſunt iſti, vlz.

Io. Andr. in ſupradicta additiones ad Specul. de iuriſd. omn.
iud. in ver. paſtoralis.

Angel. in l.1 §. fin. in fin. ff. ideo. ff eius.

Caſtren. conſ.125. col.1. verſ.Breuiter dici poteſt,&c. lib.2.&
conſ.76. quia fruſtra, col.4.ſub nu.7.lib.1.

Præpoſ. in c. col.6. verſ.Si autem fieret donatio de capit. qui
Cur. vend.

Iaſ. conſ. 123. lib. 1.

Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. par. 1. nu.107.
& 108.

Boſſ. de crimin. læſ. Maieſt. num. 140.
Franc. Marc. deciſ. 454. num. 8. & ſeq.
Oſaſc. conſ. 3. vbi num. 6. poſt diligentiſſimã perquiſitionem factam pro ſuo Principe, ſupradictos tantum octo Doctores cumulauit.
Peregr. conſ. 1. qui etiam addit.
Bart. in l. ſi quando. C. de appell. &
Bald. conſ. 345. col 2. lib. 1.
Adeo, quod etiam, ſi omnes iſti Doctores pro hac opinione connumerari mererentur, eſſent tantummodo duodecim, quorum auctoritas contra quadraginta, & vltra Doctores, qui pro parte noſtra ſupra cõnumerati fuerunt, non eſt habenda in conſideratione, Rom. conſ. 239. num. 2. verſ. Quicquid dixit, &c. Alex. conſ. 12. in fin. lib. 3.
Sed veritas eſt, quod nec etiam oẽs iſti 12. merentur pro iſta opinione allegari.
17 Nam primò † Bart. in l. ſi quando, C. de appell. loquitur de feudo, & de iuriſdictione cõceſſa in feudum, vt benè diſtinguendo ipſemet ſeipſum declarat in l. 1. §. ſi quis, ff. de appell. & magis ſemper attendi debet dictum Doctoris diſtinguentis, quam indiſtinctè loquentis, Soc. in conſ. 66. nu. 28. lib. 1. Bero. conſ. 100. num. 3. lib. 1. & illa dictio alternatiua, vel qua vtitur Bart. in d. l. ſi quando, debet reſolui in coniunctã, cum ad effectum iudicandi, de quo loquitur ibi Bart. ſolum feudum non ſufficiat, ſed neceſſarium eſt, quod habeat annexam iuriſdictionem, & ideò ſtatim ſubdit Bart. iſta verba, vlz. *Et iudicat vigore illius iuriſdictionis, &c.* quã-
18 do † autem duo ſunt neceſſaria, alternatiua reſoluitur in coniunctam, vt per Fely. in d. c. licet, ſub num. 40. verſ. Primò, limita, &c. de probat. & ſic loquitur ibi Bart. quando feudum eſt conceſſum cum iuriſdictione, aliàs eſſet ſibi cõtrarius, cum in dicta l. 1. §. ſi quis, in fine, de appell. expreſsè dixerit, quod quando iuriſdictio non eſt conceſſa in feudum, non appellatur ad donantem, & ideò Bart. non debet connumerari inter iſtos, tenentes hanc opinionem negatiuam.
19 Similiter † Bald. in alleg. conſ. 345. ad euidentiam lib. 1. non loquitur de conceſſionibus factis Eccleſijs inferiorib⁹,

ſed

ſed quatenus dicit ſuperioritatem non poſſe euelli de cor-
pore Imperij, niſi transferatur in maius corpus. ſ. Roman.
Eccleſ. potius fauet intentioni noſtræ, quia quando liberè
donatur eccleſiaſtico inferiori, ſuperioritas non acquiritur
20 illi Eccleſiæ inferiori, quia † eſſet Acephala, qđ in eccle-
ſiaſticis non datur. Hoſtien. in c. nimis, in ver. ab eis, & ibi
Io. Andr. nu. 3. & 4. de iure iuran. ſed acquiritur Eccl. Ro-
man. cui ipſa Eccleſia donataria eſt ſubiecta, vt ſic bona
21 † donata ſequantur naturam, & conditionem donatarij,
ſupra dixi per tex. in l. quæ religioſis, ff. rei vend. & per Ol-
drad. conſ. 83. num. 3. & 4. & per Abb. in d. c. ſolitæ, num. 3.
& ita etiam Bald. ſeipſum declarat in c. ſolitæ, in princ. de
maior. & obed. vbi hanc opinionem reſtringit ad feudum,
& ideò etiam Bald. ex hoc nu. deleri debet.
Oſaſc. vir alioquin ſummæ authoritatis in hac tamẽ quæſtio-
ne, in qua conſuluit pro Principe ſuo, non debet haberi in
conſideratione. Si n. huiuſmodi auctoritates eſſent connu-
merandæ in conſtituenda communi opinione, poſſemus, &
nos addere noſtris authoribus ſupra enumeratis, Illuſtriſs.
& Reuerendiſs. D. Tuſcum, & alios tres Cardinales, q pro
veritate conſulti in ſimili cauſa pro noſtra opinione ſcrip-
ſerunt, quos refert idem Card. Tuſcus in ſuis concluſioni-
bus in littera C. concl. 187. num. 12. ſeq. & ideò ſicut nos
huiuſmodi auctoritates in conſtituenda noſtra opinione o-
mittimus. Ita debet in contraria opinione omitti aucto-
ritas Oſaſchi, qui, vt dixi, pro ſuo Principe ſcripſit.
Sicut etiam debet omitti eadem ratione auctoritas Peregrin.
d. conſ. pri. quia ipſe quoq; ſcripſit pro ſua Republica in ſi-
mili cauſa Eccleſ. Cenetenſis.
Vnde ſuperſunt nouem tantum authores, ex quibus aliqui vi-
dentur ſe fundare in defectu poteſtatis, nempè Io. Andr. in
ſupradicta addit. & Caſtr. d. conſ. 70. par. pri. in quo tamen
communiter reprobantur, quia receptior opinio eſt, quod
22 † Imperator poſſit, ſi velit, a ſe dictam ſuperioritatẽ ab-
dicare, vt exempli gratia, ſi donaſſet eccleſiaſtico inferiori,
cum expreſſa declaratione, quod bona donata ſubijceren-
tur ſupremæ iuriſdictioni eccleſiaſticæ, & quod hæc ſit com-
munis, & receptior opinio teſtatur Menoch. qui alios quã-
plu-

plurimos citat conſ. 2. num. 69. Ex quo apparet, quod iſta verè eſt quæſtio voluntatis non poteſtatis. Et quod illi, qui mouentur ex defectu poteſtatis mouentur erroneo fundamento: maximè ponderan. quod ſuperioritas transfertur in Eccleſiam Romanam, licèt res donetur inferiori eccleſiaſtico, vt ſupra dixi.

Ex ſupradictis ergo patet opinionem iſtam negatiuam reduci ad quinque, vel ſex authores, quorum paucitas non videtur habenda in cõſideratione, præſertim cum nulla vrgenti ratione moueantur contra tot, tantosq́. viros, tenentes contrarium, maximè in lecturis, in quibus nulla cadit affectio clientis, & lucri, ſicut in conſilijs.

ARGVMENTVM.

Eccleſia, quæ habet Caſtrum intra Prouinciam alicuius Domini tenetur ei facere fidelitatem, neq; illi ſubeſſe, niſi ab eo illud in feudum recognoſcat.

Imperator concedens Prouinciam, non cenſetur comprehendere huiuſmodi Caſtrum intra Prouinciam ſitum, ab Eccleſia liberè poſſeſſum.

INCERTI AVCTORIS.

NON eo ipſo, quod Eccleſiæ habet Ciuitatem, ſeu Caſtrum intra Regnum alicuius, ſiue Prouinciam, tenetur fidelitatem Regi, vel Domino Prouinciæ facere, neque illi ſubeſſe, niſi, & ipſa ſe habere a Rege, vel alio Prouinciæ Domino in feudum recognoſcat; ratio eſt, quia res non præſumitur feudalis, niſi probetur, cum a primæuo iure

iure omnis perſona, & omnis Terra libera fuerit; nam talis Ciuitas, ſeu Caſtrum cum territorio poteſt inſolidum ad vnum Dominum pertinere,& dicetur Prouincia, ſeu Territorium de per ſe; licèt ſit intra fines Regni, vel Prouinciæ, alicuius ſublato argumẽto deſumpto ab eo, quod Eccleſia, quæ ſita eſt intra Diœceſim alicuius, cenſeatur ſubiecta illi Epiſcopo, cuius eſt Diœceſis, ratio diuerſitatis eſt, quia in hoc aſſiſtit ius cõe,& non reſiſtit, vt in alio dicto; ſiquidem ius canonicum non patitur, quod aliqua perſona eccleſiaſtica ſit Acephala, & ideò ſubeſſe dicitur Diœceſano, ita in terminis arguit, & tenet Hoſtien. in c.nimis, ſub nu.3. & 4. de iur. iuran. vbi Abb ſub num. pri. a verſ.Non ergo ſufficit, vſque ad verſ.Quam autem iuriſdictionẽ, Petr de Anchar. nu.4. Io. Andr. nu.3.& 4. & Hoſtien. refert, & ſequitur Iſern. in conſtit. Regn, ſub Rubr. de offic. iuſtit. in verſ. feudis a verſ. Sed quid in Eccleſia, vſque ad verbum Iuſtitiarij nomen, & ibi Affl. ct. ſub nu. 30. verſ.Tangit hic Andreas, vſque ad verſ. Benè tamen dico. Carauit. de ritibus magnæ Curię, rit.42. num.5. & infra in fine, Marin. Frecc. de ſubfeu. lib. 1. author.29. ſub nu. 5. verſ. Secundò intellige, qui loquitur de Caſtris Eccleſiarum intra Regnum Siciliæ, Capic. de inueſtit. feud. tit. feuda allodia, colum. fin. verſ. In Regno valet conſequentia, fol. mihi 43.

Et ideò licet Imperator concedat aliquam Prouinciam, intra cuius fines ſitum eſt aliquod Caſtrum, quod ab Eccleſia in allodium, & liberè poſſidetur, non tamen cẽſetur comprehendere huiuſmodi Caſtrum,quia non præſumitur ius alterius dare, Innoc. in d. c.nimis, ſub num.5. verſ. Nec obſtat ſi Imperator concedat,vbi Io. Andr. ſub num.4. verſ.Si cõcedat Iperator Prouinciã, Petr. de Anch. ſub nu.4. verſ.Qđ ſi Imperat. in fin. Butr. ſub nu. 7. verſ.Hoc verum etiam.

Et hæc inſeruiunt pro reſponſione ad fundamentum, quod totus Ducatus fuerit ab Imperatore Duci N. conceſſus, & intra illius fines Caſtra Eccleſiæ exiſtant, licet ſit controuerſum an Caſtra Eccleſiæ B. eſſent ex omni parte circundata a Ducatu, nam ſi Eccleſia tunc poſſidebat, non dicuntur in huiuſmodi conceſſione Caſtra, tunc per Eccleſiam poſſeſſa, comprehenſa.

ABBA-

ABBATIS PANORMIT.

Conſilium 83. primæ partis.

ARGVMENTVM.

An valeat ſtatutum laicorum, quo continetur, vt nemo audeat ſub certa pœna apprehẽdere poſſeſſionem alicuius beneficij, ſine licentia expreſſa Dominorum ſæcularium.

SVMMARIVM.

1 *Statutum dicitur contra libertatem eccleſiaſticam, ſi propter illud clerici efficiuntur timidiores.*

2 *Statutum laicorum, etiam in fauorem Eccleſiarum, non tenet.*

Præſens dubium in effectu conſiſtit, an valeat ſtatutum laicorũ quo inter cetera continetur, vt nemo audeat ſub certa pœna apprehendere, vel capere poſſeſſionem alicuius beneficij, vel Hoſpitalis, ſine expreſſa licentia Dominorum ſæcularium, & quod nullus Notarius, ſeu teſtis interſit contra libertatem eccleſiaſticam, quo viſo faciliime inferri poteſt ad deciſionem aliorum dubiorum, & dico non valere d. ſtatutum. Id enim ſtatutum dici poteſt contra libertatem eccleſiaſticam, quod tendit contra ea, quæ conceſſa ſunt Eccleſiæ vniuerſali generaliter, vel ſingulariter à Deo, à Papa, vel alijs Principibus ſæcularibus; hæc eſt enim communis theorica omnium Doctorũ, c. nouerit, de ſent. excom. approbat Bart. & Bald. in Auth. caſſa, & irri-
1 ta, C. de ſacroſ. Eccleſ. Addentes, quod etiam dicitur contra libertatem eccleſiaſticam, ſi per ſtatutum laicorum clerici efficerentur timidiores, & laici audaciores per l. 2. § quæ onerant. ff quarum rerum ac. non da. & de priuilegijs, tributis Eccleſiæ per ipſum Deum ponunt exemplum de eo in d. c. nouerit, in priuilegio, vt ſola Eccleſia adminiſtret

res eccleſiaſticas, vt in cap. ſi Imperator. 95. diſt. de rebus Eccleſ. non alienan. c. fin. Item, vt ad Eccleſiam dumtaxat pertineat ius ſtatuendi de rebus, & iuribus ſpiritualibus, vt in c. denique & in c. cum ad verum, 96. diſt. facit 12. q. pri. duo ſunt genera, &c. Eccleſia, de conſt. & c. benè quidem, 96. di. & 33. q. 1. quodcunque ligaueris. Hinc eſt, quod ſtatutum laicorum ſuper huiuſmodi, potius dicitur deſtitutio, quã cõſtitutio, vt in d. c. fin. ergo reſtat manifeſtè cõcludere, qđ præſens ſtatutũ cum diſponit de rebus ſpiritualib. & eccleſiaſticis, quarũ adminiſtratio, & de eis iuriſdictio ꝑtinent ex priuilegio Dei ipſi Eccleſiæ vniuerſali. & ſuis adminiſtratoribus, vt ſupra probatum eſt. Item eſt contra priuilegium tributũ Eccleſiæ vniuerſali per Romanos Pontifices in ipſorum canonibus vt ſuper huiuſmodi nullo modo ſit recurrendum ad ſæculares, vt patet in c. 2. de iud. & de oficium arch. c. vt noſtrum. & c. ad hoc. & bene

2 quidem, adeo, † quod etiam in fauorem Eccleſiarum, non tenet ſtatutum laicorum, quod prouidet, diſponendo, mandando, ſeu pœnam addendo, iux. ea, quæ not. plenè in d. c. Eccleſia, de conſtit. & per Io. Andr. & Hoſt. in c. fin. de ſol. & Io. de Lig. & Ant. de But. in c. quod clericis, de foro compet. Præterea violat hoc ſtatutum ſummum, & principale tributum ab ipſo Chriſto Romanis Pontificibus illud videlicet, Quodcũq; ligaueris ſuper terram, &c. d. c. quodcunque, quod exponit Innoc. in c. quanto, de conſue. dicẽs, Quodcunque ligaueris, ſed per ſtatuta, vel præcepta, etiam in concernentibus animam, niſi ſint contra fidem, &c. Sed hoc ſtatutum eſt contra mandatum Papæ, & in ſpiritualib⁹, & concernentibus animæ factum: cum Papa mandet executori gratię ſuæ, vt mittat impetrantẽ in poſſeſſionem, quam timore pœnæ tradere non poteſt: ergo ex hoc etiam infertur, quod clerici efficiuntur ex hoc ſtatuto timidiores, & laici in ſtatuendo audaciores. Et ſic ex multiplici capite hoc ſtatutum dici poteſt contra libertatem eccleſiaſticam. Et optimè ad prædicta facit c. quoniam, de immunit. Eccleſ. lib. 6. Ex his infero ad caſum noſtrum, quod ex duplici capite, nec poſſeſſionem alias legitimè apprehendentes, nec teſtes intereſſentes, vel tabelliones de apprehenſione poſ-

ſectionis rogati incidunt in pœnā ſtatuti. Primò, ex diſpoſitione iuris communis. Nam ſi ſtatutum non valet, nec pœna appoſita, maximè cum talia ſtatuta ſint caſſa, & irrita, vt in d. Auth. caſſa, & d c.nouerit, & c.grauamen, eod. tit. Facit, quod notatur in c.ſignificantibus, de offic. deleg. & in l.pacta, quæ contra, C. de pact. Quinimò ſtatuentes, & ipſa ſtatuta ſeruare facientes, ſunt ipſo facto excõicati, vt in dictis iuribus vltra pœnam, de qua in d. Auth. caſſa. nec excuſantur prætextu ſtatuti in fine ſtatutorũ poſiti, quo cauetur, quòd ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam habeantur pro irritis: quia iura volunt, vt ea deleri faciant de volumine ſtatutorum, ne aliquando de facto ſeruentur, vt in dictis iuribus, & ita expreſsè firmauit Bart. & Bald. in d. Auth. caſſa. Secundò capite caſſantur in prædictis pœnæ ſtatutariæ ex forma alterius ſtatuti, quo cauetur, ſi qđ ſtatutum reperiretur cõtra libertatem eccleſiaſticam, illud ſit irritum & inane, & ergo præmiſſum ſtatutum nullas vires habet, etiam conſiderata mente ſtatuentium in d. Auth. caſſa. Et maximè habito reſpectu ad reformationem ſtatutorum poſtea factam, in qua ferè idem continetur, &c.

ÆGYDII BOSSII CÆSAREI Senatoris Mediolanenſis, Ex tractatu de Principe, §. Princeps, num. 218.

PRinceps an potuerit facere ordinationem, prout fecit in hoc dominio, vt nemo accedat ad Curiam Romanam ad impetranda priuilegia, & an potuerit condere ſtatutum, puniens eos, qui abſque placito ipſius Principis, ſe intromittunt in poſſeſſione beneficiorum, & aliud eos puniẽs, qui citãt aliquem ad Curiam Romanam, propter quod video quotidie vexari, & in carceres trudi, deſe-

deferentes tales citationes, Notarios, ſcriptores relationũ, ac etiam ipſoſmet Sacerdotes, ad quorum inſtantiam fiunt citationes, & loquitur hic vltimus ordo, vel ſaltem obſeruatur etiam quo ad perſonas eccleſiaſticas, in cauſis etiam beneficialibus. & ſine dubio concludendum eſt, non potuiſſe fieri hæc, & tam eos, qui condiderunt, quam qui ea ſeruauerunt, & ſeruant, incidiſſe, & incidere in c. nouerit, & c. graue, de ſent. excom. cum ſimil. Et quo ad ſtatutum, vt nemo poſſit ſe intromittere in poſſeſſione beneficiorum ſine licentia Principis, quamuis Ang. conſuluerit ſtatutum valere, conſ. 25. Nulla perſona. quia ſine eo ſtatuto Florentiæ, vbi viget, quotidie imminebant perturbationes, & pericula etiam Reipublicę ſtatum tangentia, propter potentes agnationes, quæ ſunt in ea Ciuitate, & propter inordinata deſideria, & ambitioſos appetitus cupientium promoueri ad beneficia, & quamuis etiam vltra Ange. in hoc dominio nonnulli velint ſe excuſare, dicentes id fieri, quia aliqui ſeditioſi, & turbatores ſtatus pacis, poſſent ſe intromittere, quo caſu etiam liceret eos bannire, tametſi eſſent pacifici poſſeſſores, iuxta not. per Abb. in c. 1. & in c. cum terra. col. 2. de elect. Tamen veritas eſt in contrarium, & eſt contra libertatem eccleſiaſticam, & incidimus in euidẽtem excommunicationem, ſeruando tale ſtatutum, & hoc ex defectu poteſtatis, ita (vt breuiter agam) Fely. in c. Eccleſ. S. Marię, c. 10. col. fin. verſ. 11. de conſtit. & ad nota. per Abb. in d. c. cum terra, & c. 1. Reſponde (vt dixi) notabiliter ſupra in tit. banniri qui poſſint. ſtatutum ne quis impetret litteras, vel priuilegia Apoſtolica, quod & ipſum ſit contra libertatem eccleſiaſticam, habes Lap. allegatione 82. col. 2. & ibi idem dicit de ſtatuto vſurpante iuriſdictionem, non ſolum Papæ, verum etiam aliorũ inferiorum, prout eſt, quod nemo citetur ad Curiam Romanã. Et idem ſi Princeps ſæcularis banniret Epiſcopum a ſuo Epiſcopatu. quod facit ad ea, quæ dixi, vbi ſupra in articulo, An clericus a Principe ſæculari poſſit banniri, quando eſt ſeditioſus, & vide Mar. in tract. de Principe, concl. 492. qui allegat, & ſequitur Lap. dum tenet eſſe contra libertatem eccleſiaſticã, ſi diſponatur vt non poſſit litigari in Curia Ro-

mana, & quod litteræ non impetrentur in ea. Curia. Eſt ẽt contra libertatem Eccleſiaſticam, quando cauſa cognoſcẽdá eſt ab eccleſiaſtico, vt ratione iuramenti, vel vſuræ, vel alijs rationibus, iuxta notata per Fely. in c cum ſit, de foro compet. facere vt cognoſcatur a ſæculari, quia hoc modo vſurpatur iuriſdictio eccleſiaſtica, iuxta allegationẽ Lap. vbi ſupra, & quæ modo dicam. Et vt generaliter ſcias, quæ ſint contra libertatem eccleſiaſticam vltra Lap. vbi ſupra, quem omnino vide. Scias, quód illa dicuntur contra libertatem eccleſiaſticam, quæ ſunt contra priuilegia cõceſſa Eccleſiæ, & clericis, non ſolum a Papa, ſed etiam ab Imperatore, & Principibus ſęcularibus. ita Bart, & communiter Scrib. in Auth. caſſa, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Item, ea propter, quæ clerici redduntur timidiores, Bart. & cõmuniter Scribentes in d. Auth. Item quando ſtatuitur contra conceſſa clericis, tam de iure ciuili, quám canonico. Deci. in c. Eccleſia S. Mariæ, col. 1. & 2. de conſtitutionib. poteſt tamen ſtatutum eſſe præiudiciale Eccleſiæ, & tamen non erit contra libertatẽ Eccleſiæ, ſecundum Ant. in c. quę Eccleſiarum, de conſtitutionibus, in 5. notab. & Bald. in Rubr. de conſtitutionibus, in princ. quod not. ad aperiendos oculos, tenebris inuolutos.

ANDREÆ FACHINEI I. C.
In Gymnaſio Piſano Iuris Cæſar. Profeſſoris,
Controuerſiarum Iuris lib. 1. Cap. 91.

An emphyteuta Eccleſiæ teneatur ſoluere collectas, & tributa fiſcalia Domino temporali.

CONtrouertitur etiam, vtrũ emphyteuta Eccleſiæ obligatus ſit ad ſoluendas collectas, & onera fiſcalia. Reſpondet Bart. in l. priuatæ, C. de excuſat. muner. lib. 10. emphyteutam Eccleſię non teneri, ne grauetur

uetur duplici onere ſoluendi.ſ.Eccleſiæ penſionem, & Fiſco tributum. Eandem ſententiam ſecutus eſt Iaſ.in l.1.nu.31. C.de iure emphyt. eamq. tutiorem dicit Boſſius in tit. de Principe, & priuilegijs eius, num. 128. Eandem alijs citatis nouiſſimè amplexus eſt Marcus Antonius Eugenius in conſ. 96. nu.22. lib. 1.

Sed contrarium docuit Andr. Iſern. in tit. Quæ ſint rega. in verb plauſtrorum,dicens, inſpiciendam eſſe perſonam emphyteutæ, qui cum ſit obnoxius collectis, tenetur eas ſoluere etiam pro re emphyteutica Eccleſiæ,quia res a perſona conditionem accipit, non contra, l. 1. C. de imponenda lucratiua deſcript. lib. 10.

Idem reſponderunt Alex. in conſ. 101. lib.1. Natta conſ. 114. nu.18. Et ad rationem illam Bart. reſpondent,eam nullius eſſe momenti, quia duplici onere aliquis grauari poteſt diuerſo reſpectu, vt patet ex multis, ſed præcipuè ex l.ſi pendentes, §. ſi quid cloacarij, ff.de vſufr. vbi conductor fundi vectigalis ſoluere tenetur vectigal municipio, & tributum Fiſco. Et ſi bona eſſet ratio hęc, nullus emphyteuta,etiam priuati, obligatus eſſet ad collectas. Is.n.penſionem ſoluit Domino,vnde ne duplex onus ſubiret,non teneretur ſoluere tributum Fiſco, quod tamen eſt contra, l.2.C.de iur. emphyteu.

Ego puto veriorem eſſe Bar. ſententiam duplici ratione. Primò, quia videtur hæc ſatis bona regula, in hac materia, vt quoties Dominus ad collectas non tenetur, non teneatur etiam emphyteuta, l. priuatæ, C.de excuſat. muner.lib.10. vbi emphyteuta Fiſci non tenetur,quia Fiſcus eſt immunis. Sed Eccleſia non tenetur ad collectas, l.2.C de Epiſcop. & cleric. c. 1. de immunit. Eccleſ. lib.6. cum vulg. Ergo nec emphyteuta tenetur. Altera ratio eſt,quia vbicunque aliquis poſſidet rem immunem a collectis,& tributis, is collectas, & tributa pendere non teneatur, l. 1.C.de imponenda lucratiua deſcript. lib.10. ibi, *Contraq; ſi cuiuslibet, &c.* Sed emphyteuta Eccleſiæ poſſident rem immunem a collectis, quia bona Eccleſię ſunt immunia, l. placet, C. de ſacroſan. Eccleſ. ibi, *Ne prædia vſibus cæleſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum numerũ fæce vexentur, &c.*& c.non minus,de im-

munit.

munit. Eccleſ. cum ſimilibus. Ergo non tenetur ad collectas.

Ad argumentum reſpondeo. Quod dicitur rem a perſona cõditionem recipere, concedo, ſi intelligatur iuxta terminos d.l.1. C. de impo. lucra. deſcript. a qua deſumitur pronunciatum. Dicitur ibi, curiales eſſe immunes a collectis, & quòd ſi bona collectis ſubiecta perueniant ad eos, ſint immunia, ſed ſi ad alios, ſecus; quia inquiritur perſonæ conditio, Iſte non eſt caſus noſter, quia Eccleſiæ bona ab ipſo principio, natura ſua ſunt exempta, & libera, vnde ad quẽcunque perueniant, ſarcinam collectarum effugere debent, vt inquit tex. in d. l. 1. verſ. Contraq., ſi cuiuslibet, C. de imponenda lucratiua deſcript. Poſſet autem argumentum procedere, & ſimul etiam contraria Doctorum ſententia, ſi res ab Eccleſia in emphyteuſim conceſſa fuiſſet ab aliquo priuato Eccleſiæ vendita, ac propterea collectarum oneri ſubiecta; tunc.n.locus eſſet deciſioni dictæ legis, qđ a primordio tituli, poſterior formetur euentus.i.cum res a principio eſt deſcripta in libro Fiſci cum alijs rebus, quæ collectarum oneri ſubiacent, ſi perueniat ad Eccleſiam, quæ immunis eſt, ipſa res euitabit onus collectæ, ſed ſi ab Eccleſia transferatur ad alium non exemptum. redibit ad naturam ſuam, propter perſonam poſſeſſoris, & ſic ad collectas erit obligata.

RESPONSVM INNOMINATI AVCTORIS.

IN PVNCTO.

1 An coloni, partiarij, ac cenſuarij eccleſiaſtiſticorum debeant præſeruari immunes ab hoſpitationibus militum, & alijs oneribus, quæ cauſa ipſius hoſpitationis, ac tranſitus militum imponuntur.

Qua

Digitized by Google

2 QVa in re, vt clarius veritas liqueat, videamus quid in puris terminis iuris cõmunis definiendum ſit.

Vnde pro affirmatiua opinione arguitur.

3 Primò, ex celebri conſilio 111. *Federici de Senis*, vbi reſoluit, colonus Eccleſiarum teneri ſoluere gabellas de parte fructuum eis contingẽtium, ſicut & alia onera, quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio, *& ſequuntur cõiter Doct. vt Platea in l. Senatorum, ſub num 3. verſ. Quid autem, de ruſticis, C. de dign. lib. 12. Gemin. in cap. quamquam, in fin. verſ. Sed numquid coloni, de cenſ. lib. 6. Capra in ſua reg 96. nu. 85. Bertach. de gabell par 7. quæſt. 7. ſub num. 13 & B. ſſ. de princ. nu. 174 & Burſ. conſ. 42. nu 14.*

4 Secundò, ex Bartholo *in l. licitatio, §. mercatores, per eum tex ff. de public.* vbi dicit, quòd emptores fructuum Eccleſiæ tenentur ad gabellas portarum Ciuitatis in ingreſſu, & referens ex Dyno ita fuiſſe iudicatum, *& ſequitur Ioan. de Amicis conſ. 18. per totum, & Dec. in l. in omnibus cauſis id obſeruatur. num. 2 ff. de regul. iur.*

5 Tertiò, ex diſtinctione Baldi tradita per eũ *in conſ. 31. volum. pri. in fin.* quod aut onus gabellæ eſt annexum contractui celebrato inter laicum, & eccleſiaſticum, aut contingit ex actu ſeparato. Priori caſu laicum præſeruari immunem, quia alias per indirectũ læderetur Eccleſia, quæ tanto minus venderet. Altero autem caſu, ſecus *argum. d. §. mercatores*, & ſequuntur cõiter Doct. *vt per Menoch. conſ. 136, num. 19. & 20.*

6 Quartò, quia mutata conditione perſonæ poſsidentis, mutatur etiam conditio rei poſſeſſæ, *l. Fiſcus, de iure fiſci, cum aliјs concord. cumulatis in propoſito à Syluano conſ 9. n. 4. & 5.*

7 Quintò, quia ſicut in ſimili emphyteuta laicus bonorum Eccleſię ſuſtinet onera cum laicis, ratione ſui vtilis dominij, quod non iam amplius Eccleſiaſticum, ſed laicum reputatur, *vt not. Bald. in l. 1. C. de iur. emphyt. verſ. Sexto & latius Socin. ſen. conſ. 149. lib. 1.* ita etiam videatur dicendum de colono ratione fructuum pro ſua parte colonica.

8 Sextò, quia fructus ſeparati a ſolo, ſunt quid proprium ipſius coloni, & non ſunt amplius Eccleſiaſtici; ergò, *ita poſt*

3. *alios*

Digitized by Google

alios arguit Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 6. caſu 562. num. 38. & ſeparatorũ ſeparata debet eſſe ratio, ſic in propoſito Theſ. deciſ. 116. num. 5.

9 Septimò, quia hæc videatur eſſe opinio magis cõiter recepta, teſte Theſaurio in d. deciſ. 116. num. 8. & Gaſpare Antonio eius filio in addit. ad illam deciſ. col. penult.

10 Octauò, quia immunitas alicui competens, ceſſat in caſu neceſſitatis publicæ, puta belli imminentis, Decian. conſ. 51. num. 1. vol. 3. & conſequenter in hoſpitationibus militum, quæ ad iſtum effectum fiunt.

11 Nonò, denique, quia materia emptionis ſit odioſa, ac ideò reſtringenda, Decian. d. conſ. 51. nu. 8 lib. 3.

Quibus tamen non obſtantur contra, de iure reſoluendũ eſt.

12 Primò, ex cõi diſtinctione, qđ aut ſunt onera merè realia, quæ ſoluuntur ex corpore ipſorũmet fructuũ (vt olim erãt tributa, & nũc apud nos ſunt decimæ, & imbotatus) & ea ſequũtur perceptores fructuũ, l. 1. C. de ann. & tribu. in fi. lib. 11. & ſic colonus. Aut ſunt onera mixta, quæ imponuntur perſonæ pro rebus, & tunc ſecus, ſcilicet, quod iſta ſint ſoluenda ſolum a Dominis, & nequaquam a colonis: ad hoc allegatur communiter Barthol. in e. l. pri. C. de annon. & trib. verſ. in collectis. dum dicit in huiuſcemodi oneribus inſpiciendam eſſe ſolam perſonã illius, qui in libro cataſtri inſcribitur, & Baldus ibidem dicens ſolum dominum eſſe inſcribendum, iterum Bartol. in l. hi penes quos, in princ. & in l. colonos nunquam, C. de agr. & cenſ. lib. 11. Et ita cõiter ex ipſo Bartholo, & Baldo approbatur hæc diſtinctio etiam ſpecificè reſpectu partis colonicæ, vt per Alex. in conſ. 4. lib. 5. Caſtr. in l. ex conducto, in fin. princ. nu 4 de loc. Iaſ. in conſ. 109. in 3. dub. n. 3. lib. 1. Bellon. conſ. 37. n. 9 & 10 & Oſaſc. deciſ. 83. nu. 7. referens etiam ibidem in fin. ita deciſum ab illo Senatu, pulchrè Nattá conſ. 409 Brun. de ſtat. excl. fœm. art. 8 q. 22. col. pen. verſ. Attenta veritate, vſque ad finem eius quæſt. Ruin. conſ 77. nu. 6. vol. pri. Eugen. conſ. 96. nu 8. Vbertinus Zuccardus apud Rmin. ſen. conſ 739. nu. 6. 7. & 8 lib. 4.

13 Probatur autẽ iſta concluſio; Primò, ex tex. in d. l. hi penes, & l. colonos nunquam, C. de agri. & cenſ. vbi ita per illos textus

14 not. Bartholus. Secundò etiam concludenti ratione ex mẽte

te Bartholi, Nattæ, & aliorum, de quibus hic proximè ſupra, quia.ſ.in impoſitione talium onerum per æs, & libram non habetur præciſa, & immediata ratio ad fructus, ſed ad ipſas ꝓprietates patet, q̃a ſi haberetur rō ad fructus vtiq; contingeret prout in decimis,& imbotatu, in quibus ad ratam fructuũ,quæ ſingulis annis colliguntur,modò in maiori,& modò in minori quãtitate ſoluuntur, hoc enim eſt habere rationem fructuum; at verò in huiuſcemodi collectis, quæ dicuntur onera mixta, quia imponuntur perſonæ prò rebus, dicitur haberi ratio ad ipſas proprietates, diſtribuuntur enim per æs, & libram, iuxta cuiuſque æſtimũ, quod in libro cataſtri reperitur conſcriptum, habita ratione ad æſtimationem bonorum, *vt aduertit Gratus in conſ. 130. ante nu.5.lib.1. & Zuccard. apud Rim.ſen. in vol. 4. d.conſ.739. in fin. verſ Præterea, & Eugenius d.conſ.96. ſub nu.10. & poſt Bartholum, & alios*, & eſt indubitatum, & in indiuiduo de taxis equorum notat *Plottus videndus, in repertorio ſuæ l.fin. C. vnde vi, verbo. onus taxarum equorum, in princip in verſic.*
15 *Adde tamen.* Ita quod in huiuſcemodi oneribus duæ qualitates concurrunt, quæ in colonis prorſus deficiunt. Altera eſt, quòd imponuntur perſonę. Altera, quòd imponuntur pro rebus. Illa contingit per deſcriptionem in cataſtro; colonus autem non deſcribitur in cataſtro, ſed ſolus dominus, & ſic illa deficit in colono; iſta verò pariter deficit in eodem, quia ipſe non eſt dominus. ergò. Et hoc eſt, quòd in propoſito voluit dicere Abbas *in conſ. 9. in d. quarto dubio, & poſt eum Natta in d. conſ.* 409. colonos ad iſtiuſmodi
16 non teneri,quia ſunt onera patrimoniorum. Tertiò, accedit alia ratio, reſpectu coloni cenſuarij, ſeu ad pecuniam, quod effectualiter ipſe dominus videtur recipere oẽs fructus, quia fictum ſuccedit loco fructuum; *ita Egyd. Thomat. de collect. cap. incip. pauperes, ſub num. 21. verſ.Tertiò, facit,*
17 *pag.mihi 421.* Quartò deniq́. reſpectu coloni partiarij intrat alia ratio,quod pars colonica habetur loco operæ, laboris, & ſumptuũ factorum in cultura, vt ideò propriè non dicatur fructus, quia fructus dicuntur deductis impẽſis, *ita Oſaſch.dict.a decíſ. 83. ſub num.6. verſ. Idcircò, & Eugen. dicto conſ.96. nu.11.&* 12. ſubdens ideò,quod alias coloni dupli-

 ci one-

Digitized by Google

18 ci onere grauati remanerent.ſ.laborum & onerum. Neq; (ſaltem quo ad nos) huic quartæ rationi ſatisfacit reſponſio Theſauri *dicta deciſ.* 116. *ſub nu.* 10. *verſ. Nec obſtat.* quod ſcilicet operarum coloni habenda ſit ratio in taxa collectarum, & ita fieri, vt deductis impenſis, dicantur ſuper parte
19 colonica imponi. Quia contrarium experimur, quandoquidem pars colonica plus grauetur, quàm pars dominicalis, adeoquod vltra victum, & eum quidem parciſſimum, nihil ipſis colonis ſoleat ad finem locationis ſupereſſe lucri a cōmuniter contingentibus; ſi autem haberetur ratio eorum laborum, prout conſiderat Theſaurus, tunc ad modiciſſimam partem onerum concurrere deberet, vt eſt noto-
20 riū. Et licet huic quarto argumento pro reſponſione nōnihil aliud comminiſcantur, *Theſ. dicta deciſ.* 116. *nu.* 10 *&* *D. Menochius dicto caſu* 562. *nu.* 47. 48. *&* 49. Tamen id totum leuiſſimū eſt, & non tollit difficultatem; Imò, nec etiam ita efficaciter, vt hic, referunt hoc ipſum argumentum cum omnibus ſuis rationibus, ſed ſatis leuiter pertranſeunt.
21 Neque obſtat tex. in *dict. l.* 1. *C. de ann. & trib. lib.* 11. vbi dicitur colonos teneri ad tributa.
22 Quia hæc ſunt onera realia, quæ ad colonos ſpectare ſupra admiſimus, ex primo capite dictæ diſtinctionis Bartholi; Et eodem modo reſponderi poteſt *ad c. quaſti,* 16. *q.* 1. *& c. à nobis extra de decim.* vbi dicitur, colonos teneri ad decimas
23 pro parte ſua colonica. Immò etiam in mere realibus, ꝙ coloni non teneātur, niſi aliud ſpeciatim aliquo in caſu expreſsè caueatur, tenet *modernus Pariſ. ad Alexand. dicto cōſil.* 4. *lib.* 5. *in apoſtill. inc. in realibus. circa medium, & Thomatius vbi proximè ſupra, ſub num.* 21. *verſ Non obſtant.* qui ambo (licet diuerſimodè) reſpondent *ad dicta l.* 1. *C. de annon. & trib.* reprehendentes Bartholum, & alios cōmuniter quòd eam aliter intellexerint.
24 Non etiam obſtat, quòd multi teneantur ad onera, ea ſola ratione, quod fructus colligant, licet verè non ſint domini, vt vſufructuarius, *l. ſi pendentes,* § *ſi quid cloacarum, de vſufruct.* Emphyteota, *Bald. dicta l.* 1. *C. de iur. emphyt. verſic. Sexto.* Vaſſallus, *Alexā. conſ.* 4. *ſub. nu. pri. vol.* 5. & maritus conſtante matrimonio, *l. neque. ff. de imp. in rebus dot. fact.*

25 Quia

Digitized by Google

25 Quia omnes iſti habent ius in re, quod non cõtingit de colono, qui nec quidem poſſidet. Ita reſpondit idẽmet *Bald. in dicta l.pri. C.iur emphyt. d.verſic. Sexto, & Alex dicto conſ. 4. ſub num. 7. verſic. Et ex prædictis, lib. 5. & conſ. 35. nu. 12. lib. 4.*

26 Non etiam obſtat contraria conſuetudo Status Mediolani, quòd.ſ.onera ad ratam pro parte colonica ab ipſis colonis exigantur, de cuius validitate non videtur poſſe dubitari, vt *per Oſaſc. dicta deciſ. 83. in fin. & Theſ dicta deciſ. 116. ſub num. 10. & eſt tex. in l. ſi ſine hærede, §. Lucius, de adm. tut. & in l. litibus, §. hac de reditibus, dicto tit. C.de agr. & cenſit. lib. 11. & not. Bart. poſt gloſſ. in dicta l.pri. C.de ann. & trib. lib. 10.*

27 Quia diſtinguendum eſt inter colonos ſubditorum, & non ſubditorum. Priori caſu talis obſeruantia poteſt de iure ſuſtineri, non quidem mero iure, & per rigorem, nam videtur implicare contrarietatem, quòd onera afficientia perſonas per deſcriptionem in cataſtro, & impoſita per ęs, & libram pro valore bonorum, exigantur ab his, qui neque affecti ſunt perſonaliter, neque domini ſunt ipſarum rerum, vt latius ſupra deduxi num. 14. ſed ea contemplatione poteſt ſuſtineri, quòd ſicut talia onera poſſent in totum exigi a Dominis, ita etiam poſſint exigi partim a colonis; neq; de hoc conqueri poſſe colonos, quia ideo hac ratione minus ſoluunt nomine ficti, quàm facerent, ſi nihil ſoluerent. Poſteriori autem caſu, qui noſter eſt, contra reſoluendum eſt, quia ceſſat d. ſuppoſitũ, quòd.ſ.talia onera poſſent imponi ipſis Dominis in totũ, imò ex quo non poſſet ipſis imponi, ideò retorquetur obiectio, & hoc argumenti genere vtitur, *Syluanus d. conſ. 9. nu. 19. vſque ad verſ. Et ſi dicatur.* dum dicit, emphyteotam Eccleſiæ ideo non teneri ad onera laicorum pro ſuo vtili dominio, licet ſecus ſit in emphyteota priuati, quia hoc poſteriori caſu, ſi bona eſſent penes Dominum directum, eſſent in totum ſuppoſita, priori autem caſu ſecus. Et in his terminis intelligendus eſt Bart. *in d. l. his penes, & in d.l. colonos,* dum dixit, iniquum eſſe ſtatutum diſponens, quòd colonus teneatur pro ſua parte colonica ad contribuendum oneribus, imò expreſsè infert ad

caſum noſtrum de colonis eccleſiaſticorum : ſic etiam *Abb. in dicto conſ. 9. in 4. quæſito. ſic etiam diſtinguit Eugenius in d. conſ. 96. num. 21. 22. 23. & 24.* afferens eam rationem, & ꝙ in huiuſcemodi collectis colonus obligetur reſpectu Domini, & eius perſona inſpecta, & non aliter; ſic etiam manifeſtè ſentit Ludouic. *Cattus apud Riminaldum ſen. in conſ. 740. col. pri. in fin. verſic. Capio, lib. 4.* dum facit generalem concluſionem cum Barbat. quod de colonis idem dicẽdum ſte, quod de Dominis, vt nimirũ poſſint, vel non poſſint ex cõſuetudine collectari, prout & illi poſſunt, vel non poſſunt, inde inferens ad colonos religioſorum.

28 Secundò, quia collecta non poteſt imponi, niſi ab habente iuriſdictionem; at bona ſunt eccleſiaſtica, & huiuſcemodi collectæ imponuntur per æs, & libram, pro valore, ac æſtimatione bonorum, quod obſeruatur etiam reſpectu illius partis, quæ ſuper parte colonica exigitur, vt latius ſupra oſtendi, ergò. *Ita Pet. de Vbaldis in conſ. 2. poſt tract. de collect. num. 6.*

29 Tertiò, quia effectualiter per indirectum talia onera impoſita parti colonicæ redundarent in damnum ipſius Eccleſiæ, potiuſquam colonorum, nam pro tanto minori ficto locantur bona, quantũ importare poſſunt ipſi onera, *not. Menoch. conſ. 136. nu. 13. & nu. 20.* quia in re coloni non aggrauantur, ſed Domini, nam ideo ipſi coloni ratione taliũ onerum promittunt tanto minus; & ſi onera non eſſent per eos ſoluenda, tanto plus promitterent, vt ſic in effectu tota hæc faba cudatur in caput ipſorum Dominorum. At prohibitum recta via, non debet cẽleri permiſſum per indirectum, *c. cum quid, de reg. iur. in 6. c. pri. de cler. coniug. e. l. oratio, de ſponſ.* ipſis autẽ religioſis huiuſcemodi onera directè imponi non poſſunt, ergò. Et ita in ſpecie arguunt communiter Doct. *vt per Bottam in conſ. 87. nu. 3. & 29.* loquentem de onere, quod imponitur Bobus, & plauſtris pro reparatione Caſtri, *Syln. dicto conſ. 9. num. 12. & infra, ſub nu. 19. verſ. Imò, & verſ. Quando, Burſat dicto conſ. 42. nu. 20.* loquẽtem de emphyteuta Eccleſiæ, & in ſimili ſpecie de priuilegio conceſſo quibuſdam de Spannocchis, *Decius conſ. 84. in 4. arg. & poſt eum Menoch. conſ. 136. nu. 5.*

30 Con-

30 Confirmatur conſiderãdo, quòd ſi ipſi Religioſi colant bona ſua proprijs ſumptibus per ſuos operarios, tunc proculdubio eſſent immunes in omnibus, & per omnia, quia tunc non eſt dare partem colonicam, ſed omnes fructus ſunt ipſorum, vt *per Theſſ. dicta deciſ.* 116. *in fin. Burſ. dicto conſ.* 42. *nu.* 17. *Boſſ. de princip. nu.* 178. & verè eſt indubitatum apud omnes. Ergò ſi locant, & admittamus partem colonicam eſſe ſuppoſitam huiuſcemodi oneribus, quo reſpectu vilius locantur, vt ſupra, ſequitur, ipſos per indirectum aggrauari, & eorum conditionem valdè deteriorem fieri, ex ſola locatione, quod non eſt dicendum, per dictam regulam, ꝙ prohibitũ via directa, &c. & quia alias inuitarentur ad non locandum, ſed colendum proprijs ſumptibus, vt ita nimirum tale indirectum grauamen euitarent, quo caſu in cultura agrorum impliciti, ſegnius diuino cultui vacare poſſent, vt propterea d. opinio contraria tanquam retractiua a diuino cultu ſit tanto fortius explodenda, *ad not. per Bar. in Auth. caſſa, C. de ſacr. Eccleſ. nu.* *& Rim. iun. conſ.* 35. *ſub nu.* 22. & dum ipſi Religioſi bonum opus agunt locando laicis bona ſua, vt ita maiorem habeant vacationẽ, ac temporis vſuram ad orandum, non debent de hoc bono opere lapidari, dum inquam per indirectum angariata parte colonica, ipſis effectualiter affertur præiudicium, vt ſupra.

31 Rurſus & huc confert ratio allata per Bartholum *in l. placet, in fine, C. de ſacr. Eccleſ.* dum ibi in propoſito dicit, ꝙ velle collectare colonos Eccleſiæ, eſſet facere fraudem legi, quod optimè iuſtificatur ex antedictis, ſequitur *Menoch. dicto conſ.* 136. *nu.* 8.

32 Hoc etiam referẽdum eſt, quod in propoſito aduertit Menochius *conſ.* 136. *nu.* 22. 23. ſcilicet in connexis priuilegiũ perſonale tranſire etiã ad alterum contrahentem, quod latius multis exemplis comprobat: ſiquidem in connexis hic ea ratione dicimus verſari, quia effectualiter damnum reflectitur in caput ipſorum eccleſiaſticorum, vt ſupra.

33 Neque huic argumento ſatisfaciunt adducta per Menoch. dicto caſu 562. nu. 46. pro reſponſione, ſlz. Primò, Eccleſiam lædi per indirectum, quando eius coloni grauarentur plus, quàm coloni laicorum, *quam reſponſionem etiam efferet*

Theſſ.

Theſſ. dicta deciſ. 116. *num.*9. Secundò, procedere, quando onus imponitur colono, & in conſequentiam Eccleſiæ, quæ non tenetur: ſecus hic, vbi onus imponitur colono cauſa fructuum, qui ſunt ipſius, & ratione obligationis fundatæ in perſona ipſius, adeò quod non dicatur inferri damnum
36 Eccleſię, ſed potius impediri lucrum. Tertiò, non attendi
37 damnum, quod ſecundario alicui infertur. Verum inquam hæ tres reſponſiones ſatis leues ſunt, & non tollunt vim ar-
38 gum. Nam ad primam replicatur, quòd imò etiam in his terminis ſequitur damnum Eccleſiæ per indirectum, vt ſup.
39 oſtendi, & eſt notorium. Ad ſecundam replicatur, falſum eſſe, quod huiuſcemodi onera imponantur pro fructibus, ſed veritas eſt imponi pro bonis, vt hic ſup. num. 14. prout & falſum eſt, coloni perſona eſſe obligatam, nam imò principaliter efficitur perſona Domini deſcripti in cataſtro, vt ſup. eod. num. 14. & non eſt verum, agi de impediendo lucro, nam Eccleſia nihil extrinſecus quærit, ſed id tantũ ſatagit, vt per temporales collectas ius percipiendi ficta ex bonis ſuis non diminuatur, quod propriè ſpectat ad conſer-
40 uandum, & ſic ad damnum euitandum. Ad tertiam verò replicatur, imò regulam eſſe in contrarium, quod ſ. prohibitum via directa, non debeat cenſeri permiſſum per indirectum, vt ſup. ſub num. 29. & oppoſitam concluſionẽ poſſe procedere, quando non agitur de defectu poteſtatis: Et amplius reſiſtere alia ſequentia fundamenta.

41 Non etiam obſtat, quod in aliquibus caſibus coloni Eccleſiæ teneantur ad onera laica, vt ad gabellam portarum, vt ſup. num. 3. ſicut & emptores rerum Eccleſiæ, vt ſup. nu. 4. quod tamen redundare videtur in damnum Eccleſiæ, nam ſi aliud eſſet, carius locaret, & venderet Eccleſia.

42 Quia in emptore eſt particularis ratio, vt infra nu. 59. in colono autem reſponſio, & diſtinctio patet etiam infra numer 50. & 62. hoc enim de damno indirecto non eſt perpetuum, ac indiſtinctè intelligendum, ſed iuxta diſtinctionem de qua ibi.

43 Quartò, quia admiſſa contraria opinione ſequeretur abſurdum, tunc. n. vel admitteremus Papam poſſe indicere onus ſuper eadem parte colonica bonorũ Eccleſiæ, quæ præ-

ſup-

ſupponitur teneri ad hæc onera laicorum, vel id negamus; At vtrunque eſt abſurdum; Primum, quia ita fieret, quod coloni duplici onere grauarentur. Alterum etiam, quia ita fieret, quod eſſet in facultate Eccleſiaſticorum lædere ius Papæ, locando bona ſua laicis, vtpotè, cùm ſi ea non locarent, ſed ſumptibus proprijs colerent, ceſſaret iſta differentia partis colonicæ, ac dominicalis, ſed indiſtinctè poſſet Papa ſuper vniuerſis bonis, & fructibus imponere onus, ergò. *Ita Petrus de Vbaldis in d. conſ. 2. poſt tract. de collect. ſub num. 4. verſ. Primò, & Syluan. d. conſ. 9. num. 13. & iterum infra num. 22.* vtentes hoc argumento in duriori caſu, slz, ad proban. quod laicus emphyteuta Eccleſiæ non teneatur ad iſta onera laicorum.

44 Quintò, quia omnes admittunt, ꝙ quando immunitas eſt realis, & non tantum perſonalis, ſeu mixta, tunc etiam coloni ſunt præſeruandi immunes pro parte ſua colonica, *glo. in Clem. 1. verbo excolendas, in verſ. Sed nunquid, de decim. ſequitur Abb. in c. ex parte ſua, il pri. de decim. num. 4. & iterum ſub num. 5. verſ. Vnde placet, & Socin. ſen. in conſ. 297. col. 3. num. 6. vol. 2. & Bart. in d. §. mercatores, Dec. dicto conſ. 48. in pri. argum. Sylu. dicto conſ. 9. ſub nu. 22. verſ. Verum, Burſ. conſ. 25. num. 5. lib. 1. Gaſpar Ant. Dheſſ. ad dicta deciſ. 116. col. antepen. verſ. Et profundamento, latè Decian. d. conſ. 51. num. 14. 15. 16. lib. 3. Botta dicto conſ. 87. nu. 31. & 32.*

45 Eſt autem perſonalis, ſeu mixta, quando conceſſa eſt perſonis pro rebus, vt erat in caſu Socini, realis autem, quādo etiam dictum eſt, quod bona ipſa ſint immunia, *vt declarat Abb. in d. c. ex parte*, vel quod ipſa bona ſint exempta ab omni onere, *Decian. dicto conſ. 51. num. 14 lib. 3.* vt ita ſit diſcrimen, an verba ipſa inducentia immunitatē ſint principaliter relata tantum ad perſonas, an verò etiam ad res, quare gloſ. in dicta Clem. pri. admonet diligenter animaduertendum eſſe ad verba priuilegij.

46 At immunitas, de qua agimus, eſt dicto poſteriori modo concepta, *vt in l. placet, C. de ſacr. Eccleſ.* in illis verbis, *ne prædia vſibus cæleſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum munerum fæce vexentur, nil extraordinar ū ab hinc, ſuperindictumuè flagitetur*, quæ verba recitantur etiam, & approbantur *in*

c. ge-

c. generaliter, §. nonorum, 16. *q. pri.* Accedit tex. *in Auth. de eccleſiaſticis titulis, in §. ad hæc ſancimus*, in illis verbis, *ſancimus omnium ſanctarum Eccleſiarum & oīum venerabilium domorum poſſeſſiones, neq; ſordidas functiones, neque extraordinarias deſcriptiones ſuſtinere*; & alia iura idem probantia, accumulat *Menoch. dicta cent. 6. caſu* 562. *ſub num.* 20. *verſic. Secundus eſt caſus.* Et probat etiam *Syluanus vbi ſupra, ſub dicto num.* 21 dicens, quod bona Eccleſię non ſunt exempta ſolum contemplatione perſonarũ, ideſt Religioſorum poſſidentium, ſed ipſorum etiam bonorum cauſa; nempè, q̃a Deo ſunt dicata, & ſacra, §. *ſacra, Inſtit. de rerum diuiſ.*

47 Neque huic argumento ſatisfacit reſponſio *Gaſparis Antonij Theſauri, vbi ſupra. col. antepen. verſ. Et pro fundamento.* negantis eſſe immunitatem realem, per inſtantiam, quia ſi eſſet realis tranſiret etiam ad emptores rerum Eccleſiæ, qđ tamen ſecus contingit, quia (inquit ipſe) immunitas hæc principaliter conceditur perſonis eccleſiaſticis, & ſecundariò rebus.

48 Quia conſiderandũ eſt, quod immunitas aliquando eſt merè perſonalis, aliquando merè realis, aliquando principaliter rebus conceſſa, & perſonis ſecundario, & demum aliquando viceuerſa perſonis principaliter, & rebus ſecundario conceſſa, de quibus duabus vltimis ſpeciebus meminit idem *Theſaur. iun. vbi proximè ſupra.* Inter illam verò merè realem, & aliam tertio loco recenſitam, quę ſlz, rebus principaliter, & perſonis ſecundario conceditur, hoc intereſt, quod illa tranſit ad quemcunq; poſſeſſorem ipſius rei; iſta autem ſecus; neque tamen infructuosè dicitur realis, hoc enim operatur, quod etiam coloni præſeruantur immunes, quod tamen ſecus obtineret in merè perſonali, vt ſup. & talis quidem eſt immunitas conceſſa rebus Eccleſiæ, qđ vel ſatis patet ex illa adiectione, *Eccleſiæ*, hinc enim ſatis colligitur hanc realitatem non operari, niſi quatenus ſunt penes Eccleſiam, & ita eſt de mente Doctorum, quos hic paulò ante citaui, ad hoc, quod immunitas iſta ſit realis, nam benè nouerunt & ipſi, eam non eſſe merè realem, quia non tranſit in laicum emptorem, ſed intellexerunt realem, ideſt rebus principaliter, & perſonis ſecũdario conceſſam.

Vnde

Digitized by Google

Vnde etiam patet æquiuocatio Theſauri confundentis haſce duas ſpecies realitatis.

49 Sextò deniq. mouet me auctoritas eorum, qui ita ſcripſerunt, vlz, *Bart. in l. placet, in fin. C. de ſacr. Eccl. & in d. l. colonos nunquam, & in d. l. hi penes quos, C. de agr. & cenſit. Abbas in d. conſ. 9. in 4. quæſito, Grat. in conſ. 30. num. 11. lib. pri. Duen. in regula* 100. *inc. cleric. in 2. ampliat. poſt Baldum quē ipſe allegat in l. 1. C. de epiſc. & cler. & in d. l. hi penes quo, C. de agr. & cenſ. lib. 11. Burſ. d. conſ. 25. per totum, lib. 1. atteſtans de communi poſt Bartolum, Baldum & Abbatem, alibi etiam, quam in locis hic proximè allegatis. Imolam, Ioan. Maurit. Ruin. Alciat. Capic. Carrar. Ripam, Gramm. & Concennat.* quos omnes ſuis in locis ſigillatim recenſet. *Decian. dicto conſ. 51. num. 11. lib. 3.* loquens de colonis Equitum Hieroſolomitanorum. *Et iterum Decian. ibidem infra num. 42. magiſtraliter etiam Botta videndus in conſ. 87. vbi num 2 præter iam citatos offert concordantes Accurſium & Parpaliam ſignanter etiam vidēdus Natta in dicto conſ. 409. per totum, Eugen. dicto conſ. 96. Zabarella, Berous, Vincentius Saluiolus, Auguſtinus Iannetus, Thomatius, Feſtaſius, Portius & Coppinus relati à Menochio in dicto caſu 462. num. 45. Zuccardus apud Riminaldum ſen. dicto conſ. 739. per totum, præcipuè nu. 7. 8. & ſub num. 11. verſ. Secundò, lib. 4. Ludouicus Cattus apud eundem Riminal. ſen. conſ. ſeq. 740. per totum, addens etiam ibi num. 6. vltra iam hic allegatos Barbatiam, Summā Angelicam, Decium, & Petrum Antibolū, & ierum idem idem repetit Cattus ibidem infra ſub num. 12. verſ. Et vltra,* dicens hęc eſſe expeditiſſimum, & ſine vlla dubitatione, & addens concordātes *Plateam, & Alexandrum, ſic etiam Gallia in celebri conſil. 59. num. 76.* loquens ſpecificè poſt Zucch. & Cattū, vbi ſup. de oneribus ad hoſpitationes militum, & tranſitum exercitus ſpectantibus, iuncto *ſup. num. 49. addens ibidem concordantes Albam, Pariſium: Carocius de loc. par. 4. tit. de collect. fol. mibi 210. magna impreſſionis. num. 4. addens ibidem concordantes Borgninum, Anton. Angoſſ. Rimin. iun. & Cabal. in locis ibi per eum allegatis.* Qui Doct. omnes ſumpto calculo aſcendunt ad numerum quadraginta ſex, adeo quod deficiat Menochius, dum in præcitato proximè loco enumerat

pro hac opinione tantùm quindecim Doctores.
Et his ſtantibus, non obſtant contraria.
50 Ad primum enim reſpondetur. Primò, Federicum loqui
in gabella, quæ eſt onus merè reale, quod ad colonum ſpe-
ctare ſup. admiſimus, *nu.* 12 *ita reſp. Natta d. conſ.*409. *ſub*
*num.*6. *verſ. Ex ſuperioribus, & Burſ. dicto. conſ* 25. *ſub nu.*3.
51 *verſ. Quia primo reſp. & ſeq. num.*4 *lib.* 1. & aduertit Natta,
quod licet Federicus dicat colonum teneri ad gabellam, &
alia onera, tamen intelligendum eſſe de alijs pariter reali-
bus, quia exempla declarant, in quibus terminis diſpoſitio
52 generaliter pronunciata procedat; verbi gratia (inquit
Natta) in decimis, vel ſi dominus ſtatuerat, quod quilibet
habẽs frumentũ, teneretur certo p̃tio vẽdere militibus, vel
portare ad exercitum, nimirum, quia hæc onera ſunt merè
53 realia. Secundò, reſp. procedere in fructibus iam perce-
ptis, qui amplius non ſunt cohærentes rei eccleſiaſticæ, ſed
tanquam effecti colonorũ dicuntur laici, nos autem loqui-
mur de collecta, quæ imponitur pro rebus, quæ non ſunt co-
lonorum, *ita reſp. Petrus de Vbaldis in dicto conſ. 2. poſt tract.*
de coll. num. 10. *quem ſequitur Sylu. dicto conſ. 9. ſub num. 25.*
verſ. Ad conſ. & Burſat. dicto conſ. 25. *ſub num.* 3. *verſ. Quia*
primò reſpon. & ſeq. num. 4. *lib.* 1. *& alij relati per Decianum*
54 *in conſ.* 51. *num.*4 *&* 5. *lib.* 3. dum dicit, rationem eſſe, quia
onus hoc reſpicit fructus, qui ſunt in dominio coloni, *& pul-*
*chrè etiam Botta dicto conſ.*87 *num.*32. dicens aliud in colle-
cta, quia imponitur perſonę pro bonis, ac terris; *ſic etiam*
*Eugen. dicto conſ.*96. *num.*13. *& Cattus apud Rimin. ſen. dicto*
55 *conſ.*740. *ſub nu.* 12. *verſ. Quamuis.* Tertiò, reſpon. diſtin-
guendo inter onus annexum contractum, & ſeparatum ex
Bald. & mox in reſponſione ad tertium argumentũ, nu. 59.
56 Quartò, reſpondeo ego, adeſſe magnã, & optimam ratio-
nem differentiæ, quia gabella ad portam non exigitur, tã-
quam a colono cuiuſquam; ſed collecta inducitur, & exigi-
57 tur, tanquam a colono. Quintò, reſpon. eſſe diſcrimen,
quia ſi colonus eſſet immunis a gabella, eadem etiam rõne
deberent eſſe immunes alij emẽtes ab ipſo colono, & ſic de-
inceps; id enim totum redundaret in vtilitatem Eccleſiæ,
58 quæ ideò carius locaret, at infinitas eſt euitanda; ergo. At

hæc

Digitized by Google

hæc ratio ceſſat in collectis, & oneribus, quæ imponuntur colonis Eccleſiæ; & ex his tribus potiſſimũ vltimis reſponſionibus colligere licet, quando habenda ſit ratio damni, ac commodi, quod per indirectum affertur Eccleſiæ.

59 Ad ſecundum verò, vltra quinque reſponſiones ad primum præcedens contrarium argumentum proximè recenſitas, quę pariter, & huic ſecundo conueniunt, additur etiam ſexta reſponſio, Bartholum eo loci poſt Dynum loqui de emẽtibus fructus ab Eccleſia ad negotiandum, quo caſu intrat particularis ratio, quare ad gabellam teneantur, quia ſlz, immunitas conceſſa nunquam extenditur ad ea, quæ negotiationis cauſa emuntur, ac venduntur, etiam in perſonis ipſorummet eccleſiaſticorum, ita declarat *Specul. tit. de immunit. Eccl. in fin. princip. & Zabarell in conſ. 12. ſub num. 2.* vbi ita nuncupatim explicat mentẽ Bartholi, prout & Menochius *in dicto conſ. 136. ſub num. 24. verſ. Non obſtat quartum, iuncto ſup. num. 5. poſt alios communiter, quos ibi recenſet, ſlz. glo. Card. Im. Gem. Franc. Salic. & Pract. Pap. in locis ibi per eum allegatis, Guido Pap. Alex. Iaſ. Dec. Rip. Tiraq. Ruin. Bero. Card. & Bertach.* admonens, vt benè aduertatur eos verè loqui in his terminis, & hac pręcipua ratione moueri.

60 Et ſi hic retorqueatur argumen. ex eo, quòd coloni pro ſua portione colonica, videantur quodammodo negotiatores, & mercatores, vt in ſpecie arguit *Menoch. dicto lib 2. cẽt. 6. caſu 562. num. 41. & 42.* Reſpondetur non eſſe intelligẽdum de tali negotiatione, ſed de eo, qui emit ad reuendendum, & ita verè loquuntur Doct. & vlterius etiam quoad colonos, licet aliquo improprio modo dici poſſent negotiatores, tamen adhuc quoad eos militarent alia fundamenta ſuperius recenſita, quæ in alijs negotiatoribus, & mercatoribus non verificantur, ideo non eſt facienda illatio.

61 Præterea idem Bartholus *in d. §. mercatores*, limitat oppoſitam concluſionem non procedere in oneribus extraordinarijs, *per tex. in l. pri. C. de priuil. domus Aug. & ſequitur Ioã. de Amicis dicto conſ. 18. num. 6. & Menoch. dicto conſ. 136. nu. 21. poſt Decium in dicto conſ. 48. ibi, ab eo allegatum.* At huiuſcemodi ſunt onera hæc, de quibus nos agimus, ergo.

Ad tertium reſpon. vt ſupra. ad primum, *ita Eugen. dicto con-*
62 *ſil. 96. num.* 14. Vel & ſecundo retorquetur argumentum,
63 nam onera iſta dicuntur annexa contractui inito inter Ec-
cleſiam, & colonum, *vt rectè conſiderat Syluanus in dicto con-*
ſil. 9. ſub num. 19. verſ. Et hanc concluſionem, quia inquit ip-
ſe onus ſeparatum, & ex interuallo contingens eſt exempli
gratia, gabella, quæ ſoluitur ad portam Ciuitatis, quæ vti-
que poteſt euitari, vendendo fructus in Comitatu, adeoq;
de illa non poſſit haberi certa ratio, quod ſecus hic contin-
64 git; vt patet. Vel & tertio reſpondetur, loqui Baldum in
decima, in qua repugnat auctoritas, & iuriſdictio collectā-
di, quia præſtatur Eccleſiæ, *ita Eugen. dicto conſ. 96. nu. 16. & 17.*

65 Ad quartum reſpondetur, per locationem non mutari cō-
ditionem perſonæ dominantis, ſiue dominium, ſiue vtilita-
tem & commodum inſpiciamus, quia adhuc perſona loca-
trix remanet domina, & immunitas in ipſius ſolius commo
dum redundat, vt ſupra oſtendi; & ſic potius argumen. re-
torquetur. Præterea ceſſat hæc oppoſita concluſio immu-
nitate reali, *Syluan. dicto conſ. 9. num.* 22. qualem eſſe hanc
oſtendi ſup. in quinto argumento. Inſuper intrat aliud ar-
gumentum damni per indirectum Eccleſiæ illati, de quo hic
ſupra num. 29.

66 Ad quintum reſpondetur, quod imo de iure videtur verior
opinio contraria; quod ſcilicet emphyteota, laicus bono-
rum Eccleſiæ ſit immunis pro ſuo vtili dominio, ſicut ſi to-
ta res pleno iure eſſet penes Eccleſiam, vt poſt Bartholum,
& alios multos tenet *Eugen. dicto conſ. 96. num.* 22. & latius
quoque tuetur nouem argumētis, *Syluanus d. conſ. 9. per tot.*
reſpondendo omnibus contrarijs; ſaltē ſub diſtinctione, an
emphyteuſis ſit conſtituta pro modico canone, vel pro ma-
gno, vt priori caſu militet oppoſitio, ſecus altero caſu; qa
tunc ſapiat naturam locationis, prout opiniones concor-
dando, diſtinguit *Brun. in d. cto tract. de ſtat. exclud. fœmin. art. 8. q. 22. col. antep. verſ. In ea igitur q. vſq; ad fin.* qua di-
ſtinctione attenta ſequitur retorcutio argumenti.

Præterea, vbi admittamus oppoſitionem veram in emphyteu-
ta, aliud tamen erit dicendum in colono, vt expreſsè not.

Idem

idem *Bal. in contrarium allegatus in dicta l.* 1. *C. de iur. emphyt. in d. verſ. Sextò.* & ratio differentiæ eſt, quia emphyteuta habet ius in re, & poſſidet, ſecus in colono, *Alexan. in conſ.* 4. *ſub num.* 7. *verſ. Et ex prædictis, lib.* 5. *& conſ.* 35. *num.* 12. *lib.* 4. Imò vtile dominium emphyteutæ nunquam fuit penes Eccleſiam dominam, ſed de nouo creatur in cõſtitutione ipſius emphyteuſis, *vt not. idem Syluan. vbi ſup. nu.*
Affert etiam aliam rationis diuerſitatẽ, *Botta in d. cõſ.* 87. *n.* 48. quia ſ. in emphyteuſi non ſit conſiderabile illud præiudicium indirectum Eccleſiæ, de quo hic ſupra dixi in tertio argumento; ea quippe ratione, quod canon emphyteuticus magis ad recognitionem ſuperioritatis detur, quam ad lucrum, & crumenam implendam.
67 Ad ſextum reſpon. totum hoc damnũ finaliter, & effectualiter in caput Eccleſiæ reflecti, vt ſup. num. 29. ergo. Se-
68 cundò reſpon. agi de immunitate reali, ac ideo etiam colonum illa frui debere pro ſua parte colonica, vt ſup. n. 44.
69 Tertiò reſpon. hæc onera mixta non imponi pro fructibus, ſed pro bonis ipſis, vt ſup. num. 14. & ideo non obſtare hoc argumen.
70 Ad ſeptimum reſpondetur, imò magis cõem opinionem eſſe in contrarium, vt ſup. hic, nu. 49.
71 Ad octauum reſpon procedere in caſu neceſſitatis, alias omnino ineuitabilis, adeo quod neceſſe ſit, conſtare, quòd niſi tales immunes, & ipſi ſoluerent, euitari non poſſet illa neceſſitas, vt latè proſequitur *Decian. videndus in dicto cõſil.* 51. *num.* 31. *& infra ſub num.* 40. *verſ. Tertiò. reſpondeo, lib.* 3. *& pulchrè Botta in dicto conſ.* 87. *num.* 48. dicens id procedere in periculo imminenti, puta quando hoſtes ſunt vicini, & Ciuitates quolibet mon ẽto vexantur, & ſic dubium eſt de ſtatu perſonarũ. & quod in his terminis procedit deciſio Oſaſchi 68. quæ in contrariũ ſolet allegari, & aliorum communiter, accedit *Zuccardus apud Riminaldum ſen. dicto conſ.* 739. *col. fin. verſ. Quare non teneantur, volum.* 4. dicens contraria procedere, quando talia onera a laicis non poſſunt abſque ſubſidio Religioſorum explicari, & atteſtans de communi; ſic etiam *Ludouic. Cattus ibidem apud eundem Rimin. ſen. in dicto ſeq. conſ.* 740. *num.* 7. addens etiam, quod

eo in

by Google

eo in caſu neceſſitatis ipſi Eccleſiaſtici,& eorum coloni non debent coacti ſoluere, ſed ſpontè,conſulto prius eorum Superiore, & poſt etiam Pontifice, vt ita quinque ſint neceſſaria, slz. Primò, maxima neceſſitas. Secundò, vtilitas communis. Tertiò, quod laici non poſſint ſupplere. Quartò, ꝙ ſpontè faciant. Et demùm quintò, quod conſulto Pontifice, poſt *Abbatem, & alios canoniſtas communiter;* & fortius p̄dicta locum habent, quando non agitur de particulari vtilitate eccleſiaſticorum, ſed in communi tantùm, *vt latè per Cattum vbi ſupra num.*8. *per totum*. Et rurſus *ante dicto num.* 8.*verſ.Praeterea, & ſub eod. num.*8. *verſ.In caſu autem iſto.* dicit animaduertendum, an talis neceſſitas potuiſſet euitari, ſed acciderit per malam adminiſtrationem gubernantium, quod & repetit infra *in verſ.Secundò, moneor.*

74 Ad nonum denique reſpon. quod imò fauorabilis eſt cauſa Religioſorum circa immunitatem eccleſiaſticã conſeruandam, attenta ratione finali, quare illis debeatur, *vt per Decian. in dicto conſ.*51. *num.*45. 46. *&* 47. *lib.*3.

75 Ita quod ex his clariſſimè pateat, colonos Eccleſiæ ita eſſe præſeruandos immunes ꝓ ſua parte colonica, ſicut ipſa Eccleſia, præſertim quia totum hoc commodum, vel incõmodum finaliter, & effectualiter reflectitur in caput ipſius Eccleſiæ.

76 Data autem, non tamen conceſſa per modũ ſuppoſiti contraria opinione, ad quam præcipuè allegatur *Theſaurus ſenior, & iunior in dicta dec.*116. Tamen ea contraria opinio patitur aliquas fallentias, quæ noſtro caſui conueniunt,&

77 Primò, fallit ea contraria opinio quoad hoſpitationes militum (de quibus nunc nos agimus) ita limitat *d. Theſaur. iun. in addit. ad d. dec.*116. *Theſauri ſen. in fin. verſ.Teneo tamen*, ea ratione, quia non ſit de honeſtate, vt in bonis,& do-

78 mibus eccleſiaſticis milites hoſpitentur. Et addit, quod neque etiam tenebuntur ad collectas, quæ ratione talium hoſpitationum imponuntur, & ita iudicaſſe Senatũ illum, exiſtente tũc præſide doctiſſimo Amadeo a Ponte, *idem notat Botta* in *conſ.*87. *col.fin. verſ. Et in omnem,* quod slz, coloni Eccleſiæ immunes ab hoſpitationibus militum, debent etiam eadem ratione præſeruari immunes ab alio onere il-

lius

lius loco ſubrogato per regulam ſubrogati, *vt etiam argumentatur Rol. conſ. 2. num. 31. vol. 4. & Alba conſ. 62. num. 8. & Ripa lib. 2. reſp. cap. 20. num. 4. Plot. in ſuo Repert. verbo, decretum Mediol. ſub Rubr. de oneribus, verſ. Et qui non tene-*
79 *tur.* Amplius ego pro confirmatione huius fallentiæ conſidero rationem differentiæ inter hoſpitationes militum, & alias collectas, quæ pro parte colonica exigi ſolent, quia licet hæ imponantur pro rebus, tamen effectualiter exiguntur a colonis, qui ſoluunt de parte ſua, quæ non eſt Eccleſiæ; at verò hoſpitatio fit in ipſis domibus, quæ ſunt Eccle
80 ſiæ, vt ēt aduertit *Cattus, de quo proximè infra*, ergo. Probatur etiam ex textu *in l. 1. C. de Epiſcop. & cler.* vbi dicitur clericos cum eorum mācipijs eſſe immunes ab hoſpitationibus militum, quod Accurſius ibi in fin. dicit contingere ſpeciali fauore Eccleſiæ, quod etiam notat *Cattus apud Rimin. ſen. vbi ſup. dicto conſ. 740. ante nu. 13. verſ. Tamen quia. vol. 4.* vt ſic pateat in hoſpitationib. militare particularem rationem.

81 Secundò etiam fallit, quando colonus paciſceretur cum ipſa Eccleſia, ſeu clerico, quod etiam ſua portio fructuum pro ſua parte colonica eſſet immunis, *ita limitat D. Menoc. dicto caſu 562. num. 56. poſt Marcabrunum, quem ipſe allegat in conſ. 18. num. 39.*

82 Tertiò fallit, quando in impoſitione onerum ſuper parte colonica non habetur ratio deductionis operarum, impenſarum factarum ab ipſo colono, *ita admittit Theſ. dicta dec. 116. ſub dicto num. 16. verſ. Nec obſtat*, & ego latius retuli ſup. hic nu. 18. vbi etiam oſtendi ita contingere in hoc Statu Mediolani.

83 Quartò fallit, quando collecta imponitur non pro fructibus, ſed pro bonis, ſic fatetur *Theſ. dicta dec. 116. ſub num. 14. verſ. Abbas autem, & infra in verſ. Ad auctoritatem.* at ita eſt in hoc caſu noſtro, *vt oſtendi hic ſup. num. 14.*

84 Quintò fallit, quando agit de immunitate reali, ideſt rebus ipſis conceſſa, *ſic admittit Theſ. in e. dec. 116. col. pen. in fin. verſ. Reſponderi poterit* & ita eſt in caſu noſtro, vt ſupra oſtendi, num. 44. ergo. Hæc autem fallentia deſtruit pænitus dictam contrariam opinionem: in hoc autem conſiſtit diſcri-

ſcri-

ſcrimen, quod ipſi contrarij negant immunitatem Eccleſię eſſe rebus conceſſam, cuius tamen contrarium ſupra oſtendi dicto num. 44.

Et hæc ſatis, quoad primum principale caput huius conſultationis, reſpiciens meram diſpoſitionem in puris terminis iuris communis.

RESPONSVM

Michaelis Angeli Cacciæ Iur. Conſ. Nouarien. quod Eccleſia, eccleſiaſticæq. perſonæ, eorum bona; necnon eorum coloni, ſeu conductores, aut affittabiles, vel alij quicunque dictorum bonorũ laboratores ſint de iure immunes ab onere, nedum hoſpitandi milites perſonaliter in eorum domibus, ſed etiam ab onere contribuẽdi pro dicta hoſpitatione; nec pro portione colonica, nec aliter quomodocunque, &c.

INITIVM A DOMINO.

QVæ vidimus obiecta fuiſſe Venerando Monaſterio Diuæ Mariæ Gratiarum Mediolani ad fauorem Mag. Communitatis Vigleuani a Perill. D. Senatore Madio dicti Vener. Monaſterij Conſeruatore; cauſam nobis præbent, vt in hac quaſi poſſeſſione libertatis ab onere hoſpitandi milites, vel contribuendi pro dicta hoſpitatione, in qua ſe eſse prætendunt, tam dicti RR. Monaci, quam eorũ etiam coloni, pro portione colonica, & bonorum Sfortiadæ conductores, ac manuteneri contendunt, de infraſcriptis in hoc iuditio poſſeſſorio articulis agamus.

Primus eſt, an actus hoſpitãdi milites ſit voluntarius, itaut in

eo tanquam voluntario, vbi aliud non interuenerit, aliqua quaſi poſſeſſio conſiderari non poſſit.

Secundus eſt, an in iure incorporali negatiuo detur quaſi poſſeſſio, vbi factum hominis non interuenit, & deinde actus illi contrarius.

Tertius eſt, an poſito, quod quaſi poſſeſsio etiam aliquo hominis actu non intercedente in iure detur, hæc in caſu iſto poſſit allegari, ex quo Communitas Vigleuani reperitur in vniuerſo in quaſi poſſeſſione diſtribuendi hoſpitia militibus in toto eius Comitatu, ſeu Prouincia; aut cogendi Comitatenſes ad contribuend m pro dicta militum hoſpitatione.

Vltimus eſt, cui incumbat onus probandi, vel actualem militum hoſpitationem factam, aut non factam eſſe, aut contributiuam ſaltem interueniſſe, aut non. Ex horum enim articulorum diſcuſſione, exiſtimo obiectiones pro more ſuo ſubtiliter excitatas, nihil obeſſe poſſe intentioni præf. Vener. Monaſterij eius colonorum, & conductorum, ſed omnino interloqui debere Perilluſt. D. Senatorem, quod pendente lite nihil innouet.

Quod igitur attinet ad primũ, conueniunt omnes ex actu merè voluntario, nullam quaſi poſſeſſionem alicuius iuris incorporalis acquiri poſſe, vbi factum hominis non interuenerit, & actus illi contrarius, l. qui luminibus x. vbi glo. de ſeruit. vrb. præd. in motiuis allegata l. Proculus, de damn. infect. de qua in eiſdem motiuis, cum alijs multis adductis per Didac. Couu. in repet. c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. in ſecunda parte relect. in §. 4. num. 6. vbi plenè, ſed diſcordant in hoc, an actus collectandi, ſeu hoſpitandi ſit merè voluntarius, aut neceſſarius, licet enim Alex. conſ. 136. nu. 19. lib. 2. requirendo interpellationem, & deinde contradictionem innuere videatur hunc actum voluntarium eſſe, & idipſum affirment Abb. conſ. 101. nu. 7. verſ. Quinimo, parte pri. Rimin. iun. conſ. 10. nu. 29. & quampluribus ſequẽtibus, & præcipuè num. 35. conſ. 34. nu. 23. lib pri. ad quæ conſilia ſe remittit in conſ. 589. nu. 58. lib. 5. & alij quos refert, Vucumbech. in conſ. 198. nu. 2. & nu. 42. par. 2. Tamen eſſe neceſſarium tam ex parte imponentis, quàm ex parte debentis ſoluere omnino tradiderunt Crau. in conſ. 111.

nu. 22. verſ. Sed iſte actus, & in conſ 775. col. pen. verſ. Non obſtat neceſſarium. lib. 5. vbi ex parte debitoris actum eſſe neceſſarium, ait, quia ſi ſoluere recuſat, in iuditium vocatur; Ex parte verò Communitatis itidem, cum ab omnibus collectas ex æquo exigi oporteat, id eſt pro modo facultatum cuiuſque, ne cum aliqui releuantur onere, id aliorum cedat, vnde ſubdit contra Alex. à Senatu Grationopolitano iudicatum, & contra Alex. idem affirmat Natt. conſ. 406. nu. 20. & ſeq. lib. 2. Tob. Non. in conſ. 47. num. 45. Feſtaſ. de collect. p. 4. c. 4. nu. 18. & ſeq. Surd. conſ. 234. nu. 44. lib. 2. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 3. nu. 12. Fab. de Anna conſ. 59. nu. 67. vol. 1. Eugen. conſ. 92. à nu. 32. vſq; ad nu. 37. optimè Cephal. conſ. 176. nu. 45. vt ex, & ex ſequẽtibus lib. 2. Ant. à Sola in Comment. conſt. Sabaud. in tit. de iure emph. in verbo Decreti licet iure tertiæ part. glo. 2. num. 12. & vbi & ipſe inquit Senatum Pedemont. ſæpiùs contra Alexandrum iudicaſſe; quare idem Crau. in memor. conſ. 111. non diſſimulata hac difficultate ſub nu. 2. reſpondit ſub nu. 22. diſtinguendum eſſe, quod aut ſumus in facultate & voluntate mera, & pura aliquid faciendi, hoc eſt ea, quæ competit alicui affirmatiuè, & negatiuè ad libitum, vt eſt facultas optandi, quæ datur Canonicis, facultas eundi ad coquendum panem ad quodlibet furnum, ad molendum triticum ad quodlibet molendinum, & ædificandi in ſuo, & tunc ſi quis dixerit ſe eſſe in quaſi poſſeſſione impediendi liberam hanc facultatem optandi, eundi ad coquendum panem, aut molendum triticum vbi voluerit, ſeu præſcripſiſſe negatiuè hanc facultatem, itaut non competat amplius libera facultas optandi, coquendi, ſeu molendi, quæ præſcriptio ſine poſſeſſione, ſeu quaſi non datur l. ſine poſſeſſione, de vſucap. c. ſine poſſeſſ. de reg. iur. in 6. hoc in caſu, nec quaſi poſſeſſio; nec præſcriptio etiam centenaria conſiderari, aut allegari poteſt, quia verſamur in actibus merè voluntarijs, & qui ſunt merè facultatis, niſi factum hominis interuenerit, interpellatio ſcilicet, & contradictio l. viam, de via pub. aut verò ſumus in iure, ſeu facultate, quæ voluntatis eſt, ſed ea quis vti nõ poteſt, ac frui ex ſe ipſo abſq; miniſterio aduerſarij, vt in facultate exigendi vectigalia,

qua

qua Fiſcus vti non poteſt ſine miniſterio ea ſoluentium, aut collectas imponendi, ſeu diſtribuendi militum hoſpitationes, qua Princeps, aut Communitas vti non poteſt abſque miniſterio eorum, qui illas ſoluant, aut milites hoſpitio recipiant, vt hic, & hoc in caſu includit Crau. dicto nu. 22. & duobus ſequentibus, quod cum iſta non dicatur vera, propria, & mera facultas, nec hoc eſſe meræ voluntatis, ſed potius ius quoddam, quod poteſt in iuditium deduci, & peti, ſi non præſtatur, non petens abſq; alio facto in negligentia conſtituitur, & ſine dubio poteſt ius iſtud quaſi poſſideri, aut præſcribi negligentia eius, cui debetur non petentis abſq; alio facto hominis, & ſic ſine interpellatione, & contradictione quamuis actus aliquo modo voluntarius ſit, & hoc ipſum approbat in ſuo tract. de ant. temp. in vlt partic. 4. p. principalis num. 37. & ſeq. vbi propterea dicit dictum Alex. eſſe falſiſſimum. Angel. Imol. & Roman in l. ſi finita, §. poſtea autem, de damn. infect. Alex. Aret. Rom. & ibi Iaſ. in l. quamdiù, Lap. nu. 15. de acq. hæred. Dec conſ. 164. non fuiſſe propoſiti mei nu. 4. Corn. conſ. 305. col. fin. verſ. 2. ſoluitur lib. 3. Franc. Veg. conſ. 33. nu. 2. 3. Ant. Gabr. commun. opin. in tit. de præſcript. lib. 5. concl. 10. nu 8 in prima limit. Pancin conſ. 65. nu 8. alios refert Cephal. conſ. 176. nu. 45. & 4. ſeqq. lib. 2. Eugen. conſ. 92. nu 36. Hond. conſ. 82. num. 9. lib. 1. Ant. à Sala in comment. ſuper conſt. Sabaud. in tit. de iur. emph. Decreti licet iure 3. p. gl. 2. nu. 12. in tertia col. verſ. Quod autẽ impręſcriptibilia. Schrad. in conſ. 21. nu. 194. par. 2. Io. Garſ. de Hiſp. nob. glo. 35. nu. 57. in 3. col. verſ. 6. Quia, fol. mihi 350. Fontan. de pact. nupt. cl. 4. glo. 17. nu. 17. qui omnes vno ore concludunt, etiam in materia collectarum framigeratum illud conſil. Alex. 136. lib. 2. ſæpius allegatum, dum in actibus voluntarijs, & quæ ſunt facultatis opinatur, nullam dari poſſe quaſi poſſeſſionem non ſoluendi, aut præſcriptionem conſiderari, niſi interueniente facto hominis, & ſic à die requiſitionis, & contradictionis procedere in illis pro quibus nullum competit ius in iuditium deducibile puta in exemplis furni, molendinis, & alijs ſupra deductis, non autem in illis, pro quibus competit ius in iuditium deducibile, tunc enim

concludunt omnes hæc iura ex ſola negligentia non petentis, quaſi poſſideri,& præſcribi poſſe, & ſi actus aliquo modo voluntarij, aut facultatis dici poſſint, Quare cũ Communitas Vigleuani deducere, & agere potuerit, vt vnuſquiſq; pro rata prædiorum onera hoſpitationum ſubiret,& conductores, ſeu coloni pro eorum portione colonica ea ſuſtinerent, aut actu, aut medio contributionis, nulli dubium, quin per eorum negligentiam in petendo acquiſiuerint, quaſi poſſeſſionem libertatis ab onere hoſpitandi, & onere contribuendi pro dicta militum hoſpitatione.

SEcundus articulus eſt, an in iure incorporali negatiuo detur quaſi poſſeſſio, vbi factum hominis non interuenit, & deinde actus illi contrarius, in quo nemo eſt quid eſſentiat, quominus acquiſita intelligatur, quaſi poſſeſſio huius iuris, ſi præceſſerit factum hominis, vt prohibitio, ſeu tranſmiſſio militis ad hoſpitandum, & deinde contradictio ſubſecuta fuerit, qua facta ab hoſpitatione ſe abſtinuerint, idque probatur prætextu d. l. hæc autem iura, & per glo. in l. qui luminibus. de ſeruit. vrb. præd. & per omnes in l. 1. & 2. C. de ſeruit. & aq. vt pulchrè probat Didac. in repet. d. c. poſſeſſor. vbi alios refert in 2. p. de lect. § 4. nu. 6. præſertim in verſ. huic ſanè obiectioni, ſed in caſu noſtro interueniſſe videtur iſtud factum hominis vltra ceſſationem hoſpitandi, aut contribuendi pro dicta hoſpitatione, quia factus fuit repartus hoſpitationis actualis Ciuitati Vigleuani, & eius Comitatui, ac etiam onerum ipſi Ciuitati, & Comitatui indictorum pluriesq; id euenit, & nihilominus cõductores, & coloni bonorum Sfortiadæ immunes, & exempti præſeruati fuerunt, itaut interuenerit actus contrarius regiſtrationi, ſeu impoſitioni onerum, quæ aut in hoſpitando, aut contribuendo conſiſterent, & ſi vrgeret neceſſitas cogendi ad hoſpitationem, aut exigendi collectam, nihilominus neminem hoſpitio receperunt, neq; alias ſolutiones fecerunt, ita vt ex hoc factum tàm ex latere Communitatis, quàm ipſorum colonorum, & conductorum interueniſſe dicatur, & ob id quaſi poſſeſſio, ac præſcriptio conſiderari poſſit, ita tradit Crau. in præcitato conſ. 111. nu. 24. ac num. 25. verſ. non obſtat, dictum Io. Andreæ Natt. conſ. 406. nu. 19. 20. &

conſ.

conſ. 446. nu. 15. lib. 2. vbi dicit non poſſe dici interueniſſe ſimplicem non vſum, ſed non vſum habentem implicitum actum contrarium, & ſic contrarium vſum, quando euenerunt onera, & collectæ etiam impoſitæ fuer. & exactæ à cæteris, præterquam ab ipſis colonis, & conductoribus iſtæq; non vſus non ſoluendi ſoluentibus cæteris, vt ait Natt. habet actum implicitum contrarium, per quem elicitur tacitus conſenſus populi, vt ipſi ſoluere non debeant, & conſequenter factum dicitur hominis interueniſſe, quo caſu quaſi poſſeſſio datur in iure negatiuo latè Burſat. conſ. 186. num. 13. 14. lib. 2. Auguſ. conſ. 5. nu. 6. 7. 8. lib. 7. Sim. de Præt. conſ. 170. nu. 35. 39. 40. Fab. de Anna conſ. 60. nu. 9. & quamplutibus ſequentibus lib. 1. Menoch. conſ. 887. nu. 54. lib. 9. alioſq; plures refert. Ant. à Sola in dictis Comment. nu. 12. verſ. Quia loco, qui omnes in hoc co͂ueniunt, pro facto hominis, ac loco eorum, quæ requiſiuit Alex. d. conſ. 136. lib. 2. ſufficere ad acquirendam quaſi poſſeſſionem, & inducendam præſcriptionem caſus eueniſſe cogendi ad hoſpitandum, & contribuendu͂, & nullam alijs ſoluentibus per Communitatem, ſeu eius agentes factam fuiſſe interpellationem dictis conductoribus, & colonis, refertq; contra Alex. Senatum Pedemi pluries iudicaſſe.

Tota igitur vis in eo conſiſtit, an in iure incorporali negatiuo, quaſi poſſeſſio co͂ſiderari poſſit, vbi factum hominis non interuenit, qua in re Alex. d. conſ. 136. nu. 19. verſ. item ad hoc lib. 2. per text. in §. hæc autem iura, de ſer. vrb. præd. ad ſimilitudinem ſeruitutis in puncto dicit nullam quaſi poſſeſſionem, aut præſcriptionem, quæ ſine poſſeſſione, vel quaſi non procedit, conſiderari poſſe, & per eundem text. Rub. Alex. conſ. 21. nu. 3. necnon & Natti conſ. 406. nu. 22. lib. 2. ac Rimin. Iun. conſ. 589. nu. 50. lib. 5. qui in iure collectandi ad ſimilitudinem ſeruitutis factum hominis requirunt, vt quaſi poſſeſſio, aut præſcriptio admittatur.

Tamen etſi verum ſit Alex. ita ſenſiſſe, & poſt eum multos alios, qui deſeruiendo cauſæ ipſum ſequuti fuerunt, indubitatum eſt, & quaſi poſſeſſionem, & præſcriptionem, quæ ſine quaſi poſſeſſione non procedit in hac collectandi, & hoſpitandi materia, prout in puncto obſeruat Crau. conſ. 141.

nu. 3.

nu.3. in fine, ac Natt.conſ.449. nu.3.in fine conſiderari, & admitti quotieſcunq; oblata occaſione hoſpitādi, aut contribuendi, & facto re partito, alijſq; ſoluentibus iſti coacti non fuer. ad hoſpitandum, & contribuendum, ſed Communitas id ſciens paſſa eſt, ipſos Sfortiadæ Colonos, & conductores exemptos ab omni onere abire hæc enim patientia, vt volunt Doctores, cum ſcientia, quod non recipiant hoſpitio milites, vim habet præcepti ad hoſpitandum, & contribuendi, ac ſubſequutæ contradictionis, & demum conſenſus Coītatis, quod iſti non ſoluerēt, nec milites hoſpitio reciperent, ita vt hoc pro facto Cōmunitatis, & quaſi poſſidentis, ſeu præſcribentis ſufficiat, tam ad acquirendam quaſi poſſeſſionem libertatis ab onere ſoluendi, & hoſpitādi, quàm ad eam libertatem præſcribendam, quæ præſcriptio, vt iam ſæpius dixi, ſiue quaſi poſſeſſione non procedit, & ita tradunt idem Alex. ſibi contrarius in conſ. 30. nu. 12. lib. 5. Ruin. in conſ. 217. nu. 13. verſ. Non obſtat etiam, lib. pri. & cōtra Alex. ſcimus omnes ita tenuiſſe Crau. in ſæpius alleg. conſ. 111. nu. 30. qui licet loquatur in præſcriptione tamen in fine dicti nu. 30. ait, quod ſi inducitur præſcriptio ex tali non vſu iuncta patientia, & ſciētia non vtentis ergo per prius, & in antecedens neceſſarium acquiſita eſt poſſeſſio, ſeu quaſi libertatis non ſoluendi, quia alias, inquit, ſine poſſeſſione, ſeu quaſi præſcriptio conſiderari non pōt, l. ſine poſſ. ff. de vſucap. & nu. 10. verſ. Alibi, ſcribit Paulus, ad prædictorum confirmationem, inquit; quod ſicuti filius efficitur ſui iuris, quando pater longo tempore permittit eum ſtare in quaſi poſſeſſione libertatis, ita & ſi quis ſteterit in quaſi poſſeſſione non ſoluendi, acquirit libertatem, & nu. 21. verſ. Nec obſtat dictum Alex. ac nu. 22. & duobus ſequentibus, ac nu. 26. verſ. Ex quibus concludo, per prædicta determinat agi potuiſſe eo in caſu poſſeſſorio reintegrandæ ad quaſi poſſeſſionem libertatis contra ſolutionem collectarum, itaut tam in quaſi poſſeſſione, quàm in meritis circa præſcriptionem, Crau. fuerit contra Alex. plenè locutus, cuius dictum eſſe falſiſſimū omnino probauit etiam in ſuo tract. de ant. temp. in vlt. p. 4. p. partis principalis, nu. 36. & duobus ſequentibus, Natt. in conſ. 406. num. 12. & ſeqq.

Digitized by Google

& ſeqq. ac nu. 19. 20. 21. vbi hoc modo reſpondet d. Alex. & conſ. 446. nu. 15. verſ. Nec eſt vera indiſtinctè ſententia Alex. lib. 2. Tob. Non. conſ. 47. nu. 45. Rol. a Vall. conſ. 5. nu. 61. lib. pri. Surd. conſ. 234. nu. 34. lib. 2. vbi dicit, quod in collectis ſufficit, quod fuerint aliquando impoſitæ collectæ, & a multis exactæ; quod ſi tunc aliqui non ſoluunt, cõſtituuntur illi in quaſi poſſeſſione libertatis, & conſ. 525. nu. 9. 10. verſ. Et quamuis, Alex. lib. 4. idem Natt. conſ. 627. nu. 5. verſ. Quinimò expreſsè affirmat, quod ſi quis non ſoluit onera, cæteris ſoluentibus conſtituitur in quaſi poſſeſſione non ſoluendi, in qua manutenendus eſt etiam contra Fiſcum, & conſ. 649. in eadem cauſa lib. 4. magis plenè pertractans articulum vtrum in poſſeſſorio homines Montis Buſſarij obtinere deberent contra Reg. Fiſcum, nu. 2. tradit, quod ſi dicti homines non ſoluerunt onera vnquam impoſita per Duces Mediolani, dicuntur eſſe in quaſi poſſeſſione onera non ſoluendi, attenta ſcientia, & patientia Ducum, ſeu eorum Officialium, qui a dictis hominibus onera non exigebant ex quo in incorporalibus ſcientia, & patiẽtia aduerſarij idem operatur, quod traditio in corporibus l. quoties. ff. de ſeruit. l. 3. §. dare. ff. de vſufruct. Quare nu. 3. addit, ꝙ vbi quis non ſoluit onera, ſoluentibus cæteris cõſtituitur in quaſi poſſeſsione onera non ſoluendi iſtudq́; cõprobat ea ratione, quia tunc incipit currere præſcriptio, vt multis probat dicto num. 3. Si igitur ab eo tempore, ait Natt. incipit currere præſcriptio, quo cęteris ſoluentibus, quis non ſoluit conſequens eſt, vt cõſtituantur in quaſi poſſeſsione nõ ſoluẽdi, q. a ſine poſſeſſione ſubdit non procedit præſcriptio, & ſic apertè decidit caſum iſtum Pet. Ant. Ang. in conſ. 5. à nu. 7. vſq; ad fin. lib. 7. Eugen. in conſ. 92. nu. 39. & ſeqq. Fab. de Ann. conſ. 59. num. 57. & ſeqq. & num. 67. & ſeqq. lib. pri. vbi dicit opinionem Alexandri non eſſe veram, & conſ. 60. nu. 12. lib. pri. Vinc. de Ann. alleg. 128. nu. 8. p. 2. idem affirmat Sim. de Præt. in conſ. 170. a nu. 36. vſque ad num. 42. Menoch. in conſ. 887. nu. 54. lib. 9. Ideo idem Crau. in conſ. 775. in colu. penult. verſ. Non obſtat neceſſarium, lib. 5. inquit ſe aduocante areſtum, latũ fuiſſe contra Alex. a Senatu Grationopolitano, Ant. a Sola in

Com-

Comment. Conſt. Sabaud. in tit. de iure emphyt. in glo. 2. 3. pri. nu. 12. qui atteſtatur contra Alexandrũ pluries fuiſſe iudicatum a Senatu Pedem, vt loco prædictorum quattuor requiſitorum, quæ cõmemorat Alex. ſufficiat onera ſupportata non fuiſſe, & contigiſſe caſus interpellandi, ac ſoluendi nulla per Communitatem, aut agentes ipſius facta interpellatione, ad effectum vt quis conſtituatur in quaſi poſſeſſione non ſoluendi, aut præſcribat, quæ præſcriptio ſine quaſi poſſeſsione non procedit, vt ſupra, Gaſp. Ant. Theſ. q. forenſi 8. par. pri. num. 6. pariter aſſeuerat contra Alex. eſſe communem, & ſufficere, quod tria interueniant caſus contingens impoſitionum factarum taciturnitas Cõmunitatis, & quod non fuerit impedita agere, & nu. 9. diſtinguendo tres caſus in propoſito refert cauſas plures, in quibus fuit a Senatu Pedemontano ita iudicatum, & q. 76. in fine ex hoc deducet quaſi poſſeſsionem non ſoluendi Camillus Borell. in conſ. 74. num. 53. & ſequenti, Achill. Pedroch. conſ. 37. nu. 100. & ſequenti, itaut ex hoc fundamento apertè colligatur hanc quaſi poſſeſsionem omninò attẽdendam eſſe, & ſi factum Communitatis poſitiuum, nempè interpellatio ad ſoluendum, vel hoſpitandum, neque dictorum colonorũ, aut conductorum interuenerit. ſ. contradictio facta, prout receptum eſſe probauimus.

Secundò, vt apertè colligitur Alex. d. conſ. 136. nu. 19. verſ. Item ad hoc, lib. 2. mouetur textu ſæpius alleg. l. hæc aũt iura, de ſer. vrb. præd. prout, & Rub. Alex. d. conſ. 21. nu. 3. necnon & Natt. d. conſ. 406. num. 22. lib. 2. ac Rimin. Iun. conſ. 589. nu. 50. lib. 5. qui in iure collectandi ad ſimilitudinem ſeru tutis factum hominis in acquirenda quaſi poſſeſsione libertatis ab oneribus requirunt.

Sed in materia ſeruitutis diſtinguitur, quod aut agitur de acquirenda libertate contra ſeruitutem ruſticam, & tunc per ſolum non vſum habẽtis ſeruitutem acquiritur abſque aliquo facto ſeruitutem debentis, veluti ſi ſeruitutem viæ habeam, vel aquæ ducendæ hæ amittuntur, ſi per longum tempus per fundum ſeruientẽ non iuerim, vel aquam per idem tempus non duxerim abſq; eo, quod neceſſum ad id ſit tuũ aliquod factum.

Aut verò agitur de acquirenda libertate contra ſeruitutẽ vrbanam, & tunc non acquiritur ex non vſu habentis ſeruitutem, ſed ex facto, & poſſeſsione acquirentis libertatem, & ideo eius factum ſemper requiritur d. l. hæc autem iura, de ſeru. vrb. præd. quæ clarè, & apertè deſtinctionem hanc noſtram facit, & ibi Bart. & cæteri, & in l. pri. C. de de ſeruit. & aq. vbi Bald. nu. 7. circa finem 8. 12. & Anton. de Padilla nu. 14. ac num. 38. Cæpol. de ſeru. vrb. præd. in c. 24. nu. 6. latè Maſcar. in concl. 1215. nu. 35. & Rot. Rom. in deciſ. 109. p. 2. in nouiſs. ex modernis Ludou. de Caſan. planè conſ. 41. nu. 19. & ſequentibus, præſertim nu. 25. Io. Petrus Fontanella de pact. nupt. il 4. glo. 17. nu. 75. & ſequentib. ſed onus hoſpitandi æquiparatur ſeruituti ruſticæ, non aũt vrbanæ, & ideo dicitur onus ruſticum, & maximè quando tractatur de hoſpitatione recipienda in Comitatu, vt apparet ita pronuntiatum fuiſſe anno 1441. a duobus Delegatis tunc Ducis Mediolani fauore Ciuium Papienſiũ, quod etiam ad eiuſdem Ciuitatis fauorem confirmauit Illuſtriſs. Dux Franciſcus anno 1524. & tertio loco ita etiam Mediolani fuit declaratum anno 1580. die 24. Iulij, a ſecretiore Conſilio ad preces Vicarij Prouiſionum, & præterea idem oſtendunt mille alię ordinationes, in materia hoſpitationũ editæ, quarum verba, & effectus ſemper in ipſos diſtrictuales, & rurales diriguntur, ſi ergo hoſpitationis onus ſeruituti ruſticæ aſsimilatur dubio procul quaſi poſſeſsio libertatis non ſoluẽdi acquiritur, nec hoſpitandi per ſolum non vſum Communitatis habentis ſeruitutem, ſeu ius ad cogẽdum abſque aliquo facto dictorum colonorũ, & conductorum, quando euenerunt caſus, & impoſita onera, nec fuerunt requiſiti ad hoſpitandum.

Poſtremò cum viderim allegari quaſi poſſeſſionem immemorabilem, non eſt dubium ex hoc tempore præſumi quaſi poſſeſſionem acquiſitam, eo modo, & forma, quæ iure neceſſaria eſt, & ſic ſi neceſſaria erat interpellatio, quod illa interuenerit, & deinde actus illi contrarius, nimirum contradictio dd. colonorũ, ita tradit Didac. Couuar. in c. poſſeſſor, in 2. par. Delect. §. 4. nu. 6. in 2. col. verſ. Poſterior reſponſio, quem ſequitur Io. Garſ. de Hiſp. nob. glo. 35. nu. 57.

in 2. col. circa medium, Fontanella de pactis nuptial. in cl. 4. glo. 17. à nu. 37. vſq; ad nu. 42.

TErtius Articulus eſt, an poſito, quod quaſi hæc poſſeſſio, etiam aliquo hominis actu non intercedente iure, detur, hæc in caſu iſto poſſit allegari ab ipſo Vener. Monaſterio, ac ipſius colonis, ex quo Communitas Vigleuani reperitur in vniuerſo, in quaſi poſſeſſione, diſtribuendi hoſpitia militibus in toto eius Comitatu, ſeu Prouinciæ.

Dubium oritur, prout in motiuis ex eo, quod poſſeſſio, ſeu quaſi in iuribus vniuerſalibus intelligitur probata, quandocunq; appareat de actu facti in aliquo de comprehenſis in vniuerſo, licet ſingulariter, & in indiuiduo actus, de quo agitur, non tangat rem, quam eſſe poſſeſſam contenditur, vt tradunt in l. 3. Bart. nu. 4. & alij. de acq. poſſ. & in l. licitatio, §. earum, in fine, de publ. & vectig. & in c. cum dilectus, vbi Innoc. ante nu. 4. de Capell. Monach. & alibi paſſim Doct. Quod ſi poſſeſſio, ſeu quaſi remanſit penes Communitatem Vigleuani collectandi, & cogendi ad hoſpitationem præfatos colonos, & conductores, ergo nulla dici poteſt acquiſita dicto Monaſterio, eiuſq; colonis, & conductoribus.

Reſpondetur tamen primo id habere locum, quando conſtat aliquando hæc bona fuiſſe collectabilia, & dictos conductores fuiſſe obnoxios d. hoſpitationi; At ſi bona ſemper fuerunt libera, nec d. coloni, & conductores vnquam fuerint iure ſubiectionis coacti ad hoſpitandum, tunc non acquiſita, ſeu conſeruata dicitur quaſi poſſeſſio collectandi, ſeu hoſpitandi quoad illos, ſed exempti intelliguntur præſeruati, quia illi titulum haberent, nec Communitati ius aliquod competeret collectandi, ſeu cogendi ad hoſpitationem, ita in punctualibus terminis reſponderunt Corn. conſ. 268. nu. 23. in 2. col. circa fin. verſ. Non obſtat quinta ratio, lib. 4. Ruin. conſ. 217. nu. 13. verſ. Et ſi dicatur, lib. 1. Euerard. Sen. in conſ. 3. in 5. col. verſ. 1. Quod hoc benè procederet, Hæc verò bona prouenerunt à Ducibus Mediolani, & ab illis in Venerandum hoc Monaſterium tranſiuerunt libera, & immunia, itaut nunquam collectabilia facta fuerint, & cum hæc prærogatiua Ducum rebus indita, vt in

ſpecie

ſpecie obſeruant Crau.conſ.586. conſ.726. lib.4. conſ.770. lib.5. Syluan. conſ.66. & conſ.73. par.2. Cephal.in conſ.58. nu.55. verſ.Secundò placet, lib.1. Rimin. ſen. in conſ. 202. nu.4. lib.2. Burſat.conſ.25.nu.9.10. & conſ 42.nu. 12. lib.1. Bertaz.conſ.ciuili 42. nu.1. cum ſeq. ac nu.6.& nu.27. cum ſeq. Surd. conſ. 525. num.29. verſ. Tertio reſpondeo, lib. 4. Lanc. Gallia conſ.25. nu.132. & ſequentibus. Ergo non potuit Communitas Vigleuani nec acquirere, nec retinere, aut conſeruare quaſi poſſesſionem, mittendi milites ad hoſpitandum, quam acquirere non poterat ante allibrationem, ſeu regiſtrationem bonorum in æſtimo.

Secundò reſpondetur, prædictam obiectionem non procedere, quando in parte Prouinciæ aliter ab aliquibus ſciente, patiente, & tolerante Communitate obſeruatum eſt, vt in caſu præſenti, tunc enim vel acquiſitio poſſesſionis in toto, aut illius retentio, vel conſeruatio allegari, & prætẽdi non poteſt per vſum partis, ità in his terminis tradit Euerard. ſen. in conſ. 3. in 6. col. verſ. Tertio etiam, Neq; enim Monaſterium hoc in caſu, & eius conductores, ac coloni dicuntur aliquam quaſi poſſesſionem acquiſiuiſſe, ſed ſolum in eorum libertate continuaſſe.

VLtimus articulus eſt, cui incumbat onus probãdi actualem militum hoſpitationem factam, aut non factam eſſe, aut contributionem interueniſſe, quod eſt fundamẽtum memoratæ quaſi poſſesſionis, an ſcilicet probata fuerit, nec ne, in quo dicimus, quod cum Monaſterium, eiuſq; coloni, & cõductores allegant ſe per quadraginta annos, ac etiam centum, & vltra non ſoluiſſe non requiri, quod probent negatiuam, ideſt, quod non ſoluerint, vt dicantur eſſe in quaſi poſſesſione non ſoluendi, ſed ſufficere ſolum temporis curſum quadraginta annorum, ita voluit Corn. in conſ. 268. num.21. verſ. Accedat etiam, lib.4. & poſt alios Crau.conſ. 111. nu.11. lib.2. Natt. in conſ.406. nu.11. & ſeqq. vbi dicit, quod ſufficit allegare ſe non ſoluiſſe, cum facta nõ præſumantur, niſi probentur quodq; nũquam reperietur, quod qui adducit quaſi poſſesſionem, ſeu præſcriptionem aduerſus aliquod debitum teneatur probare ſe non ſoluiſſe, ſed hoc pertinet ad aduerſarium, quæ prætendidit ſolutionem

eſſe factam, aut milites hoſpitio receptos, & conſ.446. nu. 14. lib.2. & conſ.627.num.2.in fine, ac num.3.vbi repetit, quod neganti ſe ſoluiſſe non incumbit onus probandi negatiuam, ſed ſufficit ſola allegatio, iuncto curſu legitimi temporis, & conſ.649. nu.4.5.6. lib.4. Surd.in conſ.234 nu.35. lib.2. & conſ.525. nu.10.11. lib.4. Petr.Ant.Anguſ.conſ.5. num. 11. 12. lib. 7. vbi dicit, quod cum aliquos non ſoluiſſe onera conſiſtat in negatione, non eſt ab eis probatio exigenda, cum omnes negationes ſint liquidæ iuris probationes, ſintq; probatæ eo ipſo, quod non probatur contrariũ, addens, quod & ſi negatiua, vbi eſt fundamentum intentionis, vel exceptionis, debeat à negante probari, hoc tamen non procedere, quando quis eſt in quaſi poſſeſſione nõ ſoluendi, quia tunc onus probandi eum non ſoluiſſe, aduerſario incumbit Fab. de Ann. conſ.59. nu.64. & conſ.60. nu.8. lib. 4. Gaſpar Ant.Theſ. quæſt.76. num. 4. p.1. Rimin.iun. conſ.589. nu.1. cum ſeqq. lib.5. Lanc.Gall.conſ.94. nu.27. Burſ. conſ.138. nu.49 conſ.186. nu.20. lib.2.

Et vbi negatiua hæc foret probanda, ſatis probata remaneret ex libris Communitatis, vel exactoris, in quibus nec Monaſterium, eiuſq; bona, nec eorum conductores, aut coloni reperiuntur deſcripti, cum alijs, qui hoſpitio receperunt milites, aut contribuerint pro ſtipendijs militum, hoc enim modo probari negatiuam tradit Bart. in l. Titiæ textores, 2.not.de leg.1. & in l.fin. C.de reb.cred.& in punctualibus hiſce terminis ita probari negatiuam, quod ſoluta nõ fuerint onera, & ſic extet in quaſi poſſeſſione non ſoluendi voluerunt Curt.iun.conſ.106. nu.10. Corn.conſ.258. num.21. lib.4. Crau.conſ.111. nu.13. Natt conſ.301. nu.4.verſ.Hac autem, conſ.406.nu.11. lib.2. conſ.627.nu.3. conſ.649.nu. 7. lib.4. Anch.Reg.quæſt.50. nu. 9.10. p.2. Purp.conſ.565. nu.5.lib. 2. Burſ.conſ.186.nu.18. lib.2. Pet.Ant.Anguſ.conſ. 5. nu.13. lib.7. Lancell.Gall.conſ.94. nu.28. Alb.conſ.290. nu.4. lib. 2. qui dicit poſſeſſionem non ſoluendi probari eo ipſo, quod in libris Cameræ, ſeu Communitatis non reperitur ſcriptum, quod fuerit ſolutum, Fab.de Anna conſ.59. num. 56. lib. 1. Tenetur enim Communitas agens exhiberi regiſtra, & impoſitiones præteritas, ac quinternetos exactio-

ctionum, & libros ad comprobandam huiuſmodi negatiuam, cum actor teneatur edere reo ad exceptionem ſuam fundatam, l. procurator, & l. fin. C. de edendo in terminis, Purp. in conſ. 412. num. 18. lib. 2. Ant. à Sola in comment. conſt. Sabaud. in tit. de iure emph. in gl. 2. 3. pri. num. 12. in principio pronuntiandum eſt igitur, vt pendente lite in petitorio, attenta hac quaſi poſſeſsione, nihil à Communitate Vigleuani debeat innouari contra d. Vener. Monaſteriū, eius conductores, & colonos, nec etiam pro parte colonica. Suppleat tamen, &c. LAVS DEO.

INNOMINATI AVCTORIS.

Quod iure canonico, & ciuili, Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt immunes à quibuſcunq; oneribus extraordinarijs pro bonis, quæ à laicis titulo emptionis, ſeu alio nomine tranſierunt in eaſdem Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, occaſione tutelę cuiuſdā Monaſt. &c.

AVXILIVM A DOMINO.

Certum eſt tàm iure canonico, quàm ciuili, Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas immunes eſſe à quibuſcunq; oneribus extraordinarijs, id enim affatim probat tex. in c. non minus, verſ. Siue quidem, & verſ. Quocirca, & c. aduerſus, in princ. de immunit. Eccleſ. clem. 1. eod. tit. tàm reſpectu acquiſitorum, quàm de nouo acquirendorum, c. 1. verſ. Sanè, de immunit. Eccleſ. lib. 6. l. placet, verſ. Nihil extraordinarium ab hinc ſuper indictum, & ibi Iaſ. num. 8. 13. & 18. C. de ſacr. Eccleſ. omnem etiam cau-

Digitized by Google

telam, quam aliquando dd. excogitarunt in fraudem Eccleſiaſticorum, vt ad talia teneantur ſiue efficiendo bona tributaria, ſiue obligata ex conſenſu laicorum, dum ea poſſident, antequam in Eccleſiaſticos tranſeāt (qua de re Bart. in l. reſcripto. § fin. nu. 5. ff. de muner. & honor. & Bald. cōſ. 246. antiqua eſt quærela laicorum in l. 3. & conſ. 280. vti latiſsimè de hoc agit vol. 2. vtrobiq; tamen aſſerens eiuſmodi cautelas periculóſas eſſe, prout agnoſcit eorundem author Bart. in d. §. reſcripto, ſub num. 5. inquiens hæc verba prædicta, dico ſalua correctione, & determinatione Sanctæ Matris Eccleſiæ, quia ſi aliud determinaret, & ego aliter determino) merito explosam, & damnatam eſſe, vt quæ verè libertati Eccleſiaſticæ aduerſetur, & in illius fraudem adinuēta ſit, quemadmodum tradunt omnes in d. l. placet, C. de ſacr. Eccleſ. de com. Marta in tract. de iuriſd. p. 4. cēt. 1. caſu 11. nu. 29. & ſeqq. qui nu. 59. inquit nōn poſſe cautelam adinueniri, per quam eccleſiaſtici collectari queant, reſpectu bonorum à laicis acquiſitorum.

Propterea videndum eſt, quibus rationibus prætendat Ciuitas Nouariæ & litis conſortes Ven. Monaſterium deinceps cogere, vt hactenus indebitè fecerunt ad extraordinariorum onerum ſolutionem, pro bonis, quæ à laicis titulo emptionis in idem Monaſterium tranſierunt; quantum verò memoria retinere potui tribus pars aduerſa nititur fundamentis, quorum,

Primum eſt, quod N. C. in tit. de pœnis, § Collegijs prohibita ſit alienatio in Eccleſiam, & eccleſiaſticas perſonas, neq; aliter contra eas diſpenſari, quàm cum clauſula, quod bona tranſeant cum onere ſuo, & præſtita fideiusſione de ſoluendis per tempora oneribus incumbentibus bonis acquirendis, ijſdem modis, & formis, quibus tenetur venditor.

Secundum verò eſt, quòd ijſdem Nouis Conſtitutionibus in tit. de oneribus, in prin. cautum eſt, quòd acquirentes bona quocunq; titulo, etiam ſi acquirentes immunes & exempti eſſent, teneantur ad ſolutionem omnium onerum, his modo, & forma, prout tenebatur ille, cuius erant bona, & in eo loco, vbi ſolui conſuetum fuerat pro huiuſcemodi bonis acquiſitis onera quælibet ſuſtinere, quia volumus bona

cum

eum onere ſuo tranſire debere. nolumuſq; per dictas immunitates, nec exemptiones afferri præiudicium tertio, vel Communitatibus, & locis, cum quibus onera ſuſtinebant.

Tertium, & vltimum eſt, quod præcipua, & expreſſa conuentione in actu acquiſitionis Monaſterium ſe ad huiuſcemodi onerum ſolutionem, ita venditore exigente obſtrinxerit, & propterea non aliter Monaſterium poſſe hæc bona retinere, quàm ſi onera agnoſcat.

Verùm ad omnia facilis eſt reſponſio; Sanè etenim quoad primum, & ſecundum, ſi de poteſtate diſquirere placeat (vtcunq; de primo ſuperfluum ſit loqui, ex quo venditio facta fuit ſine aliqua diſpenſatione, & de venditione irritãda non agitur, ſed tantùm, vt Monaſterium onera ſoluat) compertum eſt nõ poſſe Principem prohibere, quin bona in Eccleſias liberè tranſeant, vt de communi teſtatur Bosſius in tit. de pœnis, nu. 43. quo loci ait, quòd nunquam vidit alienationem factam alicui perſonæ eccleſiaſticæ, ſine hac Senatus diſpenſatione infringi tametſi, & ibi & in tit. de Principe nu. 339. dicat ſeruari, vt non fiat alienatio in Eccleſiam, niſi obtenta tali diſpenſatione, latè Carpan. in Comm. ad dictum §. Collegijs, in verbo huic dominio non ſubditum, vbi nedum hanc ſæpius com. appellat, ſed ita etiam inquit à Senatu iudicatum à nu. 150. vſq; ad finem fol. 119. & ſuperfluam propterea diſpenſationem ait Gallia. in terminis conſ. 59. num. 88. & 89. Si igitur expreſsè de Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticis perſonis mentio fiat defectu poteſtatis corruit diſpoſitio ex prædictis, ſin autem talis diſpoſitio generaliter concepta ſit, in ſui latitudine Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas non comprehendit, vt de communi teſtatur, Boſſius in tit. de Principe, ſub d. nu. 339. verſ. Et reſpectu eccleſiaſticarum perſonarũ, Surd. conſ. 2. ſub nu. 14. verſ. Quinimò videtur etiam procedere, & ſub num. 32. poſt verſ. Sed in laicis, & per totum illum numerum, vbi in fortioribus terminis affatim ex communibus DD. opinionibus reprobat, Bart. opinionem in l. cunctos populos, nu. 29. C. de ſumm. Trinit. & fide Catholica, dum inquit ſtatutum generale ſi nihil iubeat, quod præiudicet libertati eccleſiaſticę, nec peccatum nutriat, valere in pręiuditium eccleſia-

cleſiaſticorum, & nu. 43. & 44. diluit latè ipſummet obiectum de Statuti generalitate. Liquet etiam Principem non poſſe collectas eccleſiaſticis imponere tùm ex prædictis, tùm ex eo quia cum imponere datia, & collectas ſit quid iuriſdictionale, l.reſcripto, §.fin.ff. de muner. & honor. Calderin. conſ.7. col.3. num.3. verſ. Item munera, de Conſtit. Alex.conſ.78.ſub nu.8. verſ.Quia collectæ, lib.6. Pariſ.cóſ. 25.nu.3.vol.1. cum alijs Conſulto omiſſis, eccleſiaſtici verò iure diuino ſint exempti à ſeculari iuriſdictione, eorũq; immunitas proceſſerit, antequàm emanauerit Conſtitutio Eccleſiæ, diſponens de clericorum immunitate, quam propterea Bald.in c.at ſi clerici, inquit non eſſe inductiuam & diſpoſitiuam, ſed declaratiuam, vt per Surdum latè alios ex more afferentem conſ.301. nu.16. vtiq; edicto, ſeu Conſtitutione ſecularis, quantacunq; poteſtate fulgentis, ligari non poteſt, vt proſequitur idem Surd. loco proximè citato, vſq; adeo vt, nec etiam accedente conſenſu eccleſiaſtici effici queat, vt laicus in eccleſiaſticum iuriſdictionem habeat, c. ſi diligenti, de foro compet. etiam de Epiſcopi voluntate, gl. in c. ſignificaſti, vbi Abb. col.fin. eodem tit. plenè Surd.conſ.193. nu.4. & 5. vbi de communi teſtatur, & inquit conſuetudinem contrariam non valere, & in terminis vtrumq; ex memoratis obiectis diluit Lancellot.Gallia. videndus conſ.59. nu.80. vſq; ad nu.89.

Sin autem de voluntate tractetur, idipſum fortius dicendum eſt, Eccleſia.ſ.& perſonas eccleſiaſticas in formula diſpẽſationis, & in ea N. C. diſpoſitione non comprehendi quoad onera, quæ perſonæ bonorum contemplatione imponuntur, & licèt conſtitutio de immunibus etiam loquatur, tamen intelligi debet de ijs immunibus, quorum immunitas in corpore iuris clauſa non eſt, vt per Galliam d. conſ.59. nnm.83. & quibus poteſt ſęcularis Princeps derogare, non autem de ijs, in quibus poteſtatem non habet rationibus prędictis.

Namq; quo ad perſonas ſatis conſtat ex eo, quod ſupra probatum eſt in generali diſpoſitione eos non comprehendi, quod non præſumatur Principem, qui ſuper Eccleſijs, & eccleſiaſticis diſponere nõ poteſt in ea generalitate eos con-

cineri

tineri voluiſſe, ad tradita per Surd. d. conſ. 2. ſub nu. 32. & nu. 43. ad finem & 44.

Quoad onerum qualitatem, palàm eſt de realibus tantùm, & ordinarijs, ad quæ Eccleſia tenetur, ſecundum veriorem opin. No. Conſt. in tit. de oneribus, & diſpenſationem Senatus eſſe intelligendas, vt in terminis tradit Gallia præcitatus in conſ. 59. num. 90. & ſeq. & diligenter No. Conſt. & formulam diſpenſationis intuēti idipſum liquet, nam quoad No. Conſt. licet paulò generalior diſpoſitio videatur, dum in perſonam dirigit obligationem onerum ſoluendorum, tamen ſtatim ex adiecta ratione ad onera ordinaria, & realia perſtringitur, ibi quia volumus bona cum onere ſuo tranſire debere, volumusq; per dictas immunitates, nec exemptiones afferri præiudicium tertio, vel Communitatibus, & locis cum quibus onera ſuſtinebant, & propterea paulò latior verborum conceptio, per rationem reſtringitur, vt non niſi ad onera realia pertineat, l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. Menoch. conſ. 375. num. 44. & per eam lex declaratur, Menoch. conſ. 99. nu. 141. cum ſit anima legis, idem Menoch. conſ. 39. num. 42.

Cæterum ex formula etiam memoratæ diſpēſationis idipſum patet, ibi de ſoluendis per tempora oneribus incumbentibus bonis acquirendis eiſdem modis, & formis, quibus nūc detinetur venditor: Ex ijs enim verbis in aperto eſt Senatum loqui tantummodo de realibus, non autem de ijs, quæ perſonæ imponuntur cuiuſmodi ſunt collectæ.

Neq; ſuperflua eſt eiuſmodi fideiuſſio, reſpectu realium ordinariorum, cum non deſit, qui teneant eccleſiaſticos ad ea etiam non eſſe obſtrictos, vt per Card. Alban. de immunit. Eccleſiæ, quem refert, & ſequitur rem tractans, pleniſsimè Reu. Carolus Epiſcop. Nouariæ in explic. Can. conuenior 23. q. 8. ſub nu. 23. verſ. Doctrinæ hanc. fol. 181.

Quanquam in re iſta tam longa diſcuſſione opus nō erat, cum & Illuſtris hic ordo, & Senatus Excellentiſsimus, non ſemel indicauerint fauore Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, vt per Plotū ad conſ. Martini Garrati 63. nu. 13. & 14. quem refert, & ſequitur Gallia d. conſ. 59. ſub nu. 94. verſ. Idq; adhuc apertius, & nos ipſi præ manibus multas

ordinationes, vtriuſq; ordinis habemus, vt iam dubio procul conſtet ex ſubſequuta obſeruantia, qualiter No. Conſt. in tit. de oneribus, & formula ipſa diſpenſationis exaudiri debeat, quoniam ſubſecuta obſeruantia declarat, quid in præcedenti diſpoſitione contineatur, Butrius in c. cum veniſſent. col 3. verſ. Secundo oppono, de iudicijs, Natta conſ. 406. nu. 25. Crau. conſ. 836. num. 10. Becius conſ. 6. num. 15. conſ. 96. nu. 14. & conſ. 101. nu 47. & 48.

Quoad tertium, & vltimum partis aduerſæ fundamentum, quod in expreſſa obligatione à Monaſterio ſuſcepta conſtituitur, eodem ordine expenſa, ſcilicet poteſtate, & voluntate diluitur.

Quod enim ad poteſtatem attinet, cum vt ſupra probaui, nec etiam per viam legis, ſtatuti, ordinis, & Conſtitutionis fieri poſſit, vt Eccleſiæ, & perſonæ eccleſiaſticæ ad collectas obligentur, conſequens eſt, vt neq; expreſſa pactione ad id obſtringi queant, quoniam non dubium eſt, quin æqualiter, ac etiam potentius in his operetur ſtatutum, & eius generis alia, quàm pactum, gl. in rubr. C. de decur. lib. 10. Opizo in l. filius familias § Diui, nu. 85. ff. de leg. 1. Euer. in loco à pacto ad legem ſub nu. 1. & ſub num. 10. qui propterea optimè aliorum auctoritatibus eodem loci nu. 11. ait argumentum à ſtatuto, & lege ad pactum non valere affirmatiuè, vt quod poteſt per ea fieri poſſit etiam per pactum, ſed tantùm negatiuè, vt propterea meritò contendamus in caſu, de quo agitur pactum, quod Vener. Monaſteriũ ad collectas teneatur non valere, cum nec lex, nec ſtatutum id iubens ſuſtineri poſſit.

Quin neq; Monaſterium potuit ſe ad collectas obligare, cum inde reſultet ſubiectio iuriſdictioni ſeculari, cui ſe nec vltrò etiam, cum Epiſcopi licentia ſubmittere eccleſiaſtici poſſunt, vt ſupra dictum fuit. Nec mouet, quod quemadmodum poteſt; quid ſub conditione Eccleſiam grauante donari, aut eidem relinqui, & non aliter acceptari, aut agnoſci poſſe donationem, vel legatum, quam ſi onus itidem agnoſcatur ijs adiectum, ita & hoc caſu non aliter bona empta retineri poſſe, quam ſi onera extraordinaria ſoluantur ob pactum memoratum, ſiquidem omiſſo, quod ſemper

coram

coram Iudice eccleſiaſtico, nō autem ſeculari, res tractanda eſt, vt tradunt Doctores omnes, qui de prædicta cõcluſione loquuntur, longum eſt diſcrimen inter eos caſus, & caſum noſtrum; in ijs enim grauamen, quod per modum conditionis, vel modi adijcitur, nihil penitus detrimenti, nec ratione perſonæ, & eccleſiaſticæ iuriſdictionis, nec reſpectu bonorum infert, cum neque per modum coactiuum aliquid exſoluant, & ſemper Eccleſia, & eccleſiaſtici lucrũ percipiant, tametſi voluntatem donatoris, vel legãtis exequantur. Noſtro in caſu aliud eſt, in quo oneroſo titulo venditionis res in Eccleſiam translata fuit; nec probabiliter opinandum eſt ea contemplatione, vt deinceps Eccleſia ſoluere onera extraordinaria correſpectiuam partem pretij venditores remiſiſſe, cum id meram ſapiat donationem ne dicam ſtultam iacturam, indeque ſequitur, cum iuſtum pretium exſolutum præſumatur, Eccleſiam, & eccleſiaſticas perſonas, quàm maximè lædi, tum ratione iuriſdictionis eccleſiaſticæ, tum ratione bonorum, cum reſultet obligatio ad eorũ onerũ ſolutionem, medio etiam Iudicis ſecularis, ad quę nec ſub Iudice quidẽ eccleſiaſtico tenebãtur; & ſic eiuſmodi conuentionem reſolui in cautelam omni iure improbatam, & longè alijs debiliorem, vt eccleſiaſtici ad collectas teneantur pro bonis, quæ à laicis acquiſiuerunt.

Quoad voluntatem ſatis conſtat, nihil minus contrahẽtes cogitaſſe, quàm quod vigore pactorum, de quibus in acquiſitionibus Monaſterium ad collectas deinceps teneretur, tùm quia ex defectu poteſtatis arguendũ eſt eos noluiſſe, quemadmodum ſupra dictum eſt ad primum, & ſecundum partis aduerſæ fundamentum, verſ. Sin autem; tùm quia obligatio per Monaſterium ſuſcepta eſt tantum ratione onerum bonis incumbentium, & ſic realium, non autem perſonalium, quales ſunt collectæ, quæ perſonæ pro bonis imponuntur, l. reſcripto, §. fin. & ibi glo. in verb. incolis relata ad textum, ff. de mun. & honor. Bart. in l. vnica, ſub nu. 23. verſ. Venio ad ſecundũ, C. de mul. & in quo loco Oſaſc. qui plura adducit deciſ. 95. nu. 4. Natta conſ. 280. ſub nu. 5.

Et ex his patet ad fauorem Ven. Monaſt. cĩno eſſe iudicãdum, Suppleat, &c.

Digitized by Google

RESPONSVM

Excellentiſs. D. D. Hieronymi Buccaferrei Iur. Conſ. Bononien. in Patriæ Gymnaſio Iuris Cæſar. ordinarij Profeſſoris;

Necnon Sanctiſs. Inquiſ. egregij Conſult.

Quod collectæ imponi non poſſunt fructibus colonorum Eccleſiæ, nec pro integra ruſticali portione, nec pro ea, quæ reſtat, deductis impenſis, eo modo, quo negotiatores, & mercatores collectātur, citra graue præiuditium immunitatis Eccleſiaſticæ, quin & euidenti in facto detrimento non paruo bonorum ipſiuſmet Eccleſiæ.

AVSPICE CHRISTO.

CAuſa, quæ cōtrouertitur inter Miniſtros Catholicæ Regię Maieſtatis; & Religioſos, eſt facilis reſolutionis ad fauorem Religioſorū; vtcunque contradicant illi, qui (vt ait tex. in c.clericis. de immunit. Eccleſ. in 6.) magis timent maieſtatem humanā, quam Diuinam offendere, ſiue in genere quæramus, an coloni Religioſorum collectarij poſſint, ſiue dubium perſtringamus ad illud lucrum, quod colonis ſupereſt deductis impenſis culturæ valore maſſaritij, & ſeminibus, ad ſimilitudinem aliorum, qui negotiationem, & mercimonium exercent.

Primū illud maximè facit, quod immunitas eccleſiaſtica, non tantum eſt ad perſonas, ſed & ad bona Eccleſiarum, c quāquam, de cenſ. in 6. ibi (cum igitur Eccleſiæ, eccleſiaſticęq; perſonæ, ac res ipſarū) & per hunc tex. tenent omnes DD. in c. non minus, de immunit. eccleſ. & in alijs locis citatis ab alijs, qui ante me ſcripſerunt pro libertate eccleſiaſtica; vnde cum coloni, vel partiarij, vel ad nūmos poſſideāt Eccleſię & non ſibi ipſis, l.non ſolum, §. idem, ff. de vſucap. l.communi diuidundo, §.neque, ff.com. diuid. l.videamus,

§.poſ-

§.poſſeſsionem, ff de vſur. & l.certè, §.his, qui, ff.de precar. Socci. in c.1.de cauſ.poſſ.& proprietatis, nu.63. ad eos neceſſe eſt, vt tranſeat immunitas bonorum ad inſtar immunitatis realis, l. forma, §.quamquam, ff de cenſ. l.actionum genera, §.1 ff.de act. & oblig. & not. in l.quia tale, ff. ſolut. matrim. Aym.conſ.239. ſub num.4. Surd. conſ.525. nu.26. in 4. Feſtat. de collect. par.4. c.8. nu.2. vel rectius dicamus ad colonos tranſire prædia cum immunitate Eccleſiaſtica, cum in colonia, poſsideant Eccleſię; Abbas in conſ. 9. verſ. (Ad ſecundũ) in primo, qui ait, quod quando terra eſt priuilegiata, non tenetur colonus partiarius ad onera: huc tendit, & id, quod poſt Bart. & Io. de Plat. ſcripſit Pariſ. conſ.25. num.10. & conſ.69. nu.6. in primo. Colonos colentes terras immunes, eſſe immunes, & idem in fortioribus terminis ſcribit Decian. conſ.6. in 4. in priuilegio particulari conceſſo intuitu perſonę, magis id erit in priuilegio iuris cõmunis conceſſo intuitu Religionis, cuius etiam apud Ethnicos maxima ſemper ratio fuit, l.ſunt perſonæ, ff. de relig.& ſumpt. fun. Magisq́. id procedit, quia immunitates cõceduntur clericis,& Religioſis ob plura onera, qb⁹ ipſi ſoli,& non laici grauãtur, de qbus Euerard. in conſ.42. nu. 15. & ideo conuenit, vt hæ immunitates, quaſi conceſſæ ex cauſa oneroſa, tranſeant etiam in illas perſonas, quæ non iure ſuo, ſed iure Eccleſiæ fructus percipiunt.

Accedit ſecundò, quod cum coloni non recipiant fructus iure proprio, ſed iure domini, cui poſsident, cui etiam ſoluunt precium fructuum, vel nummis, vel actuali cultura, non tenentur ad collectas indictas perſonis pro rebus, ſed ad eas locator tenetur, Bald. in l.1. ſub num. 5. C.de annonis, & tributis, lib. 10. Alex. conſ.35. ſub num. 12. in 4. & clarius conſ.4. ſub num. 4. in 5. Natta conſ.36. & in puncto conſil. 409. Vanum igitur eſt iſtud prętendere in colonis Eccleſiarum, alias id eſſet tollere his colonis id, quod de iure competit, & cum nõ poſsint huiuſmodi collectas repetere a locatoribus, quia ſunt immunes, quemadmodum poſſent repetere a locatoribus laicis, aut aiunt Alex. & Natt. citati, in hoc erunt deterioris conditionis,& reddentur difficiliores ad contrahendum cum Eccleſia, quæ omnia præiudicãt

liber-

libertati eccleſiaſticæ, iuxta traditiones Doct. in c. Cum terra, de elect. in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. Anchar. cõſ. 12. & 13. Alex conſ. 211. nu. 7. in primo. Nec obſt. quòd in hoc coloni non ſint in conditione deteriores colonis laicorum, quia allegare abſurdum non eſt ſoluere difficultatem. eſt enim abſurdum, & contra iuſtitiam collectare dominos pro prædijs (quod vtiq; intelligitur pro fructibus, quia nimis impium eſſet pro prædijs infructuoſis collectare) & ratione eorundem fructuum collectare colonos; præſertim quia, vt audio, dum collectantur domini prædiorum, non habetur ratio fructuum pro parte dominica tãtum, ſed habetur ratio ad menſuram, & quantitatem prædij, quod verò hoc ſit abſurdum, & contra iuſtitiam, patet ex eo, quod iure traditum eſt, pro eadem re duas collectas imponi non poſſe, Alex. conſ. 78. ſub nu. 9. conſ. 143. nu. 6. & conſ. 148. nu. 10. in 6. Dec. conſ. 284. ſub nu. 4. verſ. (Tertiò hoc idem) & in puncto Natta conſ. 195. vbi, quod pro eadem re non eſt ſoluenda collecta impoſita pro alẽdis militibus à domino directo, & à domino vtili, & ſi diceretur hãc iniuſtitiam non eſſe conſiderandam in colonis Eccleſiæ, quia Eccleſia non collectatur, facilè poſſet reſponderi, quòd collectare colonos, quia ob immunitatem non poſſunt collectari Eccleſiæ, eſt per indirectum lædere libertatem eccleſiaſticam, & fraudare immunitatem.

Tertiò, ſi hac collecta coloni grauarentur, minus etiam eccleſiaſtici locarent, quia onus efficit, vt res minus valeat, gloſ. fin. in §. fin. ff. de vſufruct. legat. Oſaſch. deciſ 83. nu. 9. & patet ad ſenſum, experiẽtiaq; notum eſt, quod qui conducunt rationem habent onerum, quibus ſubijciuntur, ex quo ſequetur, quòd Eccleſia minus locabit adiecto hoc onere, atque prius ſolita erat locare, & in hoc non dicetur ammittere lucrum, ſed pati damnum, quia ita eius redditus diminuerentur, & proinde etiam diminuendus eſſet numerus Religioſorum, quod eſſet indirectè offendere libertatem eccleſiaſticam, & efficere, vt effectualiter eccleſiaſtici ſentiant diminutionem redditus ob collectam colonis impoſitam, & vt certo modo collectam ſoluant, hoc manifeſtè reputatur à Doct. improbatum, l. ſi venditor, ff. de ſeru. ex-

port. qua ratione magis receptum eſt, vt emens ab Eccleſia non teneatur ad gabellam, quia ex hoc actu geſto cum Eccleſia, ipſa ſentiret damnum, eo quod minus venderet, Bald. conſ. 31. ſub nu. 2. in primo, Rol. conſ. 61. nu. 15. in 4. Gabr. conſ. 161. nu. 3. in 2. Rim. iun. conſ. 724. nu. 48. in 6. Gratian. diſcepat. forenſ. lib. 2. c. 390. quòd iſti DD. reputant indubitatum, quando ius collectandi non naſcitur ex actu ſeparato à contractu geſto cum Eccleſia, & qui contingat poſt contractum cum Eccleſia celebratum, ſed habet dependentiam immediatè ex contractu cum Eccleſia, vt contingit in hoc caſu, in quo ius collectandi prætenditur ex eo, quòd colonus percipit fructus, & non ex aliquo actu ſeparato, quòd benè ad cauſam noſtram eſt conſiderãdum. Et quod illud, quòd indirectè offendit immunitatem, & libertatem Eccleſiæ ſit reprobatum, ac ſi directè offenderet, ab omnibus eſt receptum, etiam quod de Eccleſia non fieret ſpecialis mentio, c. fin. & ibi glo. de immunit. Eccleſ. in 6. c. quanto, de priuileg. c. ſtatutum, de hæretic. in 6. Calder. & Collegium noſtrum Bon. apud Anchar. conſ. 12. & 13. & Anchar. ipſe conſ. 155. ſub nu. 7. verſ. Eiſdem Eccleſijs, Gemin. conſ. 74. col. 1. verſ. Sicut ergo direct. Grammatic. deciſ. 100. nu. 10. & 14. & alij, de quibus Alba cõſ. 8. nu. 18. & Surd. conſ. 301. nu. 75. 76. & 77. in 3. & quamuis Gutierez. de gabel. q. 87. num. 6. & Parlador. lib. 1. quotid. quæſt. c. 3. §. 1. nu. 16. admittant poſſe Eccleſiam lædi per indirectum ex gabellis impoſitis, ne deficiant debitæ obuentiones, & iura Regalia: tamen id ſcripſerunt ex affectione ad Regiam Maieſtatem, & non ex veritate; quia non legitur ex conſeruatione libertatis, & immunitatis eccleſiaſticæ vnquam ſecutam fuiſſe diminutionem Maieſtatis Principum, ſed maximè auctam fuiſſe, ideò Religioſiſſimè iura Hiſpanorum volunt libertatem eccleſiaſticam ſeruari, & annullant Statuta, quæ eam lædunt, vel eccleſiaſticis perſonis præiudicant, Fernan. Vaſq. id teſtatur lib. 3. de ſucceſſ. creat. §. 26. nu. 72. & quando etiam (quod negatur) læderentur in aliquo redditus Regij, in illis cõſiſtit vtilitas publica humana, & in conſeruatione immunitatis, & libertatis eccleſiaſticæ conſiſtit publica vtilitas diuina, l. iubemus,

C. de ſacroſ. Eccl. quæ anteponitur humanæ, c. bonæ memor. de poſtul. Prælat. l. ſancimus, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per hæc iura Bar. in l. 1. in 4. oppoſit. ſub nu. 26. ff. ſolut. matrim. & ex ordine literæ facit tex. in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſt. & iur. ibi publicum ius in Sacerdotibus, & Magiſtratibus conſiſtit.

Ea verò, quæ contra hoc fundamentum ſcripſit Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. caſ. 562. nu. 46. quod per hoc non ſit inferre damnum, ſed tollere lucrum, & quod per indirectum, & ſecundariò poſſit Eccleſiæ inferri damnum, non ſunt vera, & recepta in iure, vt conſtat ex allegatis antea, & cum poſſint diminui redditus Eccleſiæ ſoliti, non eſt amiſſio lucri, ſed illatio damni.

His quarto adiungo inter colonos partiarios, & dominos geri contractum ſocietatis, in quo dominus ponit prædia, & colonus operas, & inſtrumenta fundi, vt fructus, qui inde oriuntur æqualiter diuidatur, Bar. in l. ſi merces. §. vis maior. ff. locat. Bald. in l. 1. C. pro ſoc. in 7. quæſt. ſed immunitates vnius ſocij communicantur alteri, Grat. conſ. 130. nu. 6. in primo, cum alijs, de quibus Surd. d. conſ. 301. nu 81. & 82. ergo, &c. & licet multi ex Doct. loquantur, quando alias immunes non gauderent ſua immunitate, ſeruiunt tamen, quia ob illud minus, quod offerrent coloni eccleſiaſtici non haberent integram immunitatem, quemadmodum haberent, ſi nummis ſuis colerent, & qui colunt ad partem fructuum, poſſunt ob onera minus offerre in pactis, ex quo virtualiter ſemper minueretur commodum, quod Religioſi habent ex immunitate.

Et res clara magis redditur, dum ſermo reſtringitur ad collectas, quæ exiguntur pro hoſpitatione militum: ſi quidem non tenentur Religioſi in ſuis domibus recipere hoſpites, vt eſt tex. ad literam in l. 1. C. de Epiſ. & cler. ita nec tenebuntur coloni, quia habitant domus Religioſorum, & conſequenter nec tenebuntur ad id, quod ſoluitur pro hoſpitatione.

Tandem cum agatur de oneribus mixtis, quæ perſonis iniunguntur pro rebus, quale vt onus hoſpitandi milites, Natta conſ. 409. nu. 3. Lanc. Gallia, conſ. 59. nu. 73. vt eis ſit locus

opor-

oportet, vt adſit proportionabile ſubiectum rei, ob quod imponatur collecta, nimirùm quia non datur qualitas ſine ſubiecto, l. 2. ff. de vſufr. aut igitur Miniſtri Regij volunt collectare colonos pro prædijs, quæ colunt, & non poſſunt, quia prædia non ſunt eorum, ſed Eccleſiæ, & id eſſet collectare rem eccleſiaſticam; quod non licet. Aut volunt eos collectare pro negotiatione, quam gerunt, dum conducũt prædia colenda, & minus poſſunt, quia hæc eſt negotiatio, quæ geritur cum eccleſiaſticis immediatè, qui ſunt immunes, & proinde ſunt, & illi, qui cum illis contrahunt ex dicto conſ. Bald. 31. in primo, & ex alijs, qui eum ſequuntur, de quibus ſupra; non .n. in hac negotiatione poteſt ſeparari laicale ab eccleſiaſtico, cũ ſit negotiatio effectus cõductionis; iſti.n. ita negotiantur quia cõductores ſunt, & non poſſunt conſiderari vti conductores, niſi ſimul cõſiderentur eccleſiaſtici locatores. Aut volunt eos collectare ratione lucri, quod reſtat deductis impenſis, & hoc lucrum eſt quid incertum, & prorſus imaginarium, quod in colonis partiarijs ferè nunquàm datur, qui omnes fructus in alimenta penè ſemper erogant, vt eſt notiſſimum, & præcipuè quia ſunt (vt accepi) alijs oneribus grauati, quæ ex varijs occaſionibus ſæpe vireſcunt, & nunquam areſcunt, ideo ſuper re prorſus incerta an ſit, & quanta ſit; onus conſtitui non poteſt, præſertim, quia valde iniquum eſſet: & contra piam voluntatem Principis, vt pauperes collectarentur pro rebus, quæ eorum alimentis neceſſaria ſunt. Et quando etiam daretur hoc lucrum certum; cum illud immediatè pendeat a contractu inito cum Eccleſia, & non naſcatur ex facto extrinſeco, quod inde ſequatur .ſ. quia illud lucrũ colonus cõtrectare velit, non poterit collectari, quia per indirectũ Eccleſia læderetur, vt antea dixi ex diſtin Bald. in d. conſ. 31. in 1.

Hanc puto eſſe ipſam veritatem, cui non credo obſtare conſ. Federici de Senis 111. nam ipſe loquitur, quando pars colonica ratione gabellæ imponẽdæ conſideratur, vti prorſus ſeparata a iure Eccleſiæ .ſ. quia gabella imponitur ratione actus extrinſeci, qui oritur ſine facto Eccleſiæ, poſtquam pars eſt facta coloni .ſ. quia colonus velit vendere fructus, vel trãſportare de loco ad locum pro venditione, vel tranſpor-

ſportatione ſoluet gabellam, quia h i actus nullam dependentiam habent, ſed conſiderare, quod colonus ſoluto affictu, vel cõſignata Eccleſiæ ſua parte habeat aliquod lucrũ, licet illud ſit laicale, habet dependentiam a contractu cum Eccleſia inito,& non poterit collectari ob damnũ,quod Eccleſia immediatè ſentiret; ita declarat Menoch. conſ. 136. num.19. in 2.vbi plura ad caſum noſt ũ refert. Accedat et, qđ quando probaretur in facto ex impoſitione fieri, vt Eccleſia difficilius inueniat colonos Feder. faceret pro nobis, & alia reſponſio ad hoc conſ.eſt apud Natt.d.conſ.409.n.6.

Nec ẽt obſtat, quod Menoch. caſ. 562. lib. 2. de arbit. iudic. referat plures tenentes hanc opinionem,& pauciores tenẽtes contrariã; quia,vt deſeruiat cauſæ pro prima opinione allegat plures, qui non erant allegandi, & pro ſecunda omittit plures, qui poterant allegari,nemo ex allegatis ab eo contra nos, Innoc. & Abba. loquuntur in caſu particulari aduentus Principis Salic. in Fiſco, non in Eccleſia, Io. de Plat. in gabella ſoluenda ex actu extrinſeco poſt acquiſitionem, Fely. ſequitur Federic. tantum in ſecundo dicto.ſ. quod coloni non teneantur, quando Eccleſia non inueniret colonos, Bertach. & Luc. de Penna, & Brun. loquuntur de emphyteuta, qui habent ius in re, Rol. in conſ.66. num. 29. in primo, in genere firmat colonos poſſe collectare, & in ſpecie non loquitur de colonis Eccleſiæ, Gabr. conſ. 73. nu.5. in princ. apud me de hoc non loquitur Marcabr.examinat tantum conſ. Anchar.162.& inclinat in contrarium, & alij ſunt,qui loquuntur,vt Burſat. conſ.25.num.3. in gabellis pro reficiendis potibus,& vijs pro quibus dicitur teneri Eccleſiam in ſubſidium laicorum ad nutum ſui ſuperioris eccleſiaſtici, ideo nimirum ſi etiam coloni tenentur.

Pro opinione autem noſtra omittit Menoch. allegare Eugen. conſil. 96. Natta conſ.409. & alios multos, quos allegant Surd. d.conſ.301.num.79. in tertio & Lanc. Gallia d.conſ. 59.nu.76. & illos, qui tenent emphyteutam non poſſe collectari, qui in fortioribus terminis faciunt, ita, vt verè potius dici poſſit pro parte noſtra extare cõmunem opinionem, vt teſtatur Eugen. dicto conſ.96. num.8. Amplius rationes ipſius Menochij non plurimũ obſtant, quia licet fru-

ctus ſint proprij colonorum, & ex mutatione perſonæ mutetur conditio bonorum, tamen quatenus hi fructus ſiunt colonorum, & mutatur conditio perſonæ immediatè ex actu geſto cum Eccleſia, nō debetur gabella rationibus iam adductis, quando poſtea ſunt apud colonos, ſi contingat eos vendi a colonis, vel aſportari de loco ad locū, tunc intrat ratio Menoch. & ſi ex negotiatione mercium, collecta poteſt imponi, id negamus procedere, quando negotiatio eſt cum Eccleſia.

Nec licet argumentari de emphyteuta ad colonum, quia emphyteuta, eſt dominus proprietatis, & fructuum, & maius ius habet in re, pro qua collecta imponitur Soci. conſ. 119. in princ. in primo, nec Eccleſiæ, ita ſunt neceſſarij emphyteutæ, quemadmodum coloni, nec ita frequentantur locationes ad longum tempus, quemadmodum locationes ad breue tempus; ideo magis læditur Eccleſia, ſi coloni grauantur, & minus ſi emphyteuta, ob id de vno ad alium non licebit arguere, & ita etiam reſpondetur rōnibus Theſaur. in decıſ. 116. quia ſunt his ſimiles.

Nec negotium facit, quòd aliqui coloni fuerint collectari Eccleſia non repugnante; quia hoc factum particulare quorundam non poteſt præiudicare Eccleſiæ in vniuerſum: nec in hoc valet conſuetudo contraria, Marcabrun. conſ. 18. nu. 319. & Euerard. d. conſ. 42. nu. 38.

Et hæc ſcripta, ne dum procedunt ad fauorem eorum, qui hāc colonicam portionem nunquam ſoluerunt, ſed etiam ad fauorem eorum ciium, qui cum repugnantia, ſeu proteſtationibus ſoluerunt, quia proteſtatio, & repugnantia tollit cōſenſum; & de repugnantia conſtat, quia curarunt declarari excōicatos exactores, prout de facto declarati fuerunt, qui pro ſolutione impetranda ab ipſa excommunicatione, malè exacta reſtituerunt, addito iuramento ad talem colonicam nunquam in poſterū exigendam, vt intelligo conſtare apud acta Pœnitentiariæ, ſeu Cancellariarum Epiſcopalium Ciuitatum Status Mediolani.

Laus Deo, & Virgini.

RESPONSVM SECVNDVM eiuſdem Auctoris in eadem cauſa.

AVSPICE CHRISTO.

NVlla iuris, vel æquitatis ratio patitur, vt fructus, labor, ſeu negotiatio, vel vſus animalium colonorum perſonarum eccleſiaſticarum poſſint, vel debeant collectari à laicis, quod prius deducitur ex parte Eccleſiæ, deinde ex parte colonorum, poſtea ex parte miniſtrorum collectantium, & poſtremo ex natura bonorum, quæ colnntur: Ex parte Eccleſiæ duplici ratione; Primò, quia ex hac collectatione ſequeretur damnum Eccleſiæ, quod locaret minus, quam antea, Bald. conſ. 31. in primo, quem alij prius allegati ſequuntur præſertim Dec. conſ. 48. col. 2. Rol. conſ. 61. nu. 20. Gabr. conſ. 158. num. 4. & conſ. 161. in ſecundo, optimè Purpurat. conſ. 594. licet loquatur, quando ageretur, vt coloni tenerentur ad collectam pro Eccleſia, nec dicendum hoc non eſſe pati damnum, ſed lucrũ perdere, quia imo eſt damnum, cum diminuantur redditus Eccleſiæ, quæ minoris, & cum grauioribus conditionibus locabit, & ita Eccleſia non perdit lucrũ, quod ſperat, ſed perdit id, quod iam acquiſiuit; Nec obijciendum damnum eſſe modicum, non offendere Eccleſiam principaliter, & directè, ſed indirectè, & ſecundario, quia imo principaliter læditur Eccleſia, quia coloni minori affictu, & melioribus conditionibus conducendo erunt in cauſa, vt totum damnum ſit Eccleſia, præterquam quod lædi non poteſt Eccleſia, nec etiam in modico, nec principaliter, nec ſecundario, nec directè, nec indirectè, c. fin de immunit. Eccleſ. in 6. Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſ. 13. nu. 19. 20. & 21. & quamuis Bald. conſil. 496. in quarto, admittere videatur id, ex quo ſequitur, vt Eccleſia minori pretio vendat, vel locet, ſubiungit tamen in fine hæc verba (hæc tamen opinio aliqualiter me remordet quia) intentio ſtatuentiũ eſt implicita ad propria commoda, & Eccleſiarum damna, ex quibus verbis conſtat

Bald. hoc non firmare, firmat autem contrarium reſolutè in d. conſ. 31. in primo. Alia ratione ſequeretur damnum, quia cum ſint coloni alijs pluribus oneribus grauati, ſi hoc aliud adiungatur, difficile erit eccleſiaſticis adinuenire colonos, & ob hoc ſolum laici non poterunt hos colonos collectare, Feder. de Senis d. conſ. 111. ſub nu. 10 verſ. (Verumtamen) quem alij ſequuntur Felyn. in c. Eccleſia S. Mariæ nu. 99. de conſt. Io. de Amic. conſ. 18. Burſat. conſ. 42. nu. 19. in primo, Io. Vincent. de Anna ſingul. 99.

Et parte colonorum, quia ad Gabellas, & collectas non tenentur, niſi imponantur ex actu, qui extrinſecus adueniat, & qui cum facto Eccleſiæ nihil commune habeat, non autem ex actu, qui immediatè naſcatur ex contractu inito cum Eccleſia, diſtinguit ita Bald. in d. conſ. 31. in primo, cum alijs in informatione allegatis lucrum autem, negotiatio, & vſus animalium immediatè pendent ex contractu geſto cum Eccleſia, & lucrum, ſeu acquiſitio fructuum, eſt effectus eiuſdem contractus ergo pro his coloni non tenentur ad collectas. Alia etiam ratione, quia vt dixi in informatione ipſi, nec ſunt domini, nec poſſeſſores prædiorum, pro quibus ſolent imponi onere mixta, quale dixi eſſe onus hoſpitationis militum, ideo non tenentur.

Et addo tex. in l. inter eos, in fin. ff. ex quibus cauſis maior. vbi medici, qui inſeruiunt militibus, vt alacrius in Repub. ſeruiant, gaudent priuilegio militum, ergo idem erit in colonis, qui inſeruiunt religioſis, vt commodius cultui diuino inſeruire valeant, regulariter enim licet arguere de militibus ad clericos, Doct. in l. Centurio, ff. de vulg. & pupil. ſubſt. ita arguit Zuchard. inter conſ. Rim. ſen. conſ. 739. nu. 9.

Ex parte collectantium primo, quia cum (ommiſſo pro nunc, quo iure id faciant) colonos Eccleſiæ vrgeant ad alia varia onera, multo magis conuenit, vt in onere, de quo agitur, non grauentur, ne ſpetialia multiplicentur, & vt in aliquo, vel modico Eccleſiæ coloni ſint melioris cõditionis, & cum iam pluribus ab hinc annis Senatus Mediolani introduxerit (ommiſſo an congruè) vt bona laicorum tranſeant in clericos, cum oneribus hoc contentos, ſi eccleſiaſtici nõ reclamant, quod magnum eſt, non debet quærere indicere

has

has collectas colonis Eccleſiarum, quæ redundant in damnum eccleſiaſticorum.

Habentq; Senatus, & Regius Fiſcus laicos colonos ſufficientes ad onera collectarum, dummodo (vt decet) eos grauẽt tantum pro cauſis neceſſarijs, ideo non conuenit, vt petant auxilium à colonis eccleſiaſticorum. Gallia.conſ.59.nu.54. cum allegatis ab eo, quibus addi etiam poteſt, Marta de caſu 13. in fine.

Tãdem ex parte bonorum, quia in immunitate ſunt cum perſonis clericorum priuilegiata priuilegio reali, vnde ſequitur id, quod ſcripſit Decian. conſ.51. nu. 14. in tertio, quod qui colit prædium immune, immunis ſit. Et quamuis Antonin. Theſaur. in addit. ad deciſ. patris 116. teneat priuilegium eſſe perſonale clericorum, & ob perſonas bona habere immunitatem, id colligens ex eo, quod videmus huiuſmodi bona deponere hoc priuilegium, quando alienantur in laicos, tamen non reſpondet ad tex. in c. quamquam, de cenſ. in ſexto, in quo copulantur perſonæ, & res ad idem priuilegium, & natura copulæ eſt copulare æquè principaliter, quando in ſua natura non continet acceſſionem, vt contingit in copula (cum) Bart. in l.1. nu. 2. ff. de pecul. legat. Decian. conſ.1. nu. 179. in primo, & eſt eadem ratio in bonis, & perſonis, ideo immunes ſunt perſonæ, quia ſunt Deo dicatæ, & idem in bonis, quia bona eccleſiaſtica ſunt in dominio Chriſti, Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunit. lib.3. c.17. nu. 11. & 12. eademq; eſt ratio, nõ per conſequentiam, ſed principaliter conſequentia tantum conſiderari poſſet in patrimonialibus clericorum, ſecũdum opinionem eorum, qui exiſtimant etiam patrimonialia clericorum eſſe immunia, nec ratio conſiderata à Theſaur. obſtat, quia priuilegium bonorum eccleſiaſticorum eſt reale, ſed quatenus durant eccleſiaſtica, quando tranſeunt ad laicos cũ debitis ſolemnitatibus, deponunt hanc qualitatem, & proinde etiam deponunt priuilegium, non ex eo, quod priuilegium non ſit reale, dum manent Eccleſiaſtica; Deciſio autem Rotæ, quam ad hoc ipſe Theſaur. allegat. 26. in 2. parte nouiis. apud me nihil de hoc loquitur.

Reſoluendum eſt igitur pro colonis, quod maximam præfe-

fert

fert æquitatem in colonis partiarijs, qui vt plurimum non colligunt fructus ad eorum alimenta neceſſarios, hos non conuenit collectare etiam, quod eſſent coloni laicorum, vt poſt Bald. in auth. defuncto, C. ad Cartul. & gloſ. in l. omnis (prima) C. de annon. & tribut. lib. 10. tenet Caroc. de locat. ſub Rub. de collect. nu. 79.

Ea verò, quæ pro fiſco allegantur, facillimè ſoluuntur, quia ad primum dicitur exemptionem Religioſorum non ſolum eſſe perſonarũ, ſed etiam rerum, & prædiorum, vt iam probaui.

Non obſtat ſecundum ſcilicet priuilegium immunitatis, vti ſtricti iuris, ſtrictè eſſe intelligendum, quia id procedit in priuilegio particulari certæ perſonæ, vel certo generi perſonarum competente, vt oſtendunt allegata nos in priuilegio competente in vniuerſum Religioſis omnibus Eccleſiæ ſeruientibus inſertum in corpore iuris, quod cum iure tam humano, quam diuino concedatur d. c. quamquam, de cenſ. in ſexto, non poteſt dici ſtricti iuris. Præterea non prætendimus in defenſione cauſæ noſtræ tractare de extendendo priuilegio, ſed de eo conſeruando, ne indirectè offendatur, & indirectè ſatis dicitur offendi, quando quoquomodo fit, vt effectualiter Eccleſia non habeat ſuum priuilegiũ, gloſ. in c. quanto, in verb. quodammodo, de priuil. vt contingeret in hoc caſu, quia Eccleſia ratione oneris iniuncti colono, minori affictu locando, effectualiter perſolueret onus.

Non officit tertium, quod fructus ſeparati à ſolo ſunt colonorum, quorum ratione poſſunt collectari, quemadmodum etiam tenentur ad decimas. Iſtud eſt argumentum Fed. de Senis, cui reſpondi in informatione mea; nec ſimile de decimis quadrat, quia decimæ propriæ afficiunt fructus, cum ſint pars, & quota eorum, nos tractamus de onere perſonis, pro rebus impoſitum, quod probaui totũ eſſe domini prædiorum, non colonorum, ne ſequatur, vt ratione eiuſdem rei bis collecta imponatur, vt latius dixi in informatione. Doct. allegati loquuntur, quando ſecundum valorem fructuum regulatur collecta, & in colonis laicorum, qui non poſſunt ex perſona dominorũ habere aliquod priuilegium, licet Morot. conſ. 36. apud me de hoc non loquatur.

In quarto aduertendum eſt, negotiationem locandi, & conducendi,

cendi, non eſſe prohibitam eccleſiaſticis, de bonis Eccleſiæ, vnde negotiantibus cum illis competere debet immunitas, ne eccleſiaſtici lædantur, vt ſcribit de emptore loquens Bald. conſ. 31. in primo, alias allegato, cum alijs, qui eum ſequuntur, cui non repugnat Bar. in l. licitatio. §. fin. ff. de public. quia loquitur de actu extrinſeco, non habente dependentiam a contractu geſto cum Eccleſia, ſcilicet de actu tranſportationis, de quo dixi latius in informatione. Addo, quod in oneribus extraordinarijs Bar. tenet cōtrariam, ſ. immunitatem tranſire in emptorem. Archid. in c. fin. de cenſ. in ſexto, de hoc non loquitur Bertach. de Gabel. parte 9. in q. 7. tractat. an clerici teneantur ad collectas, etiam aliqua dicit ſecundum ſenſum Feder. de Senis, ſed de emente ab Eccleſia nihil.

Quintum fundamentum eſt Feder. de Senis, habet propterea eandem reſponſionem, & reſoluitur ſecūdum diſtinctionem Bald. in d. conſ. 31. ſcilicet, quod mutata conditione perſonæ, mutatur & conditio rerum, reſpectu eius, quod contingit poſt mutationem, non reſpectu eius, quod immediatè pendet ab actu producente hanc mutationem, & cum hæc collecta hoſpitationis iniungatur ratione prædij, ſpectanda eſſet mutatio perſonæ reſpectu prædij, non aſpectu fructuum. Accedat, quod hæc mutatio perſonæ conſideranda eſt, quando agitur de perſonali priuilegio, non procedit, quando bona ſunt ex ſe priuilegiata, quia ſunt Deo dicata, & ita reſpondet egregiè Syluan. in citato conſ. 9. nu. 22. reſpondendo his, quæ ſcripſerat ſub nu. 5.

Ad ſextum de emphyteuta, dicitur opinionem eſſe valde controuerſam Cæual. in ſpeculo com. opinion. q. 731. & veriorem eſſe opinionem emphyteutam non teneri Syluan. conſ. 9. Sfort. Oddus conſ. 70. nu. 37. cum ſeq. ſed quicquid ſit, emphyteutæ caſus eſt in fortioribus terminis, quia habet ius in re, ſibi poſſidet, & iure proprio fructus habet; ſecus in colono; vnde non procedit argumentum affirmatiuè, ideſt, ita ſeruatur in emphyteuta, ergo idem in colono, ſed negatiuè tantum.

Ad ſeptimum reſpondetur, imò immunitatem eſſe, nedum perſonalem reſpectu onerum perſonalium, ſed etiam rea-

dem reſpectu onerum realium, & eorum, quæ pro rebus imponuntur perſonis.

Octauum de ſeparatione fructuum iam ſublatum eſt in reſponſione ad tertium.

Circa nonum, dicitur diſpunctis illis Doct. qui non faciunt, licet citentur à Menoch. in d. caſ.562. vt in informatione mea, & additis illis, qui pro colonis ſcribunt, allegatis in addit. ad d. deciſ. 116. Theſaur. apparebit imò pro parte noſtra extare opinionem communem, vt teſtatur Natta in conſ. 409. & Purpurat. conſ. 594. facit pro nobis, dum cõſiderat rationem, quod Eccleſia minori affictu, & grauioribus pactis locaret, & Antonin. Theſaur. in hoſpitat. militum tenet pro nobis.

Ad vltimum de obſeruantia reſpondetur, quod cum immunitas Eccleſiæ Religioſorum, & bonorum eorum ſit iuris diuini, nulla obſeruantia, & contraria conſuetudo erit ſeruãda, quam canones damnant, & corruptelam vocant, vt in d. c. quamquam, de cenſ. in ſexto dicitur, & ibi notant Doct o. & Ioſeph Ludou. concluſ. 38. illat. 78. formaliter non loquitur, vt allegatur, ſed ſuppoſito, quod Eccleſia poſſit collectari, quod intelligitur datis habilibus terminis ſi dubitetur, an etiam collectari poſſit p. bonis, quæ poſtea acquirit, dicitur obſeruantiam id declarare, non ergo dicit obſeruantiam inducere obligationem ad collectas, ſed inductam obligationem declarare, & ita loquitur Corn. cõſ. 205. num. 7. in primo, quem ipſe citat, Et quatenus pars aduerſa allegat conſuetudinem, obſeruantiam, vel imemorabilem poſſeſſionem probare tenetur, tum quia hæc ſunt facti, & non præſumuntur l. in bello, §. factæ, de capt. & poſtlim. tum quia ſunt vel fundamentum ſuæ intentionis, vel cõcernunt qualitatem neceſſariam ad fundamẽtum ſuę intentionis, l. qui accuſare, C. de edendo, l. ei, qui dicit, ff. de probat. Bart. in l. prima, §. quod autem, ff. ne quid in flum. public. Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gloſ. 7. num. 1. & omnia hæc eſſent probanda fuiſſe obſeruata, parte eccleſiaſticorum non contradicente.

Et quãdo etiam partes noſtræ eſſent probatæ negatiuam hãc, ſcilicet non eſſe pro aduerſarijs obſeruantiam aliquam, ſeu

conſuetudinẽ exigendi has collectas, vel quia ageretur de ſolo poſſeſſorio, vel alia ratione, facilè probari poterit, prducendo proceſſus, & acta, quibus probatur, quod quãdo pro parte Fiſci tentatum fuit exigere, eccleſiaſtici contradictionẽ fecerunt, etiam declarando excõicatos exactores, His liquido conſtabit non adeſſe obſeruantiam, & cõſuetudinem niſi turbidam, & cum contradictione, quæ nihil operatur, Pereg. conſ. 73. ſub num. 19. verſ. (Primo negando) in quinto, Seraphin. deciſ. 381. num. 14. pariter non eſt conſuetudo ad operationem aliquam, eo quod quando datur iuditium (vt datur, quando adeſt contradictio, c. forus, de verb. ſignific.) non eſt conſuetudo, niſi ſecundum eam ſit obtentum, Bald. conſ. 210. in primo, Aret. in §. ex non ſcripto, num. 16. Inſtit. de iure naturali, Roch. de Curt. de conſuet. num. 361. Menoch. conſ. 187. ſub num. 57. in ſecundo. Cum primum igitur ex proceſſibus productis cõſtat non fuiſſe obtentum pro collectis, imò contra eas, cum exactum fuerit reſtitutum, ſatis manifeſtè probata eſt negatiua non extare obſeruantiã, vel cõſuetudinem deſtruẽtem intentionem noſtram; imò conſtare eccleſiaſticos eſſe in poſſeſſione, vt eorum coloni non collectentur, & hunc eſſe cauſæ vltimum ſtatum; quia cum laici cõtenderent hoſpitari milites apud colonos Eccleſiarum, vel hac ratione aliquid ab illis exigere, idq. vi feciſſent, doluiſſentq. de hoc eccleſiaſtici apud Magiſtratum, reſpõſum fuit hoc non eſſe actum ex intẽtione ipſius Magiſtratus. Hæc dicta ſunt ex abũdanti; tum quia de hoc ſatis plenè ſcripſit Excellentiſs. Aduocatus Do. Michael Angelus Catia in tertio, & quarto articulo ſuæ Informationis; tum quia ex iam dictis puto partem noſtram (màximè dum agitur de petitorio) eſſe ſatis fundatam in iure communi, & ad partem aduerſam ptinere probare.

Ex his puto cauſam Religioſorũ eſſe poſitam in tutò, & quãdo res eſſe dubia (quod negatur) ita pronũtiandum eſſet, tum fauore Eccleſiæ, & Religionis; tum odio collectarum, & ita ſperandum eſt.

Laus Deo, & Virgini.

RE-

RESPONSVM

Celeberrimi, ac famoſiſſimi I.C. Bononien. D. Hieronymi Buccaferrei,

Equitis aurati, ac Comitis Palatini, in Patrio Archigymnaſio ordinarij, & emeriti legum profeſſoris, necnon Sanctiſſimæ Inquiſitionis Conſultoris præclari, ac Illuſtriſſimi Senatus Bononienſis Aduocati egregij,

Pro RR. PP. S. Dominici Ciuitatis Mutinæ:

In quo oſtenditur dd. RR. PP. non teneri ad onus ſternendæ viæ, à laicis impoſitum.

ADSIT CHRISTVS.

EX ſententia mea RR. PP. Conuentus S. Dominici Mutinæ, non tenetur contribuere ad ſternendam viam, exiſtentem propè eorum hortum, & terrenum, eis aliàs conceſſum à Communitate: Non quidem attenta obligatione particulari ſternendi viam, non attenta natura oneris, nec qualitate terreni conceſſi, ob quod præſupponitur Conuentum teneri ad contributionem: quicquid ex aduerſo ſatis egregiè ſcripſerint agentes cauſam Communitatis.

Prius, vel indictum ſit hoc onus ex ſpetiali decreto Sereniſs. Ducis, vel à ſtatutis Mutinæ illis Religioſi non ligantur, c. Eccleſia S. Mariæ, & ibi ſcribentes de conſtitut. Albà conſ. 8. nu. 18. in prim. Plot. in addit. ad conſ. Garati impreſſis poſt ipſa conſilia n. 10. ideo cum tractaretur de onere concernente publicum commodum, teſtatur Guid. Pap. deciſ. 78. non aliter fuiſſe indictum, quam vocatis, & conſentientibus ſuperioribus eccleſiaſticis, & licet Franch. deciſ. 9. ex

Sotto in 4.ſentent. diſt.25. q.2. art.24. dicat clericos ligari legibus ciuilibus, loquitur tamen de legibus ſpectantibus ad pacem, & tranquillitatem Reipub. In re hac vti clariſſima vlterius non inſiſto, ſed tranſeo ad qualitatem oneris, quod non poſſe dici reale probo, quia, vt ait Bar. in l.1. nu. 37. C. de muner. & in quo loco lib.10. triplici ratione munera dicuntur realia, vel quia indicuntur pro eo, quod faciendum erat de re ipſa, vel in ipſa re, vel ſuper eo, quod ex ipſa re percipitur, vel extra rem, quando pro re certa penſio annuatim ſoluitur: Non eſt hoc onus, quod pro re annuatim ſoluatur non de fructibus, & redditibus ex re, nec in ipſa re, tunc enim diceretur hoc onus in ipſa re, ſi tractaretur de reficienda via ante domum, vel de purgando puteo, qui eſſet in vicinia; hæc enim cum rei immediatè deſeruiant, in ipſa re dicuntur, & à Doct. munera realia appellantur, ſed cum via, de qua agitur, ſupponatur tantum eſſe non ante, ſed propè, & iuxta hortum Conuentus, non poteſt prætendi, quod Fratres contribuere teneantur, niſi, quia cum propè habeant Conuentum contingat, vt quandoq; per eam tranſeant, quo reſpectu non poterit dici onus reale, ſed potius mixtum, ſ. ſoluendum à perſonis, quia rem, & habitationem propè habent, & hanc Bar. doctrinam ſequuntur omnes in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in c. non minus, de immunit. Eccleſ. vbi formaliter Abbas num. 16. & idem Bar. in l. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. nu. 3. apertè ait onus reficiendi vias, & pontes, eſſe reale, ſed faciendi de nouo, imponi perſonis pro rebus, & ita eſſe mixtũ, & cum ex aduerſo ſupponatur ſtatutis Mutinæ caueri, vt ad vias ſternendas teneantur vicini, conſtat, quod onus eſt vicini, & ita perſonæ ratione rei, quam habet in vicinia, & proinde onus erit mixtum, Syluan. poſt alios, quos allegat conſ. 32. nu. 13. & licet fortè hoc onus imponatur pro modo, & menſura ædium vicinarum, non ideo erit reale, cum materialiter tantum ſit reale, formaliter autem ſit perſonale, vt de onere implendo pro modo facultatum ſcripſit Natta conſ. 149. nu. 4. qui allegat Bal. in l. propter, C. qui bon. ced. poſſ. concludentem, quod concurrente materia reſpiciente rem, & forma, perſonam ad huiuſmodi onera

ob id mixta dicuntur, quæ cum imponantur perſonis pro rebus, & perſonæ eccleſiaſticæ, laicorum iuriſdictioni non ſubiaceant, ſequitur, vt de iure, religioſi iſti ad hoc onus non teneantur, Alex.conſ.68.nu.2. in ſecundo, Burſat.conſ. 42. num.7. Belo.conſ.40 num.2. quos vna cum alijs ad rem hanc allegat Lancell.Gallia conſ.59. nu.12.

Amplius hoc onus non poteſt dici ordinarium, cum non habeat certam, & perpetuam præſtationem, ſed ex accidenti aperta via impoſitum fuerit, Thomat.de muner. c.2. incip. (Exactio munerum) Euerard.conſ.42. nu.43. Gallia d. cõſ. 59. nu. 64. licet enim inter munera ordinaria Thomat. d. c. 2. ſub nu.24. ponat collationem viæ ſternendæ, tamen ipſe loquitur de onere perpetuo ſternendæ, & reparandæ viæ, quod ſaltem ratione perpetuæ obligationis, licet modo maius, modo minus iniungat grauamen dici poteſt ordinariũ; onus autem ſternendæ viæ de nouo apertæ, cum ſemel tantum imponatur, & non habeat perpetuam, & ſucceſſiuam obligationem, impoſſibile eſt, vt ordinarium dicatur: Ex hoc ſequitur, vt ad hoc onus vti extraordinariũ, Religioſi non teneantur, Bar.conſ.180.nu.3. in primo, Abb.conſ.53. ſub nu.1. verſ. (Certum eſt) in primo, & in conſ.13. ſub nu. 2. verſ. (Iure autem ciuili) in ſecundo, Ruin. conſ.117. nu. 3. in quarto, Alba conſ.8. ſub nu.1. Bero. conſ.31. nu.15. in 1.

Præterea licet Religioſi teneantur ad illa onera, quæ cum cõcernant commodum omnium, concernunt etiam commodum conſiderabile ipſorum Religioſorum, vt de onere ſoluendo pro exſiccandis agris, & ad culturam redigendis, de quo loquitur Illuſtriſs. Dom. meus, D.Laderchius cõſ. 145. & ſeq. pro reparatione Ciuitatis, vel Caſtri, vt loquitur Rum. iun. conſ.2. in primo, pro ſoluendis ſtipendijs profeſſorum in publicis Gymnaſijs, Decian.conſ.14. in primo, & videtur admittere omnes in l.ad inſtructiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ. huiuſmodi non eſt onus, de quo agitur ſiquidem, vel nullam, vel modicam commoditatem ex eo, quod hæc via ſit ſtrata percipere poſſunt, niſi in tranſeundo, vt quicunq; alij priuati, pro qua cõmoditate ſufficeret, quod via eſſet ſtrata in parte, per quam homines iter habent, qđ ſit ſtrata in totum, vel eſt ad ornatum Ciuitatis, quo caſu

ſu Religioſi non concurrunt, Bald. conſ. 312. num. 3. in tertio, qui benè probat, quod licet exempti teneantur ad refectionem murorum, quæ fit ex neceſſitate, non tamen tenentur, ſi Ciuitas ad pompam, & ornatum vellet nouos muros facere, Iac. Butrig. & plures alij in d. l ad inſtructiones, & in vijs Aret. in fin. Rim. iun. loquens in Eccleſia d. conſ. 2. nu. 11. vel eſt ad maiorem commoditatem eorum, qui redis currentibus vtuntur, quibus Religioſi regulariter nō vtuntur, nec ſine neceſſitate vti conuenit.

Sed dato etiam, non autem conceſſo, quod ſternere hāc viam præſeferret commune commodum, adhuc non eſt ita expeditum, vt ad id religioſæ perſonæ teneantur ex ſimplici ordinatione Principis ſecularis, ſed oporteret conuocare & ſuperiores eccleſiaſticos, & cum eis communicare, an id communiter vtile ſit, vt in neceſſaria refectione murorum ſeruatum fuiſſe, ait Guid. Pap. deciſ. 78. Imò & alia prætere a neceſſaria ſunt .ſ. quod adſit magna neceſſitas, quod ad huiuſmodi onus laici non ſufficiant, quæ vtiq; in caſu noſtro non concurrunt, quæ ſi concurrerent, nec aliquid fieri poſſet inconſulto Summo Pontifice, Abb. d. conſ. 13. nu. 2. in ſecundo, Io. de Anan. in c. non minus, nu. 3. de immunit. Eccleſ. optimè Bero. conſ. 31. per totū in primo, Euerard. Burſat. & alios allegat Gallia, videndus d. conſ. 59. nu. 54. & 55. & egregiè pluribus proſequitur Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunit. lib. 3. c. 17. num. 32. Hinc fit, vt nihil prorſus moueat illa ratio; quod ſi Religioſi non ſoluunt, magis onerantur laici, inter quos extant, & miſerabiles perſonæ: Si quidem illud ſolum inſpicitur, an laici valeant ipſi onus ſubire: & quod ad miſerabiles perſonas attinet, facilè poteſt occurri curando, vt diuites, & nobiles, qui potiſſimum deſiderant has commoditates, & delicias viarum pro miſerabilibus ſuppleant; præſertim nobiles matronæ, quibus redæ ſunt in vſu quotidiano: Huiuſmodi enim ratio, quod magis grauarentur laici vtpotè, quæ aderat, quando Religioſi à iure redditi fuere immunes, & non fuit habita in conſideratione, nec nunc conſideranda eſt, Alba d. conſ. 8. nu. 12. quem ſequitur Gallia d. conſ. 59. ſub nu. 86.

Tandem nec dici poteſt ratione terreni affecti prius hoc onere,

re, quod cum eodem onere tranſiuerit ad Eccleſiam, Religioſos teneri: Quod.n.per huiuſmodi tranſitum teneatur Eccleſia procedit tantùm, quando res, quæ tranſit erat affecta onere reali, & ea ratione connumerata inter ea, quæ ſuſtinent talia onera realia, Guid. Pap. deciſ. 79. & clarius deciſ. 381. & 382. vbi aſſerit iudicatum fuiſſe, quod licet bona eſſent regiſtrata inter ea, quæ ad ſubſidia tenetur, quod dum tranſeunt ad Religioſos per acquiſitionem, vel ſucceſſionem, mutata perſona, mutetur etiam bonorum cōditio, .ſ. vt non amplius ad ſubſidia teneantur, Gallia d. conſ. 59. num. 30. cum ſeq. ſatis latè hoc proſequitur Theſaur. deciſ. 234. etiam teſtans pro Monialibus contra quandam cōitatem iudicatum fuiſſe.

Nolo etiam omittere, quod ſi ageretur de ſternenda via publica, per quam duceretur plauſtra publica Religioſorum, vel via, quæ in Ciuitate eſſet, & ante domum Religioſorum, in qua retinerentur inquilini, poſſent inueniri aliqui Doctores tenentes ad expenſam etiam Religioſos contribuere, quorum multi citantur a D. Laderch. d. conſ. 145. quorum aliqui ſimpliciter loquuntur, & aliqui cum temperamento Summi Pontif. vel alterius Superioris eccleſiaſtici beneplacito: ſed dum agitur de ſternenda via, quæ ducit ad Eccleſiam, vel Conuentum, aliquis non tenet, quod cōcurrāt Religioſi, alias etiā mendicantes cōcurrerent cum & ipſi habeant Eccleſias hortos, & Conuentus, quod tamen omnes inficiuntur. Imò multi ſunt, qui tenent hoc nō eſſe onus Religioſorū, ſed hominū Parochiæ, Iac. Butrig. in d.l. ad inſtructiones, in fin. & Bald. num. 2. ſequitur eum in d.c. non minus. Io. de Anan. ſub num. 6. & Henric. Boich. in princ.

Hinc tolluntur omnia contraria, quibus optimè ſatisfacit vir ille doctiſſimus, qui cauſam Fratrum agit: non enim dici poteſt nos verſari in onere ordinario, nec in operæ pietatis; quia allegata in contrarium procedunt in reſtauratione pontium, & viarum, ex qua reſultat publicum commodū, quod perpetuam habet cauſam, ſed tum iſtud onus viæ ſternendę naſcatur eo inſtanti, quo ex accidenti aperta eſt via, ſecundùm traditiones Doct. impoſſibile eſt, vt dicatur

catur

catur ordinarium, onus cumque, quod in totum ſit via ſtrata (vt experientia oſtendit) non ſit niſi ad ornatum Ciuitatis, & ad commodum redarum non poteſt dici, quod præſeferat pietatē aliquam; quod verò hoc futurū ſit cōmodum frequentantibus Eccleſiam, non concludit, quod Religioſi, qui Eccleſiæ inſeruiunt, & Conuentum cum hortis habitant, teneantur ad onus ſternendæ viæ, ſed potius hoc erit onus parochianorum, qui ad Eccleſiam accedunt pro Sacramentis, vt antea probaui, ex Iac. Butrig. & Bald.

Quod bona Religioſorum connexa, & adhærentia viæ ſint obnoxia operi ſterernendæ viæ, non procedit in bonis, quæ habitantur a Religioſis, ſed in prædijs vrbanis, & ruſticis deſeruientibus eorum neceſſitatibus, vt ex Henrich. & alijs ſupra probatum fuit, & hoc caſu nec etiam inconſulto Sūmo Pontifice, vt probant ſupra allegati, & præſertim Abb. conſ. 3. in primo, cui non contradicunt plures allegati a præſtantiſſimo Dom. Laderchio d. conſ. 145. ſub num. 3. Quia ipſi benè concludunt ad conſtructionem murorum, & fortalitiorū concurrere clericos, ſed id inconſulto Summo Pontifice non affirmant, ſicut nec Abb. negat ad illa cōcurrere clericos, ſed negat concurrere inconſulto Sūmo Pontifice, & in hoc non eſt, qui audeat improbare apertè Abbatem; multi autem ſunt, qui eum ſequuntur, vt per Theſaur. dicta decif. 134. & Gallia d. conſ. 59. ſub num. 53. Nec obſtat, quòd conſenſus Pontificis non ſit neceſſarius in caſibus iure communi expreſſis: quia iam probatum eſt, l. ad inſtructiones non procedere in vijs Ciuitatis, ſed tantum in publicis itineribus.

Satis igitur ex his firmatā eſt intentio Reuerēdorum Patrum, nec opus eſt de eorum priuilegijs agere, de quibus ſi agendum eſſet, facilè ad obiecta contraria reſponderi poſſet, dicendo, quòd poſtquam dicta priuilegia a Gregorio XIII. fuere deducta ad terminos iuris, quòd a Siſto Quinto renouata fuere: Nec poſtea à Clemente vulnerata, niſi ad fauorem Bononienſium, ita reuocatio localis locum non excedit, arg. l. in agris. ff de acquir. rerum dom.

Nec obſtat, quòd Bulla Pij Quinti non fuerit publicata Ferrariæ, quia cum Bulla prædicta nihil diſponeret in vim legis, quo

quo laici ligerentur, opus non fuit aliqua publicatione, ſed ſufficit, quod dato caſu, priuilegiati allegent priuilegium. Nec pariter obſtat, quòd in alijs occaſionib. Religioſi vſi non fuerint hoc priuilegio; iſtud enim non tollit priuilegiũ conceſſum Religioni in vniuerſum, Archid. in c. neque, num. 2. 16. q. 4. Hoſt. in c. vt priuilegia, §. illud etiam, ad fin. verſ. (Quod puto verum.) de priuileg. Henrich. in c. cum acceſſiſſent, num. 5. verſ. (Et intellige) de conſtitut. Gabr. conſ. 151. num. 13. in ſecundo, & vna cum non vſu oporteret, q̃d concurret præſcriptio quadraginta annorum, c. accedentibus, de priuileg. l. non vtilem, ff. ex quib. cauſ. maior. Bal. in c. ad audientiam, num. 2. de præſcript.

Laus Deo, & Virgini.

RESPONSVM DECISIVVM eiuſdem Auctoris,

Pro RR. Clericis Caſtri S. Ioannis, Bonon. Dioc.

In quo probatur, ipſos Clericos participare debere de bonis, quæ à Communitate dicti Caſtri conducuntur in emphyteuſim ab Abbatia Nonantulæ, & diuiduntur inter incolas ipſius Caſtri.

Sit Chriſtus illuminatio mea.

Conſultus vt pro veritate dicerem, an, qui in ſortem Dei electi ſunt in Caſtro S. Ioannis, participare debeant de bonis, quæ à Communitate conducuntur in emphyteuſim ab Abbatia Nonantulana, & diuiduntur inter incolas ipſius Caſtri.

Contra Clericos prima conſideratione non leuem dubitationem faciebãt authoritates Abbatis in conſ. 6. in primo, reſpondentis, Clericos non poſſe mittere eorum animalia in paſcua cõmunitatis, niſi ſoluta mercede, & Rim. iun. conſ. 368. in quarto, reſpondentis, in bonis conductis ab eadem Abbatia à communitate Centi, quod clerici de illis non participent, faciebant etiam dubium rationes, quibus ipſi mouentur, & præcipuè, quod cum non ſint clerici ſub iuriſ-

dictione temporali eiuſdem caſtri, & non teneatur ad onera, quemadmodũ tenentur homines laici d. cõmunis, quod propterea de illis vti de forenſibus iudicetur, & proinde, quemadmodum forenſes de his bonis non participant, ita nec clerici.

Re ipſa tamen maturius conſiderata opinor magis pium, & iuridicum eſſe, vt & clerici ad diuiſionem horum bonorum admittantur, ea præcipuè ratione, quo in fauorabilibus clerici dicuntur de populo, de Communitate, & de iuriſdictione, de qua & laici dicuntur nec ipſi ideò minus ciues, & incolæ dicuntur, quod clerici ſint, Bald. in l. prima, §. huius ſtudij, in fin. ff. de iuſt. & iur. Paul. conſ. 292. num. 3. in pri. Alex. conſ. 41. num. 4. & 5. in 7. Dec. conſ. 14. incip. pro tenui, Alciat. conſ. 9. nu. 40. in 2. Crot. conſ. 215. num. 16. in 2. & 193. nu. 15. in 1. Socin. Iun. 80. num. 15. in 4. Maluaſ. 26. ſub num. 19. Burſat. 59. num. 31. in pri. & quod gaudeant priuilegijs ciuium, Euerard. conſ. 42. num. 36. Quod nedum procedit in merè fauorabilibus, qualis eſt hæc bonorum diſtributio, ſed etiam in oneroſis, quando commune bonum reſpiciunt, vt ſcripſit Burſat. dicto conſ. 59. de ſtatuto compellente Communitatem ad emendationem damni, in puncto extat conſ. Oldradi 32. in quo concludit Sacerdotem dici de Vniuerſitate, ex quo infert in fine conſilij, quod habet ius paſcendi quod competebat illis de Vniuerſitate.

Magiſq; eſt huic opinioni adhærendum, quòd non agitur de noua acquiſitione, ſed de transferenda ea de laicis in clericos, nã exiſtimo hæc bona prius cõpetijſſe parentibus horum clericorum, quibus parentibus mortuis, ſi filij eſſent laici vtiq; ſuccederent in ius parentũ ſuorum, quare modo non ſuccedant ex eo, quod ſunt clerici nulla ratio eſt, quæ id perſuadeat; quemadmodum alij incolæ, etiam quod ſint ex alio priuilegiati, non prohibentur tamen recipere partem horum bonorum, quia non conuenit, vt eorum priuilegia conuertantur in eorum odium, ita ex eo, quod clerici dicantur ciues, vel incolæ priuilegiati non ſunt priuandi cõmunicatione horum bonorum, ne eorum priuilegia in eorum damnum retorqueantur, & quemadmodum ſuccedẽdo parentibus in alijs bonis non minus ſuccedunt, licèt ſint clerici,

rici, l. Deo nobis. C. de Epiſcop. cleric. ita & in his bonis ſuccedent.

Quæ cum non veniant ab Eccleſia, poterunt dici eorum bona patrimonialia, quorum ſunt capaces, quia naſcuntur ex patre incola ipſius Caſtri, & qui erat ex communitate, & ideo ſint, vel non ſint clerici, non referret cum in patrimonialibus clerici non habeãtur, vti clerici, Plot. conſ. 93. n. 5. & 6. ideo paſſim traditum eſt in patrimonialibus, clericum non eſſe priuilegiatum, niſi in caſibus a iure communi deciſis; omnes in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitut. præcipuè Dec. poſt Abbat. ſub nu. 18. verſ. (In gloſ. 2.) Soc. conſ. 230. ſub num. 8. col. penul. in 2.

Contraria aũt nihil obſtant, ſiquidem in primis Abb. in conſ. 6. ita reſpondet, ſupponendo, quod paſcua ſint Communitatis laicorum, ibi (Ad primũ dicendum, quod ſi loca paſturæ eſſe conſueuerunt, & ſunt Vniuerſitatis Communitatis laicorum) aliter reſpondiſſet, ſi paſcua fuiſſent ſimpliciter Communitatis; tũc. n. Abbas non receſſiſſet ab opinione Oldradi in d. conſ. 32. a qua non ſolet vnquam recedere.

Ad conſ. Rimin. iun. ſufficeret dicere in Caſtro Centi ſeruari, contra dictum conſiliũ, vt fides mihi exhibita oſtendit.

Sed & eius rationes ſatis leues ſunt, nam primò, quòd bona emphyteutica non debẽt tranſire in clericos perſonas priuilegiatas, quia deterior fit conditio domini directi, continet ius tertij, & procedit, quando alicui priuato laico res locatur, quando verò communitati, aut volumus pro veritate tenere etiam contineri clericos, & tunc res non egreditur terminos ſuos, nec ad priuilegiatos tranſit, cum conſiderẽtur clerici, vti membra ipſius communitatis, aut volumus clericos non contineri, & falſum eſt, vt antea probaui, & dũ id Rim. ſupponit, quod cõtrouertitur ſupponit.

Addit Rim. quod clericis aſſignare portionem horũ bonorum eſſet alienare bona, eſt prohibitionẽ, de qua in inueſtitura.

Quæ ratio, & ipſa perperam ſupponit ſub communitate non contineri clericos, ſi continẽtur alienatio, nõ eſt prohibita.

Tandem deducit Rimin. ſolidiſſimum fundamentum ex conſuetudine antiqua, cuius initij memoria non exiſtit.

Quæ conſuetudo in caſu noſtro non extat, cum ſupponatur, quandoque non adfuiſſe clericos capaces participationis,

tunc non potuit induci conſuetudo in præiudicium clericorum venturorum, quia non dato caſu non adeſt fundamentum conſuetudinis, & quandoq; adfuiſſe clericos, qui petierunt, ideò nō potuit, ſtante tali petitione, induci aliqua conſuetudo, & dato, quod qui petierunt acquieuiſſent, vel loco bonorum aliquid accepiſſent, nec tunc conſuetudo intraret, & in ſumma eſt extra omnem difficultatem, quod vt oriatur conſuetudo, quæ tollat ius clericis venturis oportet, quod in iudicio contradictorio ſit obtēta, aliàs taciturnitas aliquorum non poteſt præiudicare poſteris.

Quod dicitur de oneribus, mihi non videtur obeſſe, quia aut ſunt onera his bonis communibus adiecta, & non poteſt dici, quòd clerici ea non ſubeant, tenentur enim, ſi volunt emolumentum bonorum, etiam onera ſubire bonis annexa, Soc.conſ.97. nu.3. in primo, Burſat.d.conſ.59. nu.30. quod apud omnes eſt receptiſſimum, & ſi onera eſſent talia, quæ non deceret clericos perſonaliter ſubire, ea poſſent explere per interpoſitam perſonam, ita dicitur clericum eſſe capacem feudi, quando per interpoſitam perſonam ſeruire poteſt, Alex.conſ.10. nu.8. & 9. in primo. ſ. quia ſeruitium ſit tale, quod præſtari poſſit per interpoſitam perſonam, & naturæ feudi conuenit, Iſern. ſi de feud. defunct. fuer. controuerſ. c. qui clericus, num. 6. Roſental. de feud. c.7. concluſ.30. num.20.

Aut ſunt alia onera, & ſi ſunt talia, quæ concernant vtilitatem publicam laicorum, & clericorum, ad ea tenentur clerici, Iac ab Arena, & Iacob. Butrig. in l. ad inſtructionem, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Anchar. conſ.61. verſ. (Præterea) Abb. in c.1. col.1. & 2. de immunit. Eccleſ. Laderch. conſ.145. ſi verò non concernunt vtilitatem publicam laicorum, & clericorum, licet clerici ad ea non teneantur, tenentur tamen ad plura onera ſpiritualia, nam eorum orationibus, & ſacrificijs laicis auxilium præbēt, Anchar. d. conſ.61. ob quæ onera conuenit, vt participent de fauoribus, de quibus & laici participant, Dec. conſ.114. col. 2. verſ. Ad primum, Alciat. conſ.9. nu.40. in ſecundo.

Quod clerici intelligantur forenſes, in propoſito caſu non eſt verum, quia imò inter ciues connumerantur, vt antea probaui, & rectè firmant Dec. & Alciat. in conſ. allegatis, &

Soc.

Soc.iun.conſ.80.nu.15. in quarto, dicens, ex magna rationis diuerſitate non licere arguere de foreſibus ad clericos, qui ſunt ciues ſuæ ciuitatis, & aliqua ſubeunt onera ſaltem ſpiritualia, quod ſufficit allegans Paulum, vt per eum.

In fauorem igitur clericorum puto omninò reſpondendum, ſaluo iudicio cuiuslibet rectius ſentientis.

Laus Deo, & Virgini.

RESPONSVM EIVSDEM AVCTORIS

Quod Vniuerſitas laicorum non poſſit imponere collectas clericis, nec etiam pro eorum bonis patrimonialibus.

ADSIT S. TRINITAS.

IN re clara, & ferè indubitata, & in qua luculenter ſcripſit Excellentiſſ. D. Aduocatus, mihi pluribus non erit immorandum.

Etenim extra omnem dubitationem eſt vniuerſitatem laicorũ, non poſſe collectare clericos vti non ſubditos ſuæ iuriſdictioni, Bar. in l. vnic. nu. 32. C. de mun. & in quo loco lib. 10. Doct. in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. & ſi collectãdo monita non deſtiterit, incidit in excommunicationem, Anaſtaſ. Germon. lib. 3. de ſacrorum immunit. c. 17. nu. 66. qui allegat Alex. conſ. 68. in ſecundo, & omnes cõiter in d. c. Eccleſia.

Imò clerici vna cum eorum bonis gaudent omni immunitate ab illis oneribus, quæ a laicis imponuntur perſonis pro rebus, & ſupponuntur eſſe collectas, de quibus agitur Iaſ. in l. placet, in 2. lect. ſub num. 20. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Ruin. conſ. 117. num. 4. in quarto, Natta conſ. 280. nu. 5. Alba conſ. 8. nu. 1. Lud. Cãt. inter conſ. Rim. ſen. conſ. 740. ſub num. 12. Bellom. conſ. 40. nu. 3. Euerard. conſ. 42. nu. 25. & ſeq. allegant ad id c. non minus, & c. aduerſus, de immunit. Eccleſ. cũ. de immunit. Eccleſ. in 6. c. quanquam, de cenſ. in 6. & Clem. præſenti, de cenſ.

Qua immunitate gaudent clerici, nedum ob res Eccleſiæ, ſed

ſed etiam ob bona patrimonialia, nam & in illis viget ratio, quod laici non ligant clericos ab eorum iuriſdictione exemptos omnes, in dicto c. Eccln. S. Mariæ. Butr. nu. 11. Io. de Anan. num. 5. Fely. num. 7. Barbat. num 51. ita concludens poſt longam diſputationem Dec. col. 8. ſub nu. 18. in verſ. in gloſ. 2. qui ſequuntur gloſ. 2 ibi, q id tenet Guigliel. de Monte Lauduno in Clem. 1. de vita, & honeſt. cleric. num. 7. afferunt rationem ex gloſ. penult. in c. ex literis. de pignor. quod bona patrimonialia clerici ſunt eius Eccleſiæ obnoxia pro ſua mala adminiſtratione; & ideo conuenit vt gaudeant illis priuilegijs, quibus gaudent bona Eccleſiæ, quam gloſ. in hoc ſequuntur Io. Andr. num. 12. Belam. ſub num. 7. Io. de Anan. ſub num. 5. & Imol. num. 5. in d. c. Eccl. S. Mariæ.

Et in ſpecie, quòd pro bonis patrimonialibus non valeant laici collectare clericos, Butrius in c. 1. num. 5. de conſuetud. & Imol. ſub num. 1. Dec. ſub num. 18. in d. c. Eccl. S. Mar. & Felyn. num. 7. Barbat. ſub nu. 46. Rom. in l. ſi publicanus. §. de rebus, num. 3. ff. de publican. quemadmodũ nec ad gabellas clerici tenentur de rebus proprijs, Clem. præſenti, de cenſ. Etiam quod bona, dum extabant apud laicos, ſolita eſſent collectari, nam dum tranſeunt ad clericos à collectis immunia redduntur, Specul. tit. de cleric. coniugat. nu. 10. verſ. Ad huius autem articuli, Feret. conſ. 167. num. 11. Facit quòd in odium clerici negotiatoris fit, vt ad onera teneatur etiam pro patrimonialibus, ex quibus non fuit negotiatus, Marcabrun. conſ. 18. num. 45. qui plures allegat, ergo ceſſante odio negotiationis, patrimonialia clericorum erunt immunia.

Adeoq; id verum eſt, quòd ſi collectæ indicantur ob communem vtilitatem, tam clericorum, quàm laicorum, non poſſunt laici collectare clericos, niſi in caſu neceſſitatis conſulto, Sum. Pont. vel Prælato Eccleſiæ, Butrius in c. non minus, de immun. Eccleſ. Guid. Pap. deciſ. 78. Io. de Anan. in d. c. non minus, num. 3. de immunit. eccleſ. Abb. conſ. 13. num. 2. in ſecundo, Bero. conſ. 31. num. 13. in primo. Gallia conſ. 59. num. 54. & 55. Anaſt. Germon. de ſacr. immunitat. lib. 3. c. 17. nu. 32. & hoc ipſum etiam ſentit Illuſtriſs. Dom. meus Laderch. in conſ. 145. ſub num. 4. in fine penul. col.

col. ibi (vel & ſecũdo illa capita) alioqui in illa cauſa acerrimus defenſor laicorum.

Quare indubitatum, puto non licere Vniuerſitati ex ſe, collectis ſubijcere bona etiam patrimonialia clerici, & id iuſtitiæ conforme eſſe arbitror.

Laus Deo, & Virgini.

BREVE RESPONSVM

eiuſdem Auctoris,

In quo probat, Bannum à laicis conditum, quo cauetur, vt non liceat molere, niſi in certo Molendino, non afficere clericos.

AVSPICE CHRISTO.

CLari, & aperti iuris eſt conſtitutionẽ, ordinat. ſeu bannum, quo cauetur, vt non liceat molere, niſi in tali molendino, conditum a laicis, non afficere clericos, Auth. caſſa, & ibi Doct. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in c. Eccleſ. S. Mariæ & c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. vbi Dec. Felyn. & Cardinal. in c. perpendimus, de ſenten. excommunicat. & ad id plura allegat Surd. conſ. 25 num. 14. in primo, & conſ. 301. num. 121 & ſeq. in tertio, vbi ait id præcipuè procedere, quando verba ſunt præceptiua, & arctatiua, vt non eſt dubitandum eſſe in caſu noſtro. Accedit qđ (vt ex præcibus porrectis Sereniſsimo glorioſæ memoriæ Duci Alfonſo) conſtat cauſam finalem cõcedendi, vt non liceret in alio molendino, quam ipſius terræ Herberiæ molere fuiſſe, vt ſubditis facilius eſſet ſubire onera gabellarũ, ad quæ onera cum non teneantur clerici, niſi in certis caſibus, ita vt arceantur a ſuperioribus eccleſiaſticis, nunquã tamen a laicis, Euerard. conſ. 42. num. 3. Lancellot. Gallia conſ. 59. num. 53. & 54. ſequitur, vt nec includantur ſub ordinatione facta pro faciliori ſolutione gabellarum, & quemadmodum non licet laicis ſuis cõſtitutionibus clericos, ita nec licet ligare ſeruientes ipſis clericis, Bald. & Salicet. in l.

prima,

prima, & ſecunda, C. de Epiſcop. & cleric. Oldrad. conſil. 11. Surd. dicto conſ. 301. num. 86. Illuſtriſſimus Dom. Laderchius conſ. 103. num. 15. Imò in propoſito caſu ſatis eſt, quod conſtet frumentum molendum fuiſſe clerici.

Quod ſi conſtat, vt creditur, ex teſtibus in proceſſu examinatis conuenit, vt D. Iudex laicus deſiſtat monitus a moleſtia, qua afficit colonos, qui inſeruiendo clerico frumẽtum conducebant, & ſi monitus non deſiſtit (quod non creditur) ſubijcietur excommunicationi vti lędens libertatem eccleſiaſticam, c. fin. & ibi omnes de immunit. Eccleſ. in 6. Imò Ioan. Andr. ibi, verſ. (Nec eſt abſurdum dicere) col. fin. ait Iudicem eccleſiaſticum poſſe cogere ſuperiores laicos declarare, quod ſub cõſtitutione generali non includantur clerici, vel perſonæ religioſę: eum ibi ſequũtur Anchar. col. 2. verſ. Subdit tamẽ Gemin. col. fi. verſ. Imò non eſſet, Franch. ſub num. 2. verſ. (Et vltra) Anchar. cõſ. 155. ſub nu. 8. verſ (Sexto, & vltimo) Surd. dicto conſ. 301. n. 45.

Ex his ergo deducitur inſtante Reu. Dom. Peregrino pro defenſione eccleſiaſticæ libertatis, vt colono reſtituatur pœna exacta, & id petente a Iudice eccleſiaſtico, vt ipſius muneris ſit non trepidando, vbi trepidandum non eſt, nec timẽdo plus Maieſtatem temporalem offendere, quam æternam, vt habetur in c. clericis, in fi. princ. de immunit. Eccleſ. in 6. monere laicum ſuperiorẽ, & reſtituere ab eo indebitè exactum, & declarare ſub prouiſionę de non molẽdo, niſi in molendino Communitatis, non comprehẽdi Eccleſias, nec eccleſiaſticas perſonas & ipſum contumacem, exiſtentem (quod non creditur) excõicare. Non obſtãte, quod ipſe alleget, poſſe cõſtringere laicos, vt non conducant frumenta clericorum ad aliud molendinum conducere: Quia veritas eſt, quòd nec iſtud licet ſub pœna excommunicationis vti per indirectum lædens libertatem eccleſiaſticam, vt eſt formalis, tex. in c. fin. de immunit. Eccleſ. in 6. & ibi gloſ. c. quanto, de priuile. & c. ſtatutũ, de hæret. in 6. Bal. conſ. 31. ſub nu. 2. verſ. (Nam aut opus) in primo. Hæc pauca in re ex ſe ſatis clara pro nunc ſufficere arbitror, paratus ſi q̃ in contrariũ in iure adducentur, ea reſoluere.

Laus Deo, & Virgini.

F I N I S.

Digitized by Google